II. 3

Hª

Universidad de Granada
Facultad de Derecho
Historia del Derecho
Estante A
Tabla 2034.
Número

1240198 59.
Biblioteca Real
Sala: B
Est. 48
Núm. 524

Donativo

R-46991
R278

VOCABULARIUM

JURIS UTRIUSQUE

Ex variis ante editis, præsertim ex

ALEXAND. SCOTI,

JO. KAHL, BARN. BRISSONII,

ET

JO. GOTTL. HEINECCII

ACCESSIONIBUS;

OPERA, ET STUDIO

B. PHILIP. VICAT,

Juris utriusque D. et Professoris

EDITIO SECUNDA

Auctior, atque emendatior.

TOMUS TERTIUS

L – P

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

NEAPOLI MDCCLX.

SUMTIBUS JOANNIS GRAVIER

Cum Privilegio S. R. M.

VOCABULARIUM
JURIS UTRIUSQUE.

LAB LAB

ABARUM. Vid. *laborum*.

LABE FACTARE castimoniam viduæ *l.* 3. *C. Theod. de rapt. vel matron. sanctim.* vitam insontium *l.* 2. *C. de malef. & mathem.*

LABEO. Vid. *Antistius.*

LABES, ut ait Festus, macula in vestimento dicitur, & deinde μεταφορικως transfertur in homines, vituperatione dignos. Sic *Labes* maleficiorum *l. ult. C. de malef.* opinionis *l.* 9. *C. de advoc. diverf. jud.* Photiniana *l.* 6. *C. Th. de hæret.* pudoris *l.* 11. *C. ex quib. cauff. infam. irrog.* fæculi *l.* 17. *C. Th. de pœn.* tyrannici temporis *l.* 12. *C. Th. de infirm. his, quæ fub tyr.* *Labes* corporis ægri *l.* 16. *C. Th. de cohort.* Suet. *in Aug. c.* 38. Alias *labes* casum, vel χασμα, seu hiatum, qui in terra desidente contingit, significat. Cicero *de divin. lib.* 1. *c.* 35. Tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribusque insulis, totaque in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint. Id. *eod. lib. c.* 259. Delata etiam terra a tempestatibus, vel turbinibus plerumque labe movebitur. Paullus in *l. ult. D. locat.* Si *vivum labes corrumpit*, quod vel soli, vel operis vitio accidisse, ibidem ostenditur. Serv. in *lib.* 2. *Æn. v.* 97. Labes ruinam significat a lapsu.

Est & alia, quæ absque soli ruina fructus lædit, *labes*. Ulpian. in *l.* 15. §. 2. *D. locat.* Si labes facta sit, omnemque fructum tulerit. Quo pertinent hæc Quinctiliani *in Declamationibus*. Non enim, ait, illa frumenti labes fuit, nec qualis alias accusari ab agricolis solet, perfidia terrarum. Budæus immemor hujus significationis pro *labes* rescripsit *tabes*, merito ideo notatus a Cujacio *lib.* 15. *obs. c.* 27. quum & in Basilicis *lib.* 20. *tit.* 1. *p.* 421. *Tom.* 2. sit: Εαν απο ολιγης πληγης αρθωσιν οι καρποι. Si labe fructus omnis ablatus sit. *Hein.*

LABI. Lapsi, & errantes opponuntur perditis *l.* 4. *C. Th. de apostat.* verbis; Lapsis enim & errantibus subvenire, perditis vero, hoc est, sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ succurri.

Labi facultatibus dicuntur, qui rediguntur ad inopiam, sive suo vitio bona dilapidaverint, sive alia ratione amissis, deminutisve bonis facti sunt non solvendo *l.* 9. §. 1. *D. de admin. & peric. l.* 1. §. 11. *D. de*

magistr. conven. l.8. D. de decur. Ineſt utique hoc in verbo repentini caſus ſubitæque mutationis ſignificatio. Itaque *labi facultatibus* belliſſime, cum Papiniano, interpretabimur, *rem familiarem inopinato fortunæ impetu amittere l. 4. D. ut in poſſeſſ. legat.* Sed & abſolute *labi*, pro facultatibus labi. Si idoneus ſubito lapſus ſit *l.14. D. de adm. & per. tut.* Si ſubito hereditas lapſa ſit *l.11.§.5. D. de min.*

LABOR, ut ait Cicero *lib.2. Tuſcul. c.15.* eſt functio quædam animi, vel corporis gravioris operis & muneris. Ita Munus perſonale, quod corporibus, *labore*, cum ſollicitudine animi, & vigilantia ſollemniter exſtitit *l.1. §.3. D. de mun. & hon.*

Nullus labor *l.2.§.2. D. de minor.* id eſt, expeditum eſt, nec ullam res habet dubitationem.

Labor in primis de re militari uſurpatur. Honoris augmentum non *ambitione* ſed *labore* ad unumquemque convenit devenire *l.14. C. de re mil.* Labore non ſuffragio *l.1. C. de offic. magiſtr. offic.*

LABORARE, labores ferre, itemque ſollicitum eſſe, ut in *l.2. §.5. D. de dol. mal. l.15. §.1. D. ad Leg. jul. de adult.*

Plerumque uſurpatur pro periclitari, vel angi. Ut *laborant* ædificia vento, vel pluvia *l.12.§.17. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Laborante nave jactus factus eſt *l.4. D. de Leg. Rhod.* Quum hoc facto pudicitia *laboretur*, paſſive, vel deponenter pro *laboret l.11. §.12. D. ad Leg. jul. de adult.*

LABORUM, vel *labarum* vexilli genus. Hinc præpoſiti in *l.1. C. de præpoſ. labor.* ſunt ſigniferi in exercitu Romano, qui ex bellicis ſignis præcipuum, & ſummæ dignitatis habitum geſtabant. *To παρα Ρωμαιοις καλουμενον laborum*, quemadmodum Sozomenus *lib.1. Hiſt. Eccleſ. c.4.* ſcribit, additque fuiſſe hoc *σημειον πολεμικον, των αλλων τιμιωτερον, καθοτι, αει τα βασιλεως ηγεισθαι και προσκυνεισθαι νενομισο παρα των στρατιωτων*, *vexillum bellicum, honoratius reliquis, eo quod Imperatorem ſemper præcedere, & adorari a militibus conſuevisſet.* Ibidemque hoc, *επισημοτατον συμβολον της Ρωμαιων αρχης, nobiliſſimum Romani imperii ſymbolum* adpellat.

Scripſere quidem veteres Græci *λαβαρον*, *laborum*, ſed verum nomen apud Latinos fuit *Labarum*, vel *Labarus*, Ambroſ. *lib.6. epiſt.* 29. Prudent. *contra Symmach. lib.1.* Fulgent. *Homil.60. de Laurent.* eſt vexillum, cum inſigni XP, ad ſimilitudinem illius, quod in cælo vidiſſe Conſtantinum M. ferunt Sozom. *Hiſt. eccl. lib.1. c.4.* Ejus figura frequentiſſime ab eo tempore in numis Imperatorum Chriſtianorum conſpicitur, ex quibus illuc illuſtrat Burc. Mencken Diſſertatione ſingulari *de monogrammate Chriſti* XP. De origine vocis *Labarum* diſputant *Hadr. Turn. lib.15. Adverſ. c.16.* Fuller. *Miſcell. Sacr. lib.2. c.1. lib.4. c.12.* Stevech. *ad Veget. lib.3. c.17.* Gretzer *de cruce lib. 1. c.4.* Jac. Gothofr. *ad tit. C. Th. de præpoſ lab.* & Car. Du-Freſne *Gloſſar. Lat. hac voce*, qui ut rem, ita eſt, vexilli formam, ita & vocabulum a Germanis, Danis, Pannonibus, vel Armeniis repetit, cui adſtipulatus Wachter. *Gloſſar. Germ. p.903.* Labarum a Germanico *larp*, *lapr*, hodie *lappe*, quod panniculum ſignificat, dictum eſſe cenſet. His conjecturis aliam elegantem Ulrici Obrecti ſubjicit ad hunc locum Tabor. Is enim in *diſſertatione de vexillo Imperii c.3.* tale vexillum a *lauro* primo *laurum*, indeque, familiari quarto & inſequentibus ſæculis litterarum permutatione & flexu *labarum* vocatum eſſe, exiſtimat. Sed hæ quidem meræ divinationes ſunt. certius, quod & Sozomenus *lib.4.* obſervat, duo fuiſſe. *Labara* quo-

quorum alterum ad orientis, alterum ad occidentis imperium pertinuerit. Refert enim, Stilichonem Ἑτερον των σκηπτρων, ὁ λαβαρον Ρωμαιοι καλεσι, *unum ex sceptris, quod Romani labarum vocant*, sumsisse, & cum eo in orientem profectum. Ubi notandum, vexillum illud etiam σκηπτρα nomine venire. *Hein.*

LABRUM in *l.* 15. *D. de act. emt.* accipe pro phiala, qua aqua ex fistulis manans accipitur. Et ita *labrum in balneo* dixerunt Cic. *lib.* 14. *ad famil. epist.* 20. & Vitruv. *lib.* 5. *c.* 7. & labra aquæ ænea Virgil. *lib.* 8. *Æn. v.* 22.

LACCARIUS in *l.* 1. *C. de excus. artif.* Græci interpretes *laccarios* exponunt τους τα λακκια ποιουντες, qui lacus & fossas aquarias aperiunt, vel faciunt. Adde paullo post art. *lacus.*

LACEDÆMONII magis ea, quæ pro legibus observabant, memoriæ mandabant §. 10. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Atqui auctores sunt Xenophon, Plutarchus *in Lycurgo p.* 47. & alii veteres, Lycurgum leges suas omnino scripsisse. Immo eas, teste Herodoto *lib.* 6. *c.* 57. regibus custodiendas tradidit, quamvis easdem more aliorum legislatorum in tabulis non promulgarit, sed memoriæ tantum mandari jusserit. Quod ut eo fieret facilius, eas versibus comprehendisse dicitur Terpander. Clemens Alex. *lib.* 1. *Stromat. p.* 308. Μελος τε αν πρωτος περιεθηκε τοις ποιημασι, και τους Δακεδαιμονιων νομους εμελοποιησε Τερπανδρος ε' Αντισσαιος: *Modos poematibus primus adjecit, & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit* (vel potius *versibus comprehensas populo decantandas modulandasque exhibuit*) *Terpander Antissæus.* Idem & de Tyrtæo tradunt alii. Proprie ergo jus Lacedæmoniorum non ideo erat non scriptum, quod moribus tantum inolevisset, sed quod non prostaret in publico, litteris consignatum, uti jus Athenienſium. Vid. Everard. Otton. *Not. ad* §. 10. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Hein.

LACERARE. *Lacerantur* commoda publica *l.* 36. *C. Th. de decur.* patrimonia, fortunæque *l.* 15. *C. Th. de curs. publ.*

Lacerare rationes civitatum versutis fraudibus *l.* 6. *C. Th. de numer.*

LACERATIONIBUS subjacere *l.* 4. *C. Th. de numerar. l.* 4. *C. Just. eod. tit.* ubi *laceraliones* ungularum fodicationes interpretatur Jac. Gothofred.

LACERTA cum muria sua *l.* 3. §. 3. *D. de penu leg.* Fuere *lacertæ*, aut *lacerti* inter pisces, qui cum garo vel liquamine suo recondebantur. Vide Apicii *de art. coquin. lib.* 4. *c.* 2. & *lib.* 10. *c.* 9. Cels. *lib.* 2. *medic. c.* 18. Hein.

LACESSERE famam *l.* 38. §. 9. *D. ad Leg. jul. de adult.*

LACUNAR *l.* 12. §. 22. *D. de instruct. vel instr.* Serv. *in Æn.* 8. *v.* 25. ad illa Virgilii *summique ferit laquearia tecti*: Multi, inquit, *lacunaria* legunt, nam *lacus* dicuntur. Unde & in Horatio: *Nec meæ renidet in domo lacunar.* Nec enim a laqueis dicitur, sed ab eo, quod sunt lacus. Et ad illa *lib.* 1. *Æn. v.* 730. *Dependent lychni laquearibus aureis*: Laquearius, inquit, principaliter lacus dicitur, ut Lucillius, *resultant ædesque lacusque.* Deminutio *lacunar* facit. Horatius: Nec mea renidet in domo *lacunar.* Inde fit alia deminutio *lacunarium*, & per αντισοχον *laquearium.* Quæ verba transcribens Isidorus *lib.* 19. *orig. c.* 10. addit: *Lacunaria* dici, quæ cameram subtegunt & ornant, inde dicta, quod lacus quosdam quadratos, vel rotundos, ligno, gypso, vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus. Alia *lacunavia* contignationum cœlum interpretantur.

LACUS, ait Varro *de ling. lat. lib.* 4. lacuna magna, ubi aqua

contineri potest. Servius in *Æn. lib.8. v.74. Lacus* est quoddam adhuc latentis aquæ receptaculum, & dictus, quasi lacuna quædam, ex qua erumpens aqua efficit fontem, qui, quum fluere cœpit, alveum facit. *Lacum* vero, *a stagno*, in Edicti prætorii interpretatione Ulpianus eo separat, quod lacus perpetuam habet aquam, *stagnum* temporalem, ibidem stagnantem *l. un. D. ut in flum. publ. l. un. in fin. D. de rip. mun.* Neque ex *lacu*, neque ex *stagno* aquæductum concedi posse, Paullus ait *l.28. D. de serv. præd. urb.* quod perpetuam causſam non habeant, adeoque lacum intelligit, qui non continet aquam perpetuam. Et talis *lacus* interdum crescere, interdum exarescere, & suos nihilominus terminos retinere dicitur *l.12. D. de adquir. ver. dom. l.24. §. ult. D. de aqu. & aqu. pluv. arc.*

Lacus piscatorii *l. 4. §. 6. D. de cens.* Hujusmodi olim erat lacus Lucrinus, qui in vectigalibus publice primus fruendus locabatur, auctore Festo *lib.9.* Lacus angularius, de quo vid. Gluver. *Ital. antiq. lib.2. c.3.* & Guid. Pacirolli. *Var. lect. lib.2. c.38.* & supra *art. angularius.*

Lacus pro cupa, vel vase majore, in quo uva calcatur, ut mustum defluat: Glossar. vetus: *Lacus, calcatorium, torcular.* At *lacus* vino plenus *l.27. §. ult. D. ad Leg. Aquil.* non est vas, in quo uvæ calcantur, sed vini receptaculum, qualia domi habebant beatiores, ut inde familia, quantum vellet, hauriret. Talia vasa nonnumquam sub terra erant depressa, tectorioque opere incrustata, ceu ex Xenophonte docuit Cujac. *lib.10. obs. c.9.* Aliquando illa in parte aliqua ædium prostabant, uti ostendit Pet. Burman. *ad Petron. c.70. p.346.* ubi & talem lacum repræsentari putat in figura veteris vasis apud Doissardum *Tom.3. antiq. Rom. c.145.* quia totum racemis vitium ornetur. Sed urnam potius esse, argumento est epigraphe: *Diis manibus sacrum Q. Minuccius Felix.* quæ sane non vasi, vino pleno, & destinato familiæ usibus, sed urnæ, vel sarcophago quadrat. Vid. Marq. Gud. *ad Grut. Inscr. p.918. 17.* Hein.

LÆDI dicuntur personæ, quibus damnum infertur *l.44. D. ex quib. causs. major.* allegationes *l. 2. C. de error. advoc.* causſa *l. 69. §.1. D. de legat.3.* conditio *l. 9. C. de jur. dot.* fructus *l. 25. §. 6. D. locat.* jus *l. 3. D. de transact.* majestas publica *l.3. D. ad Leg. jul. majest.* ratio *l.3. C. si adv. libert.* religio *l. 1. C. de sepulcr. viol.* respublica *l. 21. D. de capt. & postl.* societas *l.49. D. pro soc.* verecundia *l. 6. D. de serv. export.* dignitas *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 2. §. 5.* existimatio *l.8. C. ex quib. causs. infam.* pietas *l. 15. D. de condit. instit.* pudor *l.15. §.27. D. de injur.*

LÆLIUS, Jurisconsultus, qui citatur a Paullo *l.43. D. de hered. pet.* Eum temporibus Hadriani vixisse, indicat *l.3. D. si pars hered. pet.* Dubitatur, an idem sit hic jurisconsultus cum *Lælio Felice*, cujus adnotationes ad Q. Mucium citat Gellius *lib. 15. c.27.* Sed quum & hic jurisconsultus fuerit, & historia illa de fœcunditate Ægyptiæ mulieris ex illis ipsis adversariis Mucianis depromta esse possit, non puto Lælios illos diversos fuisse, sicut nec putat Guid. Pancirol. *Var. lect. lib. 1. c.27.* secus ac Bynkersh. *lib.3. obs. c.8.* Hein.

LÆTI, seu *leti* vocabantur barbari, qui sponte in Romanum solum transierant, terramque desertam, quæ inde *Lætica* dicebatur, pro se liberisque suis a Romanis colendam accipiebant, quorum mentio fit in *l. 10. & l. 12. C. Theod. de veter.* ubi fuse

in

in Commentar. Jac. Gothofr. De *Laetis* illis frequentissimis per Galliam, & Germaniam colonis, terraque Laetica copiosius egerunt Henr. Valesius *ad Ammian. Marc. lib.* 16. *c.* 5. *p.* III. *& lib.* 20. *c.* 9. *p.* 194. Tillemont in *hist. Impp. lib.* 4. *part.* 1. *art.* 8. Du-Fresne *in Glossar. Lat. h.v.* Ceterum probabilis est conjectura Aub. Miræi, qui *in notis ad Diplom. Belg. p.*548. illam esse originem existimat colonorum, in Germania passim obviorum, quos nos vocamus *Lassan*, Saxones *Laten*, Belgæ *Laeten*, quamvis *Laetos*, lassos, & lidos, notationibus, & re ipsa distinguat Wachter. *in Glossar. Germ. Tom.* 1. *p.* 908. *seq. p.*930. *p.*988.

LAETORIA lege, cujus capita quædam expositi Brisson. *lib.* 3. *select. Antiq. c.* 2. ætas legitima 25. annorum finita fuit. Præterquam enim, quod Plautus *Pseud. Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 68. eam legem inde vocat Quinavicenariam in *l.* 2. *C. Th. de donat.* diserte legimus: Donec annos Lætoriæ legis egressus, legitimam compleverit ætatem. Ejus capita proposuit & *Hein. in Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 99.

LAGYNUS *i* mensuræ genus. Scævola *l.* 37. §. 2. *D. de legat.* 3. Mævio liberto meo, de me nihil merito, dari volo Lagynos vini vetusti centum quinquaginta. Est ipsum Græcum λαγυνος male scriptum per *y* Ex λαγυνος vero est latinum *lagena*. Utrumque pro mensura certa acceptum, reperimus. Hieronymus certe *in vita S. Hilarionis* memini vineæ centum Lagenis vini æstimatæ, id est, ex qua tot lagenarum proventus esse consueverit. *Hein.*

LAICI, λαικοι, απο τε λαος, quasi populares, clericis opponi solent. Ea vox saltim Salviani temporibus non fuit ignota, qui ea utitur *lib.* 1. *& lib.* 5. *de gubern. Dei.* Ceterum ridicula est vocabuli etymologia, quam ex Joanne adfert Cangius sub hac voce: Laicus, ait, dicitur potius a λας vel λαος, lapis. Inde laicus, id est, lapideus, quia durus, & extraneus a scientia litterarum. *Hein.*

Laicus aliquando accipitur pro ecclesiastico converso. Item *Laicus* religiosus nonnumquam pro pio sæculari sumitur.

LAMINA, vel ut in Florentino scribitur, *lamna*, massa metalli tenuior, vel bractea *l.* 27. §. *ult. D. de aur. arg. leg.*

LAMPADARIUS *l. ult. C. divers. offic.* qui lampadibus, seu facibus accendendis deserviunt. Cujusmodi officialium etiam fit mentio apud Julianum Antecessorem *Novell.*38. & in *Novella Valentiniani unica de Lampadariis.* Hanc Brissonii interpretationem notavit Cangius *in Glossar. hac voce.* Nimirum quum ex textibus laudatis pateat, Lampadarios hos in comitatu præfectorum, aliorumque majorum magistratuum fuisse, eorumque numerum sollicite definiri, ut quaternarium non possent excedere, recte negat Cangius, Lampadariis accendendarum in palatio lampadum curam incubuisse, eosque potius magistratus, in publicum prodeuntes, cum lampadibus comitatos existimat, in honorem imaginis Principis, quæ iisdem magistratibus, teste Cassiodoro *lib.* 6. *Var. c.* 20. præferebatur, quamque μετα κηρων καιμετα λοφαψιας, *cum cereis & cereorum lumine* deferri consueviisse, ex *Actis Synodi VII. act.* 1. observat. Hinc eosdem cum *Lampadariis* esse statuit Δαδεχυς, quorum fit mentio in marmore apud Spon. *Tom.* 3. *Itinerar. part.* 2 *p.* 18.

Fuere & Lampadarii in Ecclesia Græca, qui lampadas ac faces præferebant patriarchæ in litaniis:

Codin. *de off. p.* 9. Quo etiam jure gaudebant metropolitani αυτοκεφαλοι: Balsam. *de privil. patriarch.* Videntur fuisse symbola dignitatis patriarchicæ; hinc Michael Palæologus eadem, cum Arsenium patriarcham abdicaret, ab eo repetiit, *Pachymer. lib.* 2. *c.* 15.

LANA anserina, caprina, leporina *l.* 70. §. 9. *D. de legat.* 3. ovium *l.* 4. §. *ult. D. de usurp. & usuc.* Est & *lana* de ligno quam εριοξυλον adpellant *d. l.* 70. §. 9. *D. de legat.* 3. Plin. *lib.* 16. *c.* 24. *Lana* Maroccorum, cujus inter merces vectigales fit mentio *l.* 16. §. 7. *D. de public. & vectig.* de qua Bynkersh. *lib.* 4. *obs. c.* 5. Sive autem *lana* facta est, sive infecta, & tam, quæ neta est, quam quæ neta non est, item succida & lota, modo tincta non sit, lanæ adpellatione continetur. Lanæ certe adpellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam perveniisset *l.* 70. *pr. &* §. 1. *D. de legat.* 3. ubi, ut & apud Paullum *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 82. plura de hujus vocis significatione tractantur, simulque mentio fit *lanæ succidæ*, *lotæ*, *pectinatæ*, & *versicolores*, purpura vero, aut stamen subtemenve hoc nomine contineri, negatur contra *d. l.* 70. §. 2. *D. de legat.* 3. Vid. Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 375. Lana legata, vestem, quæ ex ea facta sit, deberi non placet *l.* 88. *D. de legat.* 3.

LANATÆ pelles *l.* 70. §. 1. *D. de legat.* 3. Festus in pelle lanata nova nupta considere solet.

LANEUM corpus *l.* 26. *D. de adquir. rer. dom.*

LANGUOR, ut ait Non. Marcell. est torpor, & desidia, item dissolutio, & defectio. *Languor* animi *l.* 44. §. 6. *D. de usurp.* Languore suo, suorumque adprehensus *l.* 26. §. 6. *D. mand.*

LANIFICIUM *l.* 12. §. 6. *D. de usu & habit.*

LANIFICÆ, quæ familiam rusticam vestiunt *l.* 12. §. 5. & 6. *D. de instr. vel instr. leg.* De hac voce plura Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 407.

LANIPENDIA *leg.* 31. *D. de donat. int. vir. & ux.* quæ operas ad laneum vestimentum conficiendum præstat, aut, ut alii sentiunt, quæ lanam carminandam, pectendam, nendam, texendamve lanificis præbet. Ita recte interpretatur Cujac. *lib.* 9. *obs. c.* 30. Nam in Glossario vetere *Lanipendius* vertitur σαθμιχος εριδων, *qui lanas adpendit*, & Lanipendens σαθμιχος γυνη, η τον σαθμον παρεχουσα ταις αλλαις. *Mulier, quæ adpendit, & aliis pensum tribuit.* Alibi est ταμιακη των εριδων, *lanarum custos.* Apud Reinef. *Class.* 11. *inscr.* 38. & apud Sponium *Misc.* 6. *p.* 223. Lanipenda vocatur. Adde Ducker. *de Lat. vet. ictor. p.* 407. Hein.

LANISTA *l.* 11. *C. Th. de pœn.* gladiatorum magister.

LANIO *l.* 18. *D. de instr. vel instr. leg. l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.*

LANIUS victimarius *l. ult. D. de jur. immunit.* Varro *lib.* 3. *de re rust. c.* 5. Lanii qui ad cultrum bovem emunt, & qui ad altaria hostiæ sanitatem non solent stipulari. Festus: Lacerare, dividere, comminuere est, ex quo dictus Lanius, qui discidendo lacerat pecora. Donat. *in Ter. Eunuch. Act.* 2. *sc.* 2. Lanii, qui laniant pecora, unde & laniistæ dicti, qui laniandis præsunt gladiatoribus.

LANX, paropsis. Si me rogaveris, ut servum tibi cum lance commodarem, & servus lancem perdiderit *l.* 5. §. 13. *D. commod.* Hujus præterea fit mentio in *l.* 1. §. 40. *l.* 22. *D. depos. l.* 44. §. 2. *D. de legat.* 1. *l.* 102. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 19. *l.* 22. *D. de furt. l.* 1. §. 40. *D. depos. l.* 81.

l. 81. *D. de aur. arg. leg. l.* 6. *D. de rei vind. l.* 7. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 4. *D. de rescind. vend.*

Lanx pro trutina. Æqua lance *l.* 20. *D. de re jud.*

Lance & licio furtum concipere quid fuerit, explicat Festus, ex quo lucem accipit Gell. *lib.* 1. *c. ult.* Adde infra *licium*.

LAPICIDINA, ait Festus, locus, ubi exscinduntur lapides. Ita *l.* 3. *D. de servit. præd. rust. l.* 3. §. *ult. D. de reb. eor. qui sub tut.* vel fundus, in quo lapis cæditur *l.* 8. *D. solut. matrim.* Tales lapicidinas primus Cadmus Thebis, aut, ut alii censent, in Phoenice invenisse fertur, quemadmodum Plin. *lib.* 8. *c.* 56. tradit. Lapicidinarum autem differentias vide apud Vitruv. *lib.* 2. *cap.* 7. *Lapicidinas* aperire *l. ult. D. de fund. dot.*

LAPIDARIUS *l. ult.* D. *de jur. immun. l.* 2. *C. Th. de excus. artif.* Lapidarius faber, cui commodatus servus sub machina periit *l.* 5. §. 7. *D. commod.* Sed, qui lapides cædunt, lapicidas vocari, Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* scribit.

LAPIDATIO grandinis *l.* 4. *C. de malef. & mathem. l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

LAPIDEUM rivum facere *l.* 1. §. 10. *D. de riv.* quamvis *ro lapideum* ibi a manu Triboniani esse censeat cum Brissonio Dionys. Gothofred.

LAPILLI jactus. Vel manum opponentis, lapillumve jactantis prohibendi gratia *l.* 20. *D. quod vi aut cl.* Per manum, id est, *lapilli* jactum prohibere. Adde *l.* 5. §. 10. *D. de oper. nov. nunc. l.* 1. §. 6. *D. quod vi aut clam.* Ex quibus locis satis perspicuis abunde intelligitur, jactum lapilli esse ritum quemdam symbolicum, quo novum opus nuncians uti solebat, si privatim ædificantem prohibere vellet. Vid. Ev. Otto. *in jurispr. symbol. Exerc.* 2. *c.* 9. *p.* 179. Hein.

Lapilli l. 3. *D. de divis. rer.* Notum est, quid inter viros doctos de discrimine, quod inter *lapillos* & *gemmas* statuit Ulpianus *l.* 19. §. 16. *eod. tit.* Quum enim *gemmas* pro perlucidis, *lapillos* pro contrariæ naturæ materia accipiat, jam pridem observarunt viri docti, veteres auctores id discrimen non servasse, qui & gemmas vocarint lapides, & lapidum perlucentium passim meminerint. Vide Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 291. *seq.* Sed quum Ulpianus eo loco auctoritate Servii, Sabini, Cassii utatur, vix dubitare licet, Ulpianum, non quæ ex usu sit horum vocabulorum significatio, sed quomodo ea jurisconsulti intelligant, tradere voluisse. Quis enim dixerit, ea, quæ auctores nostri de notione vocabulorum auri, argenti, vestimentorum, tritici, vini, olei tradunt, usui eorum vocabulorum quotidiano convenire? *Hein.*

LAPIS. Lapidem cædendi eximendi jus *l.* 8. §. 5. *D. si serv. vind. l.* 16. §. 1. *D. de servit. præd. rust.* Vicino, cujus lapicidinæ fundo tuo immineant, posse te cedere jus ei esse, terram rudus, saxa jacere, posita habere, & in tuum *lapides* provolvantur, ibique positi habeantur, & inde exportentur *l.* 3. §. 2. *D. eod. tit.* Si in confinio *lapis* nascatur, & sint pro indiviso communia prædia, tunc erit lapis pro indiviso communis, si terra exemtus sit *l.* 8. *D. de adqu. rer. dom.*

Lapidum vero in jure nostro hæ differentiæ occurrunt, *Lapis* quadratus, stratus, structilis *l.* 6. §. 5. *D. si servit. vind. l.* 17. §. 1. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

Lapis teli nomine continetur in *l.* 233. §. 2. *D. de verb. sign.* §. 5. *Inst. de judic. publ.* Arma

sunt omnia tela, hoc est, *fustes* & *lapides l.* 3. §. 2. *D. de vi & vi arm.*

Lapides speciatim pro marmoribus *l. ult.* §. *ult. D. qui pot. in pign.*

Lapis pro gemma, vel lapillo. *Lapis* universus *l. ult.* §. 7. *D. de public. & vectig. Lapides* exemtibiles *l.* 25. §. 11. *D. de aur. arg. leg.*

Lapides, id est, termini finium caussa positi *l.* 2. *D. de term. mot.* Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 3. Non fixus in agris, qui regeret finibus arva, *lapis*. Ovid. *lib.* 2. *Fastor. v.* 641. Termine, sive lapis, sive es defossus in agro stipes.

Porro *lapidibus*, id est, lapideis columnis, olim distincta fuisse viarum spacia notum est, quorum dinumerationem ab urbis milliario inchoabant, ita ut inde primum, secundum, tertium, & deinde reliquos numerarent. *Lapides* autem illi mille passuum intervallo disjungebantur, ac proinde *primo ab urbe lapide*, nihil aliud est, quam primo milliario, seu mille passibus ab urbe. Ita Intra, ultra centesimum lapidem *l.* 1. §. 4. *de offic. præf. urb. l.* 22. §. 2. *D. excus.* §. 16. *Inst. eod. tit.*

LAPSUS, *us* in primis de tempore finito præterito usurpatur. Sic *lapsu* gemino, & secundo *l. un. C. Theod. de secund. laps. Lapsu* temporis *l.* 2. *C. Th. de reparat.*

LAQUEARIUS *l.* 2. *C. Th. de excus. artif.* Eos laquearios Justinianus omisit in *l. C. eod. tit.* Erant vero, qui laquearia, vel lacunaria, de quibus supra, assabre construebant.

LAQUEUS, *Laquea* animadvertere *l.* 8. §. 1. *D. de poen.* quæ est suspendii poena apud Romanos, ut ex hac ipsa lege patet, inusitata.

Metaphorice *laquei* vocantur omnes res, quæ intricant, *Laquei* actionum *l.* 1. *C. Theod. de Episc. aud.* novæ constitutionis *l.* 3. *C. Th. de vest. olover.* discussionum *Novell. Th. & Valentinian. nec curial. præd. alien.* ignorationis deceptæ *l.* 16. *Cod. Th. de petit. & ult. dat.*

Laqueus legis, quo se accusator adstringit, est inscriptio in crimen in *l.* 2. *C. Th. de abolit.*

LAR, & in numero pluratiuo *Lares* erant Dii familiares Romanorum. At apud Jurisconsultos in utroque numero significat domicilium. Si *laribus* carendum haberet *l.* 38. *D. de rei vind.* Larem matrimonio collocare, id est domicilium *l.* 1. §. 2. *D. de adgnosc. & alend. lib.* Add. *l.* 4. *C. Th. de exsequutor. l.* 52. *C. Th. de decurion. l.* 1. *C. Th. si curial. relict. civit. Larem* fovere in provinciis *l.* 5. *l.* 9. *C. Th. de senator.* instruere *l.* 27. *C. de petition.* ponere *l. ult. C. Theod. de testam.*

LARDUM, vel *Laridum l.* 1. *C. de erog. milit. annon.* Macrob. *lib.* 7. *Saturn. c.* 12. *Salitam carnem, quam laridum vocamus, ut opinor, quasi large aridum*. Lardum autem militibus erogari consuevisse ex *d. l.* 1. adparet. Exstat apud Trebell. Pollion. in *Claud. c.* 14. Valeriani *Epistola ad Zosimionem*, procuratorem Syriæ, qua Claudio, tribuno regionis dari inter cetera *lardi libras duo millia* præcipit. Quin etiam inter annonarias species *carnis porcinæ pondo triginta* legere est apud Vopiscum *in Aureliano c.* 9. Ac plane *lardi* adpellatione porcinam carnem salitam, non illud tantum pingue & candidum suillum, quod vulgo apud nos *lardi* nomen obtinet, intelligi indicio est *rubentis* epitheton *lardo* adjunctum a Martiale *lib.* 5. Epigr. 79. *illo versu*: Et pallens faba cum rubente lardo.

LAR-

LARGIANUM SC. de libertorum successione scriptum, quo cavebatur, ut liberi manumissoris non nominatim exheredati in Latinorum libertorum bonis extraneis eorum heredibus præferrentur §. *ult. Inst. de succeff. libert. l. un. pr. C. de Latin. lib. toll.* Novell. 78. *præf.* Conditum est hoc SC. primo Imperii Claudii Cæsaris anno ipso Claudio, & L. Licinio Cæcina Largo Coss. uti ostendit Hein. *in hist. jur. civ. lib.* 1. §. 218.

LARGIRI, liberaliter quid erogare, vel facere in *l.* 4. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 54. §. 1. *D. de furt.*

Largiri, etiam ferre admittere, pati concedere, ut quid fiat, significat. Et ita *largiri* dicuntur avus *l.* 14. §. 2. *D. quod met. cauff.* beneficium ætatis *l.* 2. *C. de in integr. reft.* portio *l.* 7. *D. de fideic. lib.* redditus *l.* 25. §. *ult. D. ad Leg. Falcid. l.* 21. §. 1. *D. de ann. legat.* tempus *l.* 30. *D. de minor.*

LARGITAS animi *l.* 5. *C. de advoc. diverf. judic.* Augusta *Novell. Valentiniani & Marciani de præd. pistor.* fructuaria *Novell. Theod. & Valentiniani* imperialis *l. ult.* §. 13. *C. de jur. delib.* specialis *l. ult. C. de fruct. & lit.* sponsalis *l.* 2. *C. Th. de repud.*

LARGITER refert *l.* 5. *C. de fideic. libert.* id est multum interest. *Large* autem & *largiter* hoc differre Julius Modestus existimabat, quod *large* sit qualitatis, *largiter* quantitatis, ut Sosipat. Charis. *lib.* 1. refert.

LARGITIO principalis *l.* 24. *C. de don. int. vir. & ux.*

Largitiones pro ærario principis, fisco, thesauris. Hinc separantur ab *arca* sublimium potestatum *l.* 1. *C. Theod. de indulg. debit.* Unde in *l.* 3. *C. eod. tit.* Omnium titulorum, sive qui ad illustres viros, præfectos prætorio, sive qui ad *Largitiones* nostras pertinent. Ita intelligendæ *largitiones* divinæ *l.* 13. *C. de murileg.* sacræ *l. ult. C. de his, qui ex publ. ratioc.* & passim. Ceterum qui palatini sacrarum *largitionem* dicuntur *in rubric. C. de palat. sacr. larg.* hi in *l.* 10. *eod. tit.* adpellantur palatini sacrarum *remunerationum rationem tractantes.* Symmach. *lib.* 1. *epist.* 29. Palatini munerationum sacrarum comites. Sed & munerationum sacrarum comites in *l.* 2. *C. de comment.* adpellantur, qui alias Comites *largitionum* vocantur. Vetus Glossarium Græcum: Πριβατα τα τη βασιλεια ιδιως διαφερονται. Αλλα δε εϛι τα δημοσια τελη, υπο την Κομητα λαργιτιωνων ταις δημοσιαις υπηρεσιαις χρειαις. Λαργιτιωνες δε εισι δυο, τα σακρα, και τα πριβατα. Δυο γαο εισι βασιλικοι θησαυροι, οι ιδιαζοντες της βασιλειας, οιον των Λαργιτιωνων, και ο δημοσιος ο τω φισκω: Privata, quæ ad domum Augustam separatim pertinent. Ab his enim diversi sunt publici reditus, qui sub Comite *Largitionum* publicis necessitatibus deserviunt. *Largitiones* vero sunt duorum generum *sacræ*, & *privatæ*: siquidem & duorum generum sunt imperatorum thesauri, unus privatus domus augustæ, qualis est largitionum, alter publicus fisci. Vid. supra art. *Comes.*

LARGITIONALE aurum *l.* 3. *C. de suscept. præp. & arcar.*

Largitionales civitatum *l.* 10. *C. de susc. præd. & dec. l. un. C. de præf. adp. magistr.* comitatenses, & officiales *l.* 6. *C. Theod. de diverf. offic.* tituli *l.* 12. *C. de vectig. Rubr. C. de canon. largit.* urbium singularum *l.* 3. *C. privil. eor.*

Sunt ergo *largitionales*, vel *palatini largitionales*, qui pecuniam illam, vel species ad sacras vel privatas largitiones pertinentes,

ut

ut veſtes, purpuram, aurum, ſuſcipiebant, & in ærarium, fiſcumve inferebant. *Tituli largitionales* ipſæ ſpecies, ſacris vel privatis largitionibus inferendæ. Rem omnem accuratiſſime expoſuit Claud. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Aug. pag.* 175. *ſeq.* Hein.

LARVALIS habitus Paull. *lib.* 3. *ſent. tit.* 4. §. 2. Sed ibi dubia lectio. Alii enim codices habent *barbarum* habitum, alii *lazonalem*, alii *larvalem*, quod probat etiam Cujac. *obſ. lib.* 21. *c.* 22. Adde Schulting. *juriſpr. vet. antejuſt. p.* 345. *ſeq.* Hein.

LASCIVIA petulantia quædam hominis, alacritate nimia intemperantis. Et hinc junguntur per laſciviam, & non data opera §. 11. *Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delict.* Quum quidem per laſciviam cauſſam mortis præbuiſſet *l.* 4. §. 1. *D. ad Leg. Corn. de ſicar.* Si exercitus præteriens per laſciviam aliquid abſtulit *l.* 15. §. 2. *D. locat.* Laſcivia ergo admiſſum videtur, quod magis ridiculi, quam nocendi, aut lucri cauſſa factum.

Laſciviæ vero nomen non in homines modo, ſed in cetera quoque animantia cadit. Animalium nomine, quæ ratione carent, ſi qua laſcivia pauperiem fecerint *pr. Inſt. ſi quadr. paup. fec.* ubi laſcivia factum videtur, quod magis hilaritate, quam feritate, aut alia cauſſa contingit.

LASER in penu eſt *l.* 5. *D. de penu leg.* & inter ſpecies ad vectigal pertinentes refertur *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vectig.* Ejus uſum ad gulæ delicias & ciborum condimenta prodit Apicius *lib.* 1. *de re culinar. c.* 2. *& lib.* 7. *c.* 1. Inde carnes laſere infectas dixit Apulei. de *aſin. aur. lib.* 10. *p.* 246. Meminit laſeris & Auguſtinus in *lib. de morib. Manichæor.* Eſt etiam laſerpitii, quod Græci σιλφιον vocant, ſuccus. Colu mella *lib.* 6. *de re ruſt. c.* 17. *Radix, quam Græci σιλφιον vocant, vulgus, noſtra conſuetudine, laſerpitium adpellat.* Cujus unam Cyreniacam provinciam, (ut non omnis fert omnia tellus), feracem olim habitam, Vitruv. *lib.* 8. *c.* 3 docet. Quod ſi terra generibus humorum non eſſet diſſimilis & diſparata, non tantum in Syria & Arabia, in arundinibus & juncis, herbiſque omnibus eſſent odores, neque arbores turiferæ, neque pipperis darent baccas, nec myrrhæ glebulas, nec Cyrenis in glebulis *laſer* naſceretur. Unde *Cyrenas Laſerpitiferas.* Catullus *in carm. ad Lesbiam* 7. dixit: Columella quoque de arboribus *lib.* 1. *cap.* 23. *Laſer* Cyrenaicum adpellat. Plin. *lib.* 19. *c.* 3. Ad proximum dicetur auctoritate clariſſimum *laſerpitium*, quod Græci σιλφιον vocant, in Cyrenaica provincia repertum, cujus ſuccum vocant *laſer*, magnificum in uſu medicamentiſque, & ad pondus argentei denarii penſum. Multis jam annis in ea terra non invenitur, quoniam publicani, qui paſcua conducunt, majus ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabula. Unus omnino caulis, noſtra repertus memoria, Neroni principi miſſus eſt. Hæc Plinius. Aliam vero ob cauſſam inde a Strabonis, qui ſub Auguſto vixit, temporibus rareſcere, ac propemodum deficere cœpiſſe ſuccum hunc, ipſemet Strabo *lib.* 17. *p.* 1194. teſtatur. Cyrenaeis, (ait, juxta verſionem latinam,) finitima eſt regio, quæ laſerpitium producit, & Cyrenaicum ſuccum, quem ſylphium expreſſo & coagulato ſucco dat. Id propemodum defecit, quum aliquando barbari, impreſſione facta radices ejus pœne omnes, odio impulſi, eruiſſent. Atque hoc eſt σιλφιον Λιβυκον, laſerpitium Libycum, [illegible]

istis versibus, quos ex Aristophanis Philothebaco citat Athenæus *lib.* 14. *c.* 4. *p.* 613. Interpres Aristophanis in Equitibus: Silphium vero (ait, ceu latina versio est,) radix est, secundum quosdam jucunde olens, quæ in Libya provenit, condimentis apta, & in medico usu salubris. Optimum est Cyrenaicum, quod & succo ejus, & radice, & caule uti possis. Idem in *Avibus*: Silphium, quod in Libya nascitur, ad multa salubre est. Est vero magni pretii. Sed & *in Pluto* de laserpitio agens; Et solium ejus, & fructus, & caulis, & succus, & simpliciter omne, quod in eo est, magni pretii est. Admonendi tamen sumus, ne in fraudem Vitruvii verbis inducamur, Syriam quoque, & Mediam laserpitium tulisse, quemadmodum Theophrastus *lib.* 6. *c.* 3. & Dioscorid. *lib.* 3. *c.* 78. testantur. Hujusmodi autem laserpitii succus propter præstantiam suam sibi proprium fecit commune οπὸς, id est, succi nomen. Οπὸς namque adpellatione apud medicos Græcos *laser κατ' ἐξοχὴν* exauditur. Galenus *lib.* 8. *de simplic. medic. facult. c.* 12. *p.* 215. *Tom.* 13. *oper.* Quamvis namque radice incisa, (ait, secundum latinam interpretationem,) aut caule, quod ex vulnere crassum ac lentum effluit, succus est. Ceterum specialibus, & velut per excellentiam quamdam Cyrenaicum ita adpellant, & Medicum & Syriacum. Ac plane a Palladio *lib.* 3. *c.* 29. *laser οπος κυρεναικος*, *succus cyrenaicus* adpellatur. Verum οπον hunc inscite, ac perperam, qui Galenum sequuti sunt, Paullus Aegineta & Oribasius in *opium* transformarunt, qui error etiam ad Isidorum manavit, cujus verba *lib.* 17. *c.* 9. sunt hæc: *Laser*, herba, nascitur in monte Oscobagi, ubi & Ganges fluvius oritur. Cujus fructus dictus primum *lacer*, quoniam manat in modum lactis. Deinde usu dominante *laser* nominatum est. Hoc est a quibusdam *opium* cyrenaicum adpellatum, quia & apud Cyrenas nascitur. Tertullianus utique, Græcismi amantior, *λασαρον* nostrum *laser*, latini sermonis imitatione vocat. Postremo apud Sosipatrum *lib. I. Inst. grammat. p.* 56. hæc Catonis *lib.* 3. *orig.* verba inveniuntur *laserpitium pro pulmentario habet.* Quum jam pridem defecerit plantæ istius species, eam proculdubio quis coram intueri cuperet, Voti vero hujus nos damnant veteres numi, in quibus tota hæc planta cum caulibus, & fructibus sistitur apud Laur. Berger. *Thesaur. Brandenb. Vol.* 1. *p.* 520. & Ez. Sphanhem. *de usu & præst. num. Diss.* 6. *c.* 1. *p.* 290. *Tom.* 1. Hein.

LATEBRA abolitionis *l.* 2. *C. Theod. de abolit.* ignaviæ *l.* 7. *C. Th. de cohortal.* fugæ *l.* 15. *C. Th. de fid. mil. adpar.*

LATER. *Lateribus* circumstructum aenum *l.* 38. §. 2. *D. de act. emt.* Isidor. *lib.* 26. *c.* 8. & *lib.* 19. *c.* 10. crudos lateres esse, ait, inde nominatos, quod latilligneis formis efficiantur, formanturque circumactis undique quatuor tabulis. De iis plura Vitruv. *lib.* 2. *c.* 3.

LATERALIA viatoria, in quibus chirographa, & pecunias condidisse testatorem, proponitur *l.* 102. *D. de legat.* 3. Sunt autem *lateralia viatoria*, capsulæ in quibus ad ephippium utrinque loro suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus Gothofr. Vid. Ant. August. *emend. lib.* 4. *c.* 8.

LATERCULENSIS adpellabatur, cui laterculi cura, & custodia mandata erat *l.* 5. *C. qui milit. poss. lib.* 12. Quem in scrinio sacræ memoriæ militasse docent *l.* 13. *l. ult. C. eod. tit.*

Vid.

Vide Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 7. *p.* 568.

LATERCULUM librum, seu codicem scrinii memoriæ significat, qui officiorum, dignitatum, administrationumque tam civilium, quam militarium, nec non codicillorum, & consuetudinum, chartarum, pronunciationisque cujusque notitiam, indiculumque continebat. Codices, in sacro scrinio memoriæ positos, vocat Imperator Leo in *l.* 3. *C. de agent. in reb.* Georg. Cedren. *p.*140. alieno loco voces quasdam Romanas explicans: Planthon, (ait, ut fert latina versio,) Græci vocant laterem coctum, apud Romanos *laterculum* vocatur. Erat autem *laterculum* quoddam publicum, in quo senatorum, & legionum nomina inscribebantur. Inscribebatur vero plinthus in muro in figura quadrata. Idem denique *laterculum τετραγωνον γραμμην, quadratam figuram* esse concludit. Duplex autem olim *laterculum* fuisse, majus & minus ex Mariani notitia colligitur. Illud dignitatum omnium, quæ a principe mandabantur, deferebanturque prologum continebat, sacroque memoriæ scrinio conditum adservabatur *l. ult. C. de offic. magistr.* Ad quod in *l.*1. §. *ult. C. de offic. præf. præt. Afr.* pertinent hæc verba: *In nostro laterculo.* Atque magis hoc laterculum primicerius notariorum tractabat, ejusque figuram Marianus, ubi de *primicerio notariorum* agit, exhibet, oblongam & quadratam, dein subjicit: *sub dispositione viri spectabilis, primicerii notariorum omnis dignitatum, & administrationum notitia, tam militarium quam civilium. Minoris* vero *laterculi* cura ad Quæstoris sollicitudinem pertinebat, præfecturasque, tribunatus, & præposituras castrorum, & alias ejus generis dignitates, quæ sub cura ac sollicitudine Quæstoris erant, complectebantur *l.* 1. *l.*2. *C. de offic. quæst.* De hoc quoque *laterculo* Jac. Guther. *de Offic. Dom. Aug. lib.*3. *c.*9.

LATENS incrementum §. 20. *Inst. de rer. divis.* vitium *l.* 35. *D. de Aedil. edict.* In *latenti*, & publice opponuntur *l.* 2. §. 35. *D. de orig. jur.*

LATINITAS §. *ult. Inst. de succes. libert.* & apud Ulpian. *Regul. tit.*3. §.3. est Latinorum libertinorum status, seu latina conditio. Eum servum, qui tantum in bonis nostris est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia *latinitatem* consequitur. Ulpian. *tit.* 22. §. 8. *Latinitate* donari *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virg.* id est, jure, seu beneficio Latinæ libertatis donari. At apud Cic. ad Attic. *lib.*14. *epist.* 12. *Latinitas* jus Latii significat.

LATINUS. *Latini* a Latio dicti. Latinorum autem, incolis Latii jure civitatis donatis, duo erant genera, unum eorum, quos *Colonarios* vocat Ulpianus *tit.*19. §.4. Alterum eorum, qui quod justis legitimisque modis manumissi non essent, ad justam, plenam, perpetuam, perfectam, & omnibus numeris absolutam libertatem, ex qua & civitas Romana contingebat, non perducebantur, sed minorem, inferiorem & imperfectam, hoc est, civitatis Romanæ expertem, atque adeo, ut Plautino verbo utar, usuariam tantum libertatem consequebantur, quos *Latinos Junianos* adpellat idem Ulp. *tit.* 1. §. 5. *tit.* 19. §.4. *tit.* 20. §.7. Nimirum quod eorum origo ex Lege Junia descenderet, de qua supra suo loco. Ac plane a Lege Junia Latinos nominatos ait idem Ulpianus *tit.* 1. §. 1. Theophil. *in* §. 3. *Inst. de libert. και απετιλαντο Latini juniani απο νομου Junii Norbani, ος ευρετης εγενετο της αυτης αιρεσεως.* Et vocantur *Latini*

tini Juniani, a lege *Junii Norbani*, qui inventor fuit hujus conditionis, de qua vide supra art. *Junia Norbana* Lex. Salvianus Maffil. *lib. 3. adversus avaritiam p.* 240. More ergo illorum, ait, uteris, qui servos suos, non bene de se meritos, quia civitate Romana indignos judicant, jugo Latinæ libertatis addicunt, quos quidem jubent sub libertorum titulo agere viventes, sed nolunt quidquam habere morientes. Negato enim his ultimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ superstites habent, morientes habere non possunt.

Neque tamen *Latinis* libertis, sicut dedititiis omnis ad civitatem Romanam aditus præclusus erat. Ad eam enim illis non una via patebat, poterantque eo certis modis pervenire, quos Cujac. *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. §. 4. perstringit. Atque ita jus Quiritum consequi dicebantur. Ulpianus *tit.* 3. §. 1. *Latini*, ait, *jus Quiritium consequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, ædificio, pistrino*. Quorum omnium explicationem ex ipso auctore pete. Unde idem Ulpianus *tit.* 17. §. 1. Si *Latinus*, inquit, *jus Quiritium consequutus sit*. Secundum quæ Plinius libertis alienis, sed patronis consentientibus, jus Quiritium a Trajano petit *lib.* 10. *epist.* 4. & 6. deque eo impetrato gratias eidem Imperatori agit *ejusd. libri epist.* 22.

Cum *Latinis* cives Romani connubium habent ita, si concessum sit Ulpian. *tit.* 5. §. 4.

Latinus Junianus, & familiæ emtor, & testis, & libripens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est: Ulpian. *tit.* 20. §. 8. fideicommissum capere potest: Ulpian. *tit.* 25. §. 7. Si ei legatum sit, nec intra dies centum jus Quiritium consequutus sit, caducum legatum fit: Ulpian. *tit.* 17. §. 1. Mancipatio locum habet inter cives Romanos, & *Latinos* colonarios, *Latinosque* Junianos. Si Latinus manserit, qui heres institutus est, lege Junia capere hereditatem prohibetur: Ulpian. *tit.* 22. §. 3. Ex cive Romano & *Latina Latinus* nascitur Ulpian. *tit.* 5. §. 9. *Latinus* Junianus testamentum facere non potest. Id enim Lex Junia prohibet: Ulpian. *tit.* 11. §. 16. Lex Junia tutorem fieri jubet Latino vel Latinis impuberibus eum, cujus etiam ante manumissionem ex jure Quiritium fuit, Ulp. *ibid.* §. 19. Ex quibus perspicue liquet, quis fuerit ejus mulieris status, quam *Latinæ* conditionis habitam, Suetonius *in Vesp. c.* 3. refert.

LATITARE dicitur, qui se occultat, qui non comparet, qui sui copiam, potestatemque, ut secum agi, vel is ad exitum perduci possit, non facit, qui ne actio aliqua secum moveatur, vel ut actio eximatur, ejusve dies exeat, urbe profugit, ut se occultet *l.* 21. §. 2. *l.* 33. §. *ult. D. quib. ex caus. major. l.* 50. *D. de pecul. l.* 42. §. *ult. D. de procurat. l.* 19. *D. de in jus voc.* Latitare ergo est, non ut Cicero definit, turpis occultatio sui, potest enim quis latitare non turpi de causa *l.* 7. §. 4. *D. quib. ex caus. in possess.* Et hoc modo *latitare*, & *contemnere venire* opponuntur *l.* 28. §. 1. *D. de fideic. libert.* Proinde non simpliciter interdixit Prætor: *Qui latitavit*, sed qui fraudationis causa latitavit *d. l.* 7. §. 1. *D. quib. ex caus. in possess.* id est, hoc animo, ut fraudentur creditores, quemadmodum *ibidem* explicat Ulpianus §. 5. Sive quis eodem loci agat, sive alio, sive peregre, si tamen occursum creditorum evitet, *latitare* videtur. Eum quoque qui in foro eodem agat, si circa columnas aut stationes se occultet, videri *latitare* veteres responderunt *d. l.* 7. §.

3. *D. eod. tit.* Nam & eum, qui recedit, hoc est, ut subterfugiat, ne secum aliqua actio moveatur, *latitare* placet *l.* 36. *D. de reb. auct. jud. possid.* De eo more latitandi circa columnas, pluribus egit Cujac. *lib.* 1. *obs. c.* 13. & *lib.* 1. *c.* 18. Fraudationis caussa *latitare* non videtur minor, qui sui idoneus defensor non est *l.* 5. *D. eod. tit.* Non videtur frustrandæ actionis caussa *latitare*, qui præsens judicium suscipere non compellitur *l.* 3. *D de judic.*

Notanda est constructio hujus verbi: *Latitans* patronum *l.* 8. *D. de condit. & dem.* Et de ea constructione disputat Ducker. *de Latinit. vet. Ictor. p.* 365. Sed cum *latere* cum casu quarto posuerint Virgil. *lib.* 1. *Æn. Nec latuere doli fratrem Junonis:* Ovid. *lib.* 5. *fast. v.* 361. *Quorum me caussa latebat*: Justin. *lib.* 31. *c.* 2. *Res Hannibalem non latuit*, immo & Plin. *lib.* 2. *Hist. nat. c.* 20. *Latet plerosque*, non video, quidni & Jurisconsulto condonanda sit loquutio: *Latitans patronum.* Frequentativa enim eodem modo construi, ac themata sua, experientia docet. *Hein.*

Latitare etiam dicitur, quod in occulto, vel latenti sit. Hinc *ubi latitet* incrementum, & *ubi adpareat*, opponuntur *l.* 9. §. 4. *D. de usufr.*

Latrones, ut ait Varro *lib.* 6. *de ling. lat.* dicti a latere, quia circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores adpellarunt, & quia conducebantur mercede. Ea enim merces dicitur Græce λατρον και σατρον. Ab eo veteres poetæ nonnumquam milites adpellarunt *latrones*, quod irent, ut alii milites, cum ferro, aut quod lateant ad insidias faciendas. Serv. *lib.* 12. *Æn. non procul ab initio. Latrones* vocantur conducti milites. Festus: *Latrones* eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, απο της λατρειας. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur. Unde hausit Isidor. quæ de hujus vocis etym. *lib.* 10. tradit. Ergo hoc vocabulum ex eorum numero est, quæ ab honesta origine in invidiam postea abierunt. Quo ex genere sunt *tyrannus*, & *sophista*.

Latrones utique in jure nostro semper adpellantur, qui nullo indicto bello prædantur, & prædas agunt *l.* 9. *D. ex quib. causs. major. l.* 21. *D. solut. matr.* Nam hostes sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus, ceteri latrones, aut prædones sunt *l.* 118 *D. de verb. signif. l.* 24. *D. de capt. & postl.* Unde & ab *hostibus* perpetuo *latrones* separantur *l.* 18. *D. commod. l.* 9. §. 1. *D. quod met. causs. & aliis locis.* Ac plane nulla cum iis juris gentium communio intercedit. Itaque non ut ab hostibus captus eorum servus fit, ita, qui a latronibus captus est, eorum servus efficitur *l.* 1. *D. de legat.* 3. Quin immo a latronibus capti liberi permanent *l.* 19. §. 2. *D. de capt. & postl. l.* 13. *D. qui test. fac. poss.* Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt furca figendos, compluribus placuit *l.* 28. §. 15. *D. de pœn.*

Si *Latrocinantem* peremisti, qui voluntate inferendæ cædis processerat, jure eum cæsum videri *l.* 4. *C. ad Leg. Cornel. de sicar.*

Latrocinium, in *l.* 1. *C. Theod. de offic. rect. prov.* vocatur rapacitas officialium, litigatores variis modis, artibusque deprædantium. Eodem schemate caussidicinam, & famosas tabulas rum artes, quibus litigatores pecunia turpiter emungere solent. Columella *lib.* 1. *de re rust. c. comm.* 9. eleganter vocat ca num, sicut dixere veteres,

dium locupletiſſimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a majoribus, a nobis etiam conceſſum intra mœnia, & in ipſo foro, latrocinium. *Hein.*

Latruncvlator *l.* 61. §. *ult. D. de judic.* qui ad conquirendos, perſequendoſque latrones a principe mittitur, quem Juſtinianus λησοδιωκτην vocat *Novell.* 8. *c.* 13. Eorum etiam mentionem faciunt Euſeb. *Hiſt. eccl. lib.* 4. *c.* 15. & Auguſtin. *epiſt.* 169. *& ſeq.*

Latrvngvlvs & latro idem ſonant, ut adparet ex *l.* 24. *D. de capt. & poſtl.* juncta *l.* 118. *D. de verb. ſignif.* & ex *l.* 1. *D. de legat.* 3. *l.* 34. §. *ult. D. de donat.*

Latvs, ait Iſidor. *lib.* 11. *orig. c.* 1. læva pars corporis, quia jacentibus nobis latet. At a veteribus pro utraque corporis vel animati, vel inanimati parte uſurpatur. *Latus* brevius poteſt adferre difficultatem *l.* 12. §. 1. *D. de Ædil. edict.* Latera formæ perfodere *l.* 9. *C. Th. de aquæd.*

Latus pro parte. Hoc *latere* pro hac parte *l.* 118. *D. de verb. obl.* Ex utroque *latere* naſcitur obligatio *l.* 6. §. 4. *D. de negot. geſt.*

A *latere*, ſeu *ex latere*, id eſt, ex tranſverſo *pr. Inſt. de grad. cognat. l.* 10. §. 8. *D. eod. tit.* Qui ex *latere* eam duxerit, quam vetatur *l. ult. D. de rit. nupt.* Matrimonium quod ex *latere* non bene contrahitur, *ibid.* Ex latere autem cognatos Conſtantinus Harmenopul. *lib.* 4. *tit.* 9. §. 5. τους εκ πλαγιου vocat, ſequutus Juſtinianum *Novell.* 89. *c.* 4. *& Nov.* 118. *c.* 3. definit (ſecundum verſionem Latinam) qui neque nos progenuerunt, neque e nobis ſunt progeniti, ſed eamdem ſtirpem ac radicem nobiſcum communicarunt, veluti frater, ſoror, pater, vel avunculus, amita vel matertera, conſobrinus, conſobrina, frater patruelis, ſoror patruelis, & qui ex his deducuntur.

Circa *latus* principis agere, & militare dicuntur, qui circa principem ſunt occupati *l.* 30. *D. de excuſat. l. ult. C. eod. tit.* juncta *l.* 11. §. 2. *D. de minor.* Stat. Papin. *lib.* 3. *Silv.* 3. *v* 64. Semperque gradu prope nomina, ſemper Cæſareum coluiſſe latus.

Latus, *a*, *um Lata* culpa fuga Vid. ſupra art. *culpa*, *fuga.*

Latus clavus, cujus fit mentio apud Ulp. *tit.* 7. §. 1. *l.* 43. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 9. *C. de teſtam. mil. l.* 17. *C. Th. de præt. & quæſt.* fuit Senatorii ordinis inſigne, ut dictum eſt ſupra art. *clavus*, & hinc opponitur clavo anguſto, ſeu dignitati equeſtri apud Sueton. *in Aug. c.* 23. & *lati* clavi *anguſtis* apud Varron. *de ling. lat. lib.* 8. Hor. *lib.* 1. *Sat.* 6. Quo tibi, Tulli, ſumere depoſitum clavum, fierique Tribunum? Invidia adcrevit, privato quæ minor eſſet. Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus, & latum demiſit pectore clavum, Audit continuo. Quis homo hic eſt? Tale inſigne ab Imperatoribus peti, darique ſolitum eſſe, docet locus Plinii *lib.* 2. *epiſt.* 9. & exemplum apud Spartian. *in Severo c.* 15.

Lavacrvm pro balneo *l.* 18. *C. de oper. publ. & aliis locis.* Sic *Lavacrum* Agrippæ apud Ammian. Marcellin. *lib.* 29. *extr.* Conſtantianum, Silvani, Valentini apud *eund.* Oſtienſe inter opera Antonini Pii apud Jul. Capitolin. *in vita Anton. c.* 8. *Lavacra* populi Romani *l.* 3. *C. Th. de collat. donat.* Eadem ratione de Hadriano Spartianus *in vita c.* 18. ſcribit, eum *lavacra* pro ſexibus ſeparaſſe.

Lavacrum pro ſacro baptiſmate, quod *cæleſte* adpellatur *l.* 3. *C. Th. de ſpectac.* & venerabile in *l.* 2. *C. Th. ne ſanct. baptiſm.*

La-

BIBLIOTECA GRANADA

LAVARE, veteribus significat corpus aqua in balneo abluere. Qui in publicum lavare non patiebantur *l.* 13. §. *ult. D. de injur.* Cic. *lib.* 1. *de offic. c.* 35. Majores nostri neque patrem cum filio, neque socrum cum genero lavari voluerunt. Veterem lavandi morem refert Seneca *Epist.* 86.

LAVATIO, mundo mulieris continetur, quum per eam mundior fiat *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* Phædr. *lib.* 4. *fab.* 4. Seponit moechæ vestem, mundum muliebrem, *Lavationem* argenteam, eunuchos glabros.

LAUDABILITAS tua: His verbis comitem metallorum adfantur Imperatores *l.* 3. *C. Th. de metall.*

LAUDARE prisca lingua significat *nominare*, ut Gell. *lib.* 2. *c.* 6. Festus *lib.* 10. & Macrob. *lib.* 6. *Saturnal. c.* 7. scribunt. Et ita in actionibus civilibus usurpatur. Inde illa loquutio: Auctorem laudare *l.* 6. §. 5. *D. de act. emt. l.* 63. §. 1. *D. de evict.* Laudatus auctor *l.* 7. *l.* 14. *C. eod. tit. l.* 2. *C. de in lit. jur.* Sic & testem laudare, Non. Marcellus ex veterum libris interpretatur. *Laudare* leges: Quinctilian. *Declam.* 308.

LAUDEMIUM, vocabulum recentioris usus, de quo plura Cangius in Glossar. *med. & infim. lat. sub hac voce.* Res ipsa tamen præsidium reperit in *l.* 3. *C. de jur. emphyteut.* Est autem præmium illud, nempe quinquagesima, pro renovatione emphyteutica. A verbo laudo deducunt, cum latinius esset laudativum, sicut donativum.

LAUREATUS Prætor *l.* 19. *l.* 15. *C. Th. de prætor.* Fuit nimirum octo præturæ ordines, ex quibus Laureata una est, quas vide *in d. l.*

LAURENTUM societas consortiumque *l.* 47. *C. Th. de curs. publ.*

LAUTICA, vox nihili, legitur in quibusdam editionibus *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. Lautica acus cum margarita.* Sed legendum *calautica*, de quo tegmine muliebri supra suo loco dictum est. *Hein.*

LAUTUMIA, interprete Asconio *in Verr.* 3. adpellantur lapidibus cæsis exfecta loca, in quæ noxii damnari solebant. Hujusmodi erant lapicidinæ Syracusis in Cilicia. Cic. *in Verr.* 5. *c.* 27. Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno, Dionysio, factus Syracusis, quæ Lautumiæ vocantur, in istius imperio domicilium civium Romanorum fuit. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Carcer a coercendo, quod exire prohibet. In hoc pars, quæ sub terra, Tullianum, ideo; quod additum a Tullio rege, quod Syracusis, ubi simili de caussa custodiuntur, vocantur *lautumiæ*, & de lautumiis translatum, quod hic quoque lapicidinæ fuerunt. Festus: *Lautumias* ex Græco, & maxime a Syracusanis, qui *lautumias* & adpellant, & habent, ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem. Plato λατομιας vocat. Sic enim ille *Epist.* 2. *ad Dionysium*: υπεχετο δε μοι και φιλιστιον, ει συ αφιεις αυτον, ηξειν προθυμως Αθηναζε, το εκ των λατομιων ευ εποιησας αφεις. Quibus verbis vult Plato, benefactum a Dionysio, quod Philistionem de lautumiis, id est, de custodia illa publica dimisisset, ac liberasset. Ælianus vero *lib.* 12. *var. hist. c.* 44. λιθοτομιας adpellat, ubi earum longitudinem recenset, additque iis inclusum Philoxenum, Cyclopem fabulam scripsisse. Quod & refertur a Tzetze *Chiliad.* 10. *c.* 358. qui λατομιας cum Platone nominat. Sic quoque *latomias lapidarias* dixit Plaut. *in Captiv. Act.* 3. *Sc. ult. v.* 65. At *in Pœnul. Act.* 4. *Sc.*

se. 2. *v.* 5. *latumias. Ita me Dii ament, vel in latumiis, vel in pistrino, mavelim Agere ætatem.* Ubi videnda, quæ Taubmannus adnotavit. Pandectæ Florentinæ *lautumias* scriptum habent, ut in *l.* 9. *D. quib. ex causs. maj. l.* 1. §. *ult. D. de aleator.* Cujusmodi vocis hujus scripturam rectam esse docet elegans Sabini jocus, qui a M. Seneca *lib.* 9. *controv.* 4. refertur, Sabinum enim narrat, e carcere in Senatum introductum, post flebilem orationem, ad fales tandem rediisse, rogasseque, ut in *lautumias transferretur*. Non est, inquit, ut quem vestrum decipiat ipsum nomen *lautumiæ*, animo meo lauta res est. Ambros. *lib.* 7. *Comment. in Luc. c.* 13. Numquid illic quoque carcer aliquis, lautumiæque subeundæ sunt? Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *Epist.* 7. Quis enim super statu ejus nimis inflecteretur, quem videret adcuratum delibutumque *lautumiis* aut ergastulo inferri? Probant eamdem vocabuli scripturam Turneb. *lib.* 22. *adversar. c.* 17. Cujac. *lib.* 6. *obs. c.* 7. Petr. Faber *lib.* 2. *semestr. c.* 7.

Præcipue de vocis hujus usu, & notione disputatur ob *l.* 1. §. *ult. D. de aleat.* ubi quum is, qui alterum ludere vi coegit, in *lautumias* ducendus esse dicatur, fuerunt, qui ex eo loco colligerent, prætorem quoque maleficia quotidiana coercere voluisse. Huber. *Præl. in Pand. lib.* 11. *tit.* 5. §. 3. Locus hic, inquit, notabilis est, ad probandum, Prætoris officium quoque in maleficiis quotidianis versari puniendis, quatenus modicæ coercitionis rigor admittat, ejusque species fuisse deductionem in vincula publica, & in lapicidinas, ad tempus scilicet non longum: nam alioqui non leve supplicii genus id esset, ut ad titulum de pœnis vidimus. Hæc Huberus. Sed recte observavit Gerard. Nodt. *in Comment. ad Pand. p.* 259. *Lautumias* eo loco non esse lapicidinas, sed carcerem, cujus potestatem habuisse Prætorem, jure mixti imperii, vel ex *l.* 2. *D. de in jus voc.* patet. Et sane ita & Livium *lib.* 26. *c.* 27. loquutum esse observat, & satis notum est, prætori, destituto mero imperio, non fuisse jus damnandi in metalla, vel operas publicas. *Hein.*

LAXAMENTUM spacium & temperamentum significat. Pretio laxamenta tribuantur *l.* 2. *C. Th. tribut. in ips. spec. inferri*. id est, aliquid de pretio detrahatur, vel remittatur. Cum quodam laxamento itineris *l.* 4. *D. de vacat. & excus. mun. Laxamentum* temporis *l.* 7. §. 11. *D. de admin. & peric. tut.* Justinianus *Novell.* 72. *c. d.* Εκετο μεν των δυο μηνων καθ' εκαστον ετος ευδοσιμον, τουτο οπερ οι νομοι laxamentum καλουσιν. Tunc habeat quidem duorum mensium per singulos annos inducias, hoc quod leges laxamentum vocant.

LAXARE aliquid ex juris rigore *l.* 33. *D. de don. int. vir. & ux.* id est, remittere.

LAXIOR facultas *l.* 76. §. 8. *D. de legat.* 2. sumtus *l.* 14. *C. Theod. de lustr. coll.* id est, major, amplior.

LAXITAS, dilatio in *l.* 4. *C. Th. de exact.*

LAZICUS. Eo titulo inter reliquos usus aliquando est Justinianus, veluti *Novell.* 43. *præf.* a gente Lazica, quæ Colchidem eo tempore incolebat, dubia erga Romanos Persasque fide, donec eam partim armorum terrore, partim beneficiis ad officium revocaret Justinianus, inde *Lazici* cognomen jure adoptans. Acta Justiniani cum Lazis operose exsequutus est Jo. Pet. a Ludewig

in Justiniano *c.*8. §.120. *p.* 526. *seq.* Hein.

LECTICA *l.*49. *D. de legat.*3. *l.*7. *D. de serv. præd. rust.* erat sellæ genus, quo delicatiores patronæ vehebantur, succollantibus servis, reste Tertull. *de pall. c.* 4. Eoque pertinent hæc verba Juvenalis *Sat. 6. v.* 351. *Quam quæ longorum vehitur cervice servorum.* Viros quoque divites, & beatos eodem luxus genere usos, ostendit Seneca *Epist.* 29. Non turba servorum lecticam tuam per itinera urbana, & peregrina portantium. Idem *epist.*100. Cohors culta servorum, lectica formosis imposita calonibus. Multis autem servorum cervicibus hoc onus impositum fuisse, argumento sunt *hexaphori*, *& octophori* nomina apud Martial. *lib.* 2. *epigr.* 81. *& lib* 6. *epigram.* 84. Ciceron. *lib.*2. *ad Q. fratrem epist.*9. At insequentibus temporibus tam vulgaris erat lecticæ usus, ut pauperes viderenrur, qui pedites incederent Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 350. *Nec melior, pedibus silicem quæ conterit atram.* ubi scholiastes, id est, quæ pedibus suis ambulat, & per hoc pauper. Prudent. *adverss. Symmach. lib.*1. *v.* 583. *Quique terit silicem variis discursibus atram.* ubi legendus Jo. Veiz. *in notis p.* 746. Plura de lecticis Lipsius *elect. lib.* 1. *c.* 19. & *Centur. miscell. epist.* 11. Jo. Scheffer *de re vehic. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 108.

LECTICARIUS servus *l.*8. §. *ult. D. de legat.*1. *l.*49. *D. de legat.* 1. *& aliis locis.* qui cum aliis lecticam gestabat, eam humeris subiens. *Ad lecticum hominem* eleganter vocat Catullus *epigr.*12.

Lecticarii, seu decani olim ecclesiasticum munus obibant, efferendis cadaveribus deservientes *Novell.* 43. *c.* 1. qui & κοπιαται vocantur, τας των νεκρων κλινας αγοντες. De his lecticariis, qui & κλινοφοροι dicti, videndi Fabrott. *enarrat ad Cujac. paratitl. Cod. de SS. eccles. p.*10. &, qui de iis ex instituto egit, Kirchmannus *de Funer. Rom.*2.8. Hein.

LECTIO tabularum *l.* 2. §. 3. *D. testam. quemadm. aper.*

In *l.* 1. *C. Theod. de respons. prud.* Papiniani, Caii, Paulli, Ulpiani, atque Modestini scripta universa firmamus, ita ut Caium, Paullum, Ulpianum, & ceteros comitetur auctoritas *lectionis:* in qua indicari videtur, testimoniis ex horum jurisconsultorum operibus depromtis stare teneri judices, vel ut *in* §.8. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* res exprimitur, *eorum sententias & opiniones eam auctoritatem tenere in posterum debere, ut judici recedere a responsis eorum non liceat.*

Lectionum, vel *variarum lectionum* libros scripserat Pomponius, ut ex catalogo Pandectis Florentinis præfixo, & ex ipsis pandectarum capitibus adparet. Sed & Gellius quibusdam libris suis titulum indidisse *lectionis suæ, aliis antiquarum lectionum lib.*20. *c.*8. observavit.

LECTOR in clericis numeratur *l.* 6. *C. de episc. & cler.* Et quidem inter ordines tertio gradu constituuntur apud Isidor. *lib.* 7. *orig. c.* 12. qui *lib.*2. *eccles. offic. c.* 11. & de eorum origine agit. Eorum erat, divinas litteras ecclesiæ prælegere. Unde & *lectorum* divinorum apicum vocantur *l.* 7. *C. Th. de episc. & cler.* Et hoc seu munere, seu ministerio fungitum in ecclesia Julianum Imperatorem, priusquam a christiana fide deficiens ad paganismum transfugeret, historiarum ecclesiasticarum monimenta testantur. Sic enim de eo Socrates *lib.*3. *Hist. eccles. c.* 1. Εν δε τω φανερω τ[illegible] ιερα των χριστιανων απεγινωσκε γρα[illegible] μ[illegible]

μετα και δη της εν Νικομηδεια εκκλησιας αναγνωσης κατιστατι. Palam enim sacras Christianorum scripturas prælegebat in Nicomedienſi eccleſia Lector conſtitutus. Theodoretus quoque *lib.* 3. *c.* 2. τη των αναγνωστων ηξιωθη χορω, και τας ιερας βιβλους εν τοις εκκλησιαστικοις συλλογοις υπανεγινωσκε τω λαω. Dignus habebatur Lectorum ordine, & libros ſacros in eccleſiaſticis conventibus populo prælegebat. Denique Sozomenus *lib.* 5. *c.* 2. eum cum Gallo fratre ſacris litteris imbutum, narrans, addit: ως τω κληρω εγκαταλεγηναι, και υπαναγινωσκειν τω λαω τας εκκλησιαστικας βιβλους. Ut & in clerum cooptaretur, populoque libros eccleſiaſticos prælegeret.

LECTUM neutro genere eſt dictum in *l.* 19. §. 8. *D. de aur. & arg. leg. & l.* 52. §. *ult. D. de legat.* 3. quod nonnulli tamquam barbarum notarunt. At videtur hoc vocabulum inter ea fuiſſe, quæ in *us* & *um* exeunt, quorum exempla collegit Voſſ. *lib.* 1. *Annal. c.* 36. quamvis non videatur vetuſtioris laudari auctoritatem, quam Gloſſarii Latini, in quo hoc legitur: *Lectum*, κλινη. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Iſtor. p.* 339. Hein.

Lectorum legatum continet & fulcra *l.* 52. §. *ult. D. de legat.* 3. Lectorum autem hæ ſunt notandæ differentiæ, *convivales*, *cœnatorii*, *cubiculares*. *funebres*, *geniales*.

LEGARE in XII. Tab. pro qualibet deficientium ſeu morientium voluntate accipi patet ex *l.* 120. *D. de verb. ſignif.* Nimirum *legare* eſt mandare, jubere, veluti apud Plaut. in *Caſin. Act.* 1. *ſc.* 1. *v.* 12. *Quin potius, quod Legatum tibi eſt negotium Id curas.* Ipſi quoque teſtatores, dum teſtabantur, *legare* dicebantur non ſolum in XII. Tabulis, ſed in formula nuncupandi notiſſima apud Ulpianum *tit.* 20. §. 9. *Hæc uti in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque vos, Quirites, teſtimonium præbitote.* Idque ex ea ratione, quod teſtamentum eſſet quaſi lex, quam teſtator dicebat rebus ſuis, in qua omnia verbis directis,& legislatoriis, vel, ut idem Ulpianus *tit.* 24. §. 1. loquitur, *legis modo*, id eſt, imperative, proferebantur. Hinc & Græcis teſtamentum condere eſt νομοθετειν, *legem facere Novell.* 22. *c.* 2. & apud Chryſoſt. *in Act. Apoſt. ſerm.* 1. Ipſum teſtamentum νομος, *lex*, apud Priſcum *in excerpt. de legat. p.* 62. Vid. Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſt. p.* 599. Legare enim vere a *lege* dicitur, ceu obſervavit Voſſ. *in etymol. p.* 329. Hein.

In ſenſu ſtrictore acceptum hoc verbum ſignificat *legatum* relinquere, vel rem ſingularem verbis directis dare. Hinc *legare a filio*, *ab herede*, & ſimilia paſſim in Pandectis occurrunt.

LEGATARIA, femina, cui relictum eſt legatum *l.* 43. *D. de act. emt. Legatarius* quodammodo quaſi heres eſt *l.* 14. §. *ult. D. de uſurp.* Legatarii non ſunt juris ſucceſſores §. 11. *Inſt. de teſtam. ordin. l.* 9. §. 1. *D. de edend.*

LEGATIO, munus, & officium, quo legati funguntur *l.* 14. *D. de legation. Legatio* Alexandrina *l.* 42. *C. Theod. de epiſc. & cler.* Legatio proconſularis provinciæ *l.* 186. *C. Theod. de decurion.* Legationes provinciales *l.* 15. *C. Th. de legat. & decret.* Qui apud exteros legatione funguntur, poſſunt facere teſtamentum *l.* 13. *D. qui teſtam. fac.* Debitor reipublicæ legatione fungi non poteſt *l.* 4. *D. de legation.* Tot autem ſunt legationum genera, quot legatorum, de quibus mox ſub voce *legatus*. Hic interea dicendum de *legatione* quam

dicebant *liberam*, solutam nempe, nec adstrictam, sua sponte, suique, non alieni arbitrii, quo nomine ea adpellabatur legatio, quam quis rei suæ ergo, seu rerum privatarum caussa, sine mandatis obibat, quemadmodum Cic. *orat. Agr. II.* 17. *& de Legib. lib.* 1. *c.* 3. Unde merito Ulpianus eum, qui libera legatione abest, non videri reipublicæ caussa abesse, pronunciat. Hic enim non publici commodi caussa, sed sui abest *l.* 14. *D. de legation.* Hujusmodi legationem decerni sibi satagebant senatores, qui hereditatum, aut syngrapharum persequendarum gratia in provinciam excurrere necesse habebant, ut sub ea muneris publici, quod eis tituloenus injungebatur, specie negotia sua, salva dignitate, conficerent. Cic. *lib.* 3. *de legib. c.* 8. Omitto, quemadmodum isti se gerant, atque gesserint, qui Legatione hereditates, aut syngraphas suas persequuntur. Idem pro *Flacc. c.* 34. An *legationes* sumere *liberas*, exigendi caussa, sicut & nuper, & multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est? Ex eodem genere & illa erat *legatio*, quæ voti solvendi caussa suscipiebatur, quam Cicero *lib.* 4. *ad Attic. Epist.* 2 *votivam* adpellat. Sed &, qui sua sponte urbe excedere, seque oculis civium ad tempus subtrahere in animum induxerant suum, hanc eamdem legationem, ut aliquis profectioni honestus color quæreretur, postulabant. Brutus apud Ciceronem *lib.* 10. *ad famil. epist.* 1. Placitum est mihi, ut postularem *legationem liberam* mihi, reliquisque nostris, ut aliqua caussa proficiscendi honesta quæreretur. Suet. *in Tiber. c.* 30. Negant, eo destinatos magistratus abesse oportere, ut præsentes honori adquiescerent, Prætor designatus *liberam legationem* impetravit. In summa ergo nudum erat hoc legatorum nomen, sine re, quo honorati viri, ne in transitu, aut in provinciis morantes, vilescerent, inhonoratique agerent, ornabantur. Easque legationes, ne plus justo senatores abessent, definitum habuisse tempus Lege Julia, Cic. *lib.* 15. *ad Attic. epist.* 11. testatur. Vix ergo justam rationem habuit Cujac. *lib.* 9. *obs. c.* 29. qui tales legationes ideo *liberas* dictas, putat, quod nullo fuerint finitæ tempore, sed redire, & abire iis, qui impetraverint, quandocumque licuerit. Notavit Cujacium eo nomine Alb. Gentil. *lib.* 1. *de Legat. c.* 8. defendit tamen utcumque Herm. Kirchner. *lib.* 1. *de legat. c.* 2. *num.* 29. Alio sensu *libera* dicitur *Legatio*, quæ nulli certæ formulæ, nullis mandatis adstricta, liberrimam legato permittit facultatem, agendi, quæ e rep. esse viderentur *l.* 15. *C. Theod. de legat. & decret.* Quales legati Græcis αὐτοκράτορες vocabantur. Exempla recentiora sunt apud Phil. Cominæum *lib.* 1. *Comment. p.* 3. & Herm. Kirchner. *ibid. n.* 2. *seq.*

LEGATIVUM, viaticum legatorum adpellatur *l. ult.* §. 12. *D. de mun. & honor. l.* 2. §. *ult. D. de legation.*

LEGATOR pro testatore, qui legaverat. Suet. *in Tiber. c.* 31.

LEGATUM definiunt Florentinus in *l.* 116. *D. de legat.* 1. delibationem hereditatis, qua testator, ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum vult: Modestinus in *l.* 36. *D. de legat.* 2. donationem testamento relictam: Justinianus §. 1. *Inst. de legat.* donationem quamdam, a testatore relictam, ab herede præstandam: Ulpian. *tit.* 24. §. 1. quod legis modo, id est, imperative testamento relinquitur. Nam ea, quæ precario modo relinquuntur, *fideicom-*

commissa vocantur. Hæ definitiones suo quæque incommodo laborant, nec rem accurate exhibent. Quid enim *delibatio* hereditatis? Hæc in legato omnis generis non deprehenditur: Veluti quum facta legantur, ad quorum præstationem heredem damnat testator *l.* 112. §. 3. *D. de legat.* 1. quod quidem repugnat ei, quod Florentinus vocabulo *delibationis* dicere voluit, legatum esse particulam hereditatis, seu μειωσιν κληρονομιας, ceu Scholiastes Theophil. *h. l.* habet. Turbat hic etiam vocabulum donationis, cujus notio, prout supra definita est, non modo conferentem, sed & acceptantem, etiam cum mortis caussa donatur, supponit. Nec quadrat Modestini adjectum, *testamento relicta*, quia perinde & in codicillis legari potest, olim quidem testamento confirmatis *l.* 8. §. *ult. l. ult. D. de C.* §. 10. *in fin. Inst. de fideic. hered.* hodie, post exæquata fideicommissis legata, indistincte.

Jure veteri sane & quod ad verba disponendi & quod ad rem ipsam fideicommissum a Legato differebat. Atque ex illa differentia Legatum quale olim erat definierim dispositionem ultimæ voluntatis de re ab hereditate diversa, verbis directis relicta; fideicommissi vero singularis verba tantum precativa erant. Hinc legatum heredem obligabat, fideicommissum non item. Tandem inductum temporibus Augusti, ut fideicommissa quoque valerent, cujus rei historia relata est *pr. Inst. de fideic. hered.* ac de singulis quoque rebus per fideicommissum relictis actio constituta *l.* 178. §. 2. *D. de verb. signif.* Hoc jure introducto, coepit intelligi fideicommissa cum multis in rebus differrent a legatis, effectu tamen vim legati obtinere, atque adeo pro legato esse. Inde dictum, & fideicommissum legati adpellatione contineri *l.* 87. *D. de legat.* 3. Inde & illud Scævolæ, ut quasi legati verbum generis nomen esset, hujus species fideicommissum, ita hac forma loquendi uteretur, ut diceret Mævium quid legasse per fideicommissum, dum hoc sentit, eum quid per fideicommissum reliquisse *l.* 41. §. 6. *D. de legat.* 3. Nihilominus tamen post vim illam fideicommissis primo tributam, differentiæ complures inter *legata*, & fideicommissa manserant, cujus generis multæ relatæ sunt ab Ulpiano *fragm. tit. de legat. & tit. de fideicommiss.* item a Caio *lib.* 2. *inst. sub iisdem titulis.* Sed quæ in Pandectis, & Institutionibus nobis relictæ sunt, hæ fere sunt. Prima illa, quæ ad genus actionis de his persequendis pertinet. Nam de legatis non tantum fuit actio in personam legatario tamquam de re debita, sed etiam in rem tamquam de re sua, si quidem res legata fuisset testatoris *l.* 76. §. 8. *D. de legat.* 2. Caius *lib.* 2. *Inst.* Theophil. §. 1. *Inst. de legat.* Fideicommissi autem persequutio fuit in personam, in rem nulla, cum ut legatum non relinquebatur directo, sed per interpositam personam ejus, qui rogabatur, ita nec dominium fideicommissi recta transiret a testatore in fideicommissarium, sed tunc, cum hic a manu rogati relictum accepisset §. *ult. Inst. de sing. reb. per fideic. rel.* Fuit & illa differentia altera generalis, quæ, & ipsa alias speciales peperit, quod placebat legata angustius, & restrictius accipi, fideicommissa plenius & benignius §. 3. *Inst. de legat.* Ex quo fonte aliæ differentiæ speciales natæ sunt numero tres. Prima in eo, quod placuit *legata* testamento solum relinqui posse, codicillis non posse §. 10. *Inst. de fideic. her.* Secunda fuit

in eo, quod placebat legata, quemadmodum solo testamento relinqui poterant, ita solum ab herede, qui testamento solo recte instituitur, relinqui posse, cum fideicommissum ab herede, & a legatario, & a fideicommissario recte relinqueretur *pr. & §. 1. Inst. de sing. reb. per fideic.* Differentiæ ratio ex verbis legis XII. Tabularum, quæ cavet de legatis. Sic enim verba sunt, ut jubeat jus & ratum esse, quod quis *legassit* sed nominatim *rei suæ*, seu de re pecuniave sua *l. 120. D. de verb. signif.* Jam vero proprie tum demum quisque de suo legare intelligitur, cum aut recta, quod suum est, confert in aliquem, aut relinquens ab alio relinquit ab herede suo, quia heres eadem persona cum defuncto esse intelligitur. Qui autem a legatario quid legat, is nec legat, quod suum sit, sed quod legatarii, ac proinde alienum, nec legat ab eo, qui defuncti personam sustineat, cum legatarii in jus universum non succedant §. 11. *Inst. de testam.* Hæc subtilitas in fideicommissis negligitur, nec abs re, cum si æquitas spectetur, non solum æquum sit de re nostra nobis statuere licere, sed etiam eum obligare, qui a nobis accipiendo se ei obligationi subjecit *l. 1. §. pen. D. de legat. 3.* Tertia differentia hæc fuit, ut *legatum* post mortem heredis, aut legatarii relinqui non posset, fideicommissum posset §. 31. *Inst. de legat.* Nimirum quia in legato, cujus relinquendi potestas a lege fuit, auctoritas juris, & regula servari debuit, cui non item locus est in fideicommissis. Fuit autem hæc regula juris veteris, actiones ab heredibus, aut contra heredes incipere non posse *l. un. C. ut act. ab hered. & contr. her.* Ratio diligenter exposita a Theophilo in *d. §. 35.* His vero omnibus differentiis, & si quæ aliæ sunt, sublatis, sciendum est iisdem actionibus fideicommissa peti posse, quibus olim legata potuerunt *l. 1. Commun. de legat. §. 1. Inst. de legat.* hæc non aliter ac fideicommissa & codicillis relinqui posse, & relinqui a legatario, & relinqui post mortem, heredis, vel legatarii, & ita per omnia exæquata sunt legata fideicommissis, & contra fideicommissa legatis, ut quod amplius fuit in uno genere ex jure vetere, id jam etiam in altero licere, & usurpari posse intelligatur *d. l. 1. commun. de legat.* Restat tamen legati, & fideicommissi differentia in hoc genere relicti, libertate nempe testamento relicta, quam differentiam etiam post illam exæquationem manere ex necessitate juris videmus. Ut ecce: Nec alius ullus *directo* ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur *§. pen. Inst de sing. reb. per fideic. relict.* alias fideicommissi caussa libertas contingere potest ejus, qui testatoris non fuit. Quin ex ipsa testatoris voluntate naturam fideicommissi a legato diversam, servari in casu relictæ verbis precativis libertatis ei, qui suus est, adparet ex *d. §. pen. circa init.* ea scilicet intentione ut heredis potius, quam defuncti libertus intelligatur manumissus.

Legatum damnationis, vindicationis, finendi modo, præceptionis, adimere, transferre. Vid. suis locis.

Legatorum stipulatio *l. 29. §. 1. D. de verb. oblig. l. 5. D. de dol. mal. except.* adpellatur, qua legatorum vel in diem, vel sub conditione relictorum, vel etiam præsentium nomine interponitur *tit. D. ut legat. seu fideic. nom.* Ulpianus stipulationes de legat. vo

vocat in *l.* 1. §. 2. *D. de ſtipul. præt.*

Quorum *legatorum* interdictum Vid. infra ſub art. *Qui, æ, od.*

LEGATUS a *legando* dictus, quia mandata conſtituentis ad alios ferunt. Voſſ. *etym. p.* 329. Ita autem in libris noſtris adpellantur, qui a municipio, civitate, republica, patria ſua, vel provincia cum mandatis ad principem mittuntur *l.* 2. §. 1. *l.* 8. *l.* 24. *D. de judic.* Et ita legatum ad principem ſalutandum omnibus annis a Byzantinis mitti ſolitum, oſtendit Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 52. ubi & ad eum, qui Moeſiæ præfuerit, publice ſalutandum, legatum ab iiſdem miſſum eſſe, teſtatur. Edicto vero Veſpaſiani præceptum omnibus civitatibus fuerat, ne plures, quam ternos legatos mitterent *l.* 4. §. *ult. D. de legation.* Sic *legati* Archivorum *l.* 18. *C. Th. de exact. Legati*, qui ad comitatum noſtrum advenerunt *l.* 6. *C. Th. de legat. & decret. Legatus* creatus a patria ſua *l.* 5. *l.* 12. *D. de legation.* Hieropolitanæ civitatis *l.* 8. *C. Theod. de cenſit. peræqu. inſpect.* municipiorum *l.* 8. *D. ex quib. cauſ. major.* provinciales *l.* 35. §. *ult. D. de jurejur.* reipublicæ *l.* 2. *D. de legation.* qui ad ſacrarium principis mittitur *l. ult.* §. 12. *de mun. & hon.*

Legati etiam ſunt, qui a populo libero vel principe ad alium populum liberum, vel principem mittuntur. Sic *legatus* hoſtium *l. ult. D. de legat. legati* populi Romani, qui ſagmina ferre ſolent, ne quis eos violaret, ſicuti Legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur κηρυκια *l.* 8. §. 1. *D. de ver. diviſ.* Apud omnes Gentes Legatis Regum, & populorum liberorum ſecuritas viæ, vitæque præſtatur, ſcilicet ut admittantur, incolumeſque dimittantur. Admittuntur, ut audiantur, & reſponſum ferant ſuper illis, quæ Regis, quæ populi ſui nomine denunciant, niſi juſta cauſſa ſit aditum denegandi, quod ſæpe contingit. Dimittuntur ut Regi, ut populo ſuo reddant, quod reſponſum acceperunt. Legatis nulla debet injuria inferri: (1) Quia res nomine Dominorum ſuorum gerunt: (2) Quia neceſſarii internuncii tales ſunt, ut eis ſocietas gentium carere non poſſit: (3) Quia jus gentium idem communi aſſenſu ſtabilivit, ne barbaris quidem exceptis. Tacitus *lib.* 1. *Annal.* Liv. *lib.* 4. *hiſt.* Jul. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. civili.* Cic. *orat.* 3. *in Verrem.* Mariana *lib.* 12. *hiſt. cap.* 3. (4). Hinc Reges auctoritatis ſuæ obſervantiſſimi propter Legatos ſuos male habitos bella denunciaverunt. 2. Samuel. 10. 2. 3. (5) Reges & populi contumeliæ in Legatos admiſſæ rei damno, atque interitu ſuo dedecus hoc luerunt, Flor. *lib.* 4. *cap.* 5. Cic. *orat. pro Lege Manil.* Curt. *lib.* 4. *hiſt.* Kipping. *lib.* 3. *cap.* 4. *diſt.* 11. Non tantum Legati, verum etiam comites, eorumque miniſtri ſecuritate publica gaudent. Salluſt. *de bello Jugurthino*. Nec tamen privilegio iſto abuti debent, ut facinoroſis receptum dent, magiſtratu repugnante, domi ſuæ. Indignum enim Legato eſt, nec mittitur, ut alterius Principis juriſdictionem turbet. Legatus optimi generis vir eſſe debet, eruditione, & rerum gerendarum dexteritate inſtructus, ingenio præſtans, nationiſque ſuæ Patronus, & protector: Albericus Gantilis, Paſchalius, Marſelaer *de legatorum jure*. Legatus in delicto gravi deprehenſus ad Regem ſuum mittitur, ut is poenam irroget ei. Legato nomen & privilegia cum deliquit, ille ſolus detrahere poteſt, qui

privilegia & nomen secundum jus Gentium propria accommodavit personæ: Kirchner. *lib.* 2. *de legat. cap.*2. Grot. *de jur. bell. & pac.* Marselaer *lib.* 2. *de legat. diff.* 13. Nuncii a seditiosis civibus ad Regem suum missi privilegia Legatorum habent: Grot. *lib.* 2. *de jur. boll. & pac. cap.* 18. Scribani *lib.* 1. *Polit. Christ. cap.* 26. Hotomann. *de legat. cap.* 4. Tacit. *lib.*3. *hist.* Liv. *lib.* 2. De prudentia Legatorum magnum dissidium apud Auctores invenitur, unusquisque pro natione sua decertans. Hispaniarum Regis eminentiam propugnant Borellus *lib. de præstantia Regis Catholici.* Vasques *in præludio ad quæst. illustr.* Valdesius libro *de dignitate Hisp.* Chifletius *tom.* 1. *cap.* 2. *vindic. hisp.* Armacanus in *Marte Gallico lib.* 1. *cap.* 1. Galliæ Regis prærogativam tuentur Gothofredi, Blondellus de *Ampulla Rhemense*, Bodinus *lib.* 1. *de republ. cap.* 3. Regis Angliæ jura sustinent Hovellus, Meteranus *lib.*13 *hist. Belg.* Jonstonus *lib.*8. *rer. Anglic.* Kipping. *lib.*15. *hist. cap.*2. *dist.*3.4. & 5. Dn. Giron.

Legatus a latere, scil. Pontificis missus, qui solet esse Prælatus & ut plurimum Cardinalis. Dicitur *a latere*, quia sumit insigne suæ jurisdictionis,& facultatis stans a latere Pontificis sub ejus *baldachino*, quem Græci *legatum a facie* adpellant. Delegantur a Romano Pontifice in provincias cum amplissima auctoritate, quæ ejusmodi est, ut toto legationis tempore non secus ac Pontifex ipse honorentur, & suprema in rebus ecclesiasticis potestate gaudeant, & ad Apostolicam sedem factas adpellationes ipsi indicent. *cap.*1. *extra de offic. legati. gloss. in extr. cap. un. de præbend.* Petr. Morin. *Exercit. c.* 20. Plures quidem Legati creantur, alii, qui ad spon-

salitia principum mittuntur, alii, ut baptismalem ceremoniam pro regum primogenitis celebrent,alii, ad gubernandas status ecclesiasticis provincias, sive ut præsideant in oecumenicis conciliis. Sed in rigore *Legati a latere* illi tantum dicuntur, qui a latere Pontificis sollemnibus ceremoniis creantur, & pro aliquo publico Christianitatis negotio ad Reges mittuntur. Generatim porro *a latere* mitti, ac delegari quivis legati dicuntur, qui ex familia mittentis sunt. Item *Legati nati* sunt archiepiscopi, vel episcopi, qui jure *legatorum* in suis diœcesibus, ac provincia gaudent, quales fuerunt in Anglia Eboracensis, seu Cantuarienfis, in Gallia Rhemensis, in Italia Ravennatensis & Pisanus Archiepiscopi, & alibi, quorum tamen privilegia non nisi ad facultatem ordinariam Archiepiscopi, seu Primatis extenduntur, nam nequeunt facere crucem extra provinciæ limites *Can. antiqua de privil. & excess. lib.* 5. *decretal.* nec possunt clericorum publicos percussores absolvere *cap.* 9. *de offic. legat. lib.*1. *decretal. tit.* 30.

Denique *Legatus* etiam vicarium, & qui aliena vice fungitur, significat Cæsar *lib.* 1. *de bell. civil. c.* 17. Neque se ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Appian. *lib.* 1. *de bell. civ.* ex versione latina: Interiit, ait, & Fonteius, qui & Legatus fuerat. Ita vero Romani vocant eos, qui a senatu rectoribus provinciarum adjutores dantur. Sic *Legatus* Aquitaniæ *l.* 12. *D. de custod. & exhib. reor.* Cæsaris, id est, præses, vel corrector provinciæ *l.* 20. *D. de offic. præsid.* Hinc ii præsidum nomen sibi vindicant *l.* 1. *D. eod. tit.* Ac plane qui Cæsarum provincias cum imperio obtinebant,

bant, *Legati* Cæsaris dicebantur *l.* 19. §. *ult. D. locat. l.* 7. *D. de manum. vind. l.* 4. *D. de offic. adsess.* Vera ac genuina horum præsidum denominatio erat: *Legati Aug. Procos.* vel *Proprætores* Ez. Spanhem. *de usu & præst. numism. Tom.* 2. *p.* 180. præter eos, qui Aegypto præerant, qui *Præfecti Augustales rubr. D. de offic. præs. Aug. Vicarii Augustal. l.* 2. *C. de his quæ met. causs. Augustales l.* 59. *C. de decurion. & Præfecti Aegypti* dicebantur *l.* 21. *D. de manum. vind. l.* 1. *D. de tut. & cur. dand.* & apud Reines *Inscr. pag.* 460. Pontius. *Legatus* Caii Cæsaris: Plin. *lib.* 35. *cap.* 3. *Legatus* Ciliciæ *l.* 2. *D. de jur. immun. l.* 3. *D. de testib. Legati* consulares *suet. Vespas. cap.* 6. *Legatus* Galliæ Plin. *lib.* 9. *c.* 5. *Legatus* Legionis Idem *in Vesp. c.* 4. Lugdunenfis *l.* 15. *D. de excus. tut.* Lugdunenfis provinciæ *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 2. Lyciæ apud Plin. *lib.* 12. *c.* 1. Numidiæ *l.* 7. *D. de legat. præst.* præfidis *l.* 9. §. 2. *D. de poen.* proconsulis Ingressus enim provinciam Proconsul jurisdictionem Legato suo mandabat, nec, antequam ingressus esset, mandabat, nisi necessariam moram in itinere pateretur *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *D. de offic. procons.* adeoque *legatus* procos. vocatur, qui ejus partibus, mandata ab eo jurisdictione fungebatur *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *D. de offic. procons. l.* 1. *D. de bon. possess. ex test. mil. l.* 2. *D. qui & a quib. l.* 17. *D. de manumiss. vind.* Plin. *præfat. lib.* 19. Vetus Glossarium: *Legatus proconsulis est, cui proconsul, ingressus provinciam, mandat jurisdictionem, aut quum in itinere moram patitur necessariam.* Hinc & judicis, & tuteris dandi jus habebat legatus proconsulis *l.* 12. *l.* 15. *D. de offic. procos.* animadvertendi vero, coercendi, vel atrociter verberandi jus non habebat, sed, si quid esset, quod majorem animadversionem exigeret, rejicere ad proconsulem debebat *l.* 11. *D. eod. tit.* Ad legatos hos pertinent sequentia: Adpellari a *legatis* proconsul potest *l.* 3. *D. quis a quo adpell. Legati* principem non consulebant, sed proconsulem suum, & is ad consultationes eorum debebat respondere *l.* 6. §. 2. *D. de offic. procos. Legatum* ante se de provincia dimittere proconsul non debet *l.* 10. §. *ult. D. eod. tit.* Quum propriam jurisdictionem *legatis* tuis dederis *l.* 4. *D. de offic. ej. cui mand. jurisd.* Apud *legatum* proconsulis neque manumittere, vel adoptare potest, quia non est apud eum legis actio *l.* 2. *l.* 3. *D. de offic. procos.* Contra ea Paullus *l.* 17. *pr. &* §. 1. *D. de manum. vind.* ubi Jurisconsultus: Apud procos. postquam urbem egressus est, vindicta manumittere possumus. Sed & apud *Legatum* ejus manumittere possumus. De quo loco sane suspecto disputant Cujac. *lib.* 1. *obs. c.* 1. & Petr. de Marca *de concord. sacerd. & imper. Legatus* provinciæ: Plin. *lib.* 12. *c.* 1. *Legatus* Syriæ Spartian. *in Hadrian. c.* 5.

Legere *libellos* pro tribunali *l.* 72. *D. de furt.* scriptos oculis perspicere.

Legere glandem *l.* 1. *D. de gland. leg.* oleam *l.* 42. *D. de usu & usufr.* uvam *l.* 25. *D. de act. emt.*

Legere milites *l.* 35. *D. ex quib. caus. maj. l.* 4. §. 1. *D. de re milit. l.* 6. §. 2. *D. de Leg. jul. repet.*

Legio, ut ait Isidor. *l.* 9. *c.* 3. sex millium armatorum est, quæ sexaginta habet centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim. *Legiones* administrare *l.* 2. §. 1. *D. de his qui notantur infam.*

LEGIONARIA militia, & equestris opponuntur *l.* 2. *in fin. C. Theod. de fil. militar. adpar. Legionarius* miles *l.* 8. §. 6. *D. de excusat.*

LEGITIME adoptare *l.* 132. *D. de verb. oblig.* in adoptionem dare *l.* 2. §. 9. *D. ad SC. Tertull.* in jure cedi *Ulp. tit.* 19. §. 13. ubi tamen aliæ editiones habent, a legitimo herede in jure cedi. *Legitime* concepti, id est ex justis nuptiis: *Ulp. tit.* 5. §. 10. *Legitime* quæsitus spurio opponitur *l.* 3. §. 1. *D. decurion.*

LEGITIMUS *a, um*, *Legitimum* ut plurimum est, quod ex vetere Lege, nimirum XII. Tabularum descendit, & tam quod ex verbis, quam quod ex mente ejus legis introductum, receptumque est, *legitimi* nomen obtinet. Verum tamen & quod novis legibus, atque adeo, quod SCis, & constitutionibus principum introductum, institutum, confirmatum, comprobatumque est, *legitimi* adpellationem sibi vindicat. Idque epitheton tam personis, quam rebus, actionibus, temporibus adplicatur.

Sic *legitima* accusatio, quæ ex lege Julia de adulteris instituitur *l.* 11. §. 9. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Legitimæ actiones in *l.* 19. *D. de op. nov. nunc.* quæ legibus proditæ sunt, ut loquitur Pomponius *l.* 11. *D. de præscr. verb.* quæ ex legitimis, & civilibus cauffis descendunt, *ut* §. 3. *Inst. de action.* Et ita *legitimæ* actiones honorariis opponuntur *l.* 32. *D. ad Leg. Falcid.* Injuriarum actio aut *legitima* est, aut *honoraria. Legitima* ex lege XII. Tab. Sic & *legitimæ* actiones, veluti de pastu pecoris, de pauperie ex lege XII. Tab. proficiscuntur, item damni, injuriæ ex lege Aquillia *l.* 14. §. *ult. D. de præscr. verb.* Actio quoque aquæ pluviæ arcendæ *legitima* adpellatur, ut quæ ex lege XII. Tab. descendat *l.* 22. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* ubi *legitima* actio, & utilis opponuntur. Ac plane *legitimas* actiones ex legibus XII. Tab. compositas fuisse, ait Pomponius *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* de quibus sentit Papinianus, quum ait: Cessantibus judiciis proditis, & vulgaribus actionibus *l.* 1. *D. de præscr. verb.* & Celsus, quum vulgaria atque usitata actionum nomina dicit *l.* 2. *D. eod. tit.*

Actus *legitimi*, velut mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, servi optio, datio tutoris *l.* 77. *D. de reg. jur.*

Legitima ætas viginti quinque annorum ætas adpellatur, quod Lege Lætoria in id usque tempus adolescentes curatorum auctoritate regerentur. Constantin. M. in *l.* 2. *C. Theod. de donat.* Donec, ait, annos Lætoriæ legis egressus, *legitimam* compleverit ætatem. Et ita *legitima* ætas accipitur in *l.* 32. §. *ult. D. de testam. tut. l.* 20. §. *ult. D. de liberat. leg. l.* 1. *D. de fidejussor. tut. l. ult. in fin. D. de adpellat. l.* 27. *D. de negot. gest. l.* 41. *D. de fidejuss. l.* 16. *C. eod. tit. & aliis multis locis.* Sic & *legitimum* statum ætatis intellige in *l.* 77. §. 14. *D. de legat.* 2. & *l. pen. C. quand. dies legat.* At apud Livium *lib.* 40. *c.* 43. *Legitima* ætas est, legibus annalibus præscripta, de quibus vide Cic. *Philipp. V. c.* 17. Festus Pompeius: Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi. Unde Ovid. *lib.* 5 *Fastor. v.* 65. Finitaque certis Legibus est ætas, unde petatur honos. *Legitima* caussa §. 3. *Inst. de action.*

Legitima cera apud Cic. *in Divin. c.* 7. est tabella judiciaria.

Legi-

Legitima cognatio, ut ait Caius in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 2. ea est, quæ per virilis sexus personas conjungitur, qui *Legitima* cognatione conjuncti adgnati adpellantur. *Legitimæ* ergo cognationes sunt, quæ adgnatorum jus habent, quod ipsum civile, & Legibus XII. Tabularum introductum est *l.* 12. §. *ult. D. de rit. nupt.* Etiam Modestinus *legitimam* cognationem, quæ & civilis dicitur, per se, sine jure naturali, intelligi ait, eamque esse, quæ per adoptionem contingit *l.* 4. §. 2. *D. de grad. & adfin.*

Legitima conventio, quæ lege aliqua confirmatur *l.* 6. *D. de pact.*

Legitimæ dignitates, id est, *εμπρακτοι*, quæ honorariis, & imaginariis opponuntur in *l.* 2. *C. Th. ad Leg. Jul. repetund.* Vid. Jac. Gothofred. *Paratitl. lib.* 6. *C. Th. tit.* 22.

Legitima hereditas *l.* 3. *pr. D. de adsign. libert.* quæ jure legitimo obvenit, ut *l.* 3. *D. pro soc.* seu quæ lege obvenit, ut *l.* 130. *D. de verb. signif.* Sicuti quæ proximo adgnato defertur ex lege XII. Tab. Tabularum, item quæ ex novis Legibus, SCis, & constitutionibus principum *l.* 1. *l.* 3. *D. de hered. pet. l.* 2. *D. famil. ercisc. l.* 7. *D. de capit. minut.* Sic Ad *Legitimæ* matris hereditatem filii ex SCo Orphitiano admittuntur *l.* 1. *Digest. ad SC. Tertull. Legitima* hereditas, quæ patrono defertur *l.* 3. §. 1. *D. de suis & legit.*

Legitima latitudo viæ *l.* 13. §. 2. *D. de servit. præd. rust.* id est, lege finita, ut loquitur Celsus in *l.* 6. §. 1. *v. possunt D. quemadm. serv. amitt.* seu lege XII. Tab. comprehensa *d. l.* 13. §. *ult. D. eod. tit.* Hæc autem latitudo ex Lege XII. Tab. in porrectum octo pedes habet, in anfractum sedecim *l.* 8. *D. de servit. præd. rust.*

Legitima observatio, quæ divortio faciendo lege XII. Tab. vel lege Julia de adulteriis præfinita est *l.* 35. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 43. *D. ad leg. jul. de adult.* Miles quomodocumque testamentum fecerit, valet etiam sine *legitima* observatione: Ulpian. *tit.* 23. §. 10. id est, etiam non observatis juris civilis regulis, sollemnibusque ordinariis.

Legitima pars *l.* 19. *D. de bon. libert. l.* 1. *C. si in fraud. patron.* id est, patrono debita ex Lege Papia, ut §. 3. *Inst. de succeff. libert.* Justinianus *νομικον μερος* vocat *Novell.* 89. *c.* 6.

Legitima persona standi in judicio *rubr. C qui legit. perf. stand. in jud. Legitimæ* personæ in *l. ult. C. de Carbon. edict.* intelligendæ eæ, de quibus *l.* 1. §. 10. *D. de inspic. ventre.*

Legitima poena nulla est stellionatus, quum nec legitimum crimen sit *l.* 3. §. 1. *D. stellion.* ubi legitimam poenam intellige lege constitutam, cujus loco hic irrogatur poena extraordinaria, Sic & apud Suet. *in Claud. c.* 13. legitima poena est legibus imposita: *Legitima* poena in *l.* 9. *C. ad Leg. jul. de adult.* quæ Lege julia de adulteriis irrogatur.

Legitima portio, liberis debita, olim quarta pars bonorum, quæ ab intestato ad liberos perveniffent, sive lege Glicia, sive qua alia, vel constitotionibus principum, definita §. 3. *Inst. de inoff. testam.* juncta *l.* 8. *C. eod. tit. Quartæ* autem illius consuetudinem ex legis Falcidiæ ratione manasse Paull. *lib. sent.* 4. *c.* 4. non obscure demonstrat. Cum enim instituti partem numquam minorem quarta jussisset esse, si filius minus ex patris testamento

to consequutus erat, quod ei deerat supplebatur. Hinc pars illa, quia non ex testamento, sed ex lege manabat, *legitima* dicta est, quomodo *legitima* hereditas dicitur, quam lex, non testamentum defert. Atque hæc quidem olim, posteavero Justinianus duas constitutiones edidit, quarum priore statuit, ut idem in exheredatis juris esset, quod in institutis, nimirum ut si exheredato filio vel minima res, veluti solidus unus legatus esset, inofficiosi agere non posset, sed quod *legitimæ* parti, hoc est, quartæ deesset, suppleretur, idque etiam si testamento cautum non esset *l.* 30. *C. de inoff. testam.* ex quo intelligi potest, quam falsa sit eorum opinio qui jus hoc suppletionis tam in institutis, quam in exheredatis a Justiniano inductum existimant. Posteriore autem constitutione, quæ Novellarum est XVIII. modum hunc legitimæ adauxit, ut si unus, duo, tres, quatuorve liberi essent, triens illis relinqueretur, sin plures quatuor semis.

Legitima nepotum sic colligenda est. Alias enim soli sunt, non cum mortuorum fratrum filius, succeduntque in capita. Eodem modo ex numero eorum colligenda est triens, hoc est, tertia, si quatuor vel pauciores fuerint, aut semis, id est, dimidia pars bonorum avitorum, si plures sint *Novell. de trien. & semiss. in princ.* cum dicit: Hoc observando in omnibus, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est. Alias, cum permixti sunt mortuorum nepotum filii, & sic pronepotes, aut deinceps, hi in stirpes succedunt, & tantam partem accipiunt pro legitima, quantam pater eorum fuisset accepturus, quotquot fuerint *Novell. de trient. & semiss. §. neque illo Constit.* 18. Alias denique nepotibus supereſt filius unus, vel plures defuncti. Quo casu omnes nepotes in stirpes succedunt, ideoque personam patris sui repræsentant omnes in percipienda legitima *Novell. de hered. ab intest. §. si tamen.*

Legitima parentum, seu ascendentium, quam liberi debent parentibus suis, eodem modo aucta est hodie, sicut de legitima liberorum diximus, ut communiter probant doctores per *l.* 15. *D. de inoff. testam.* Nam etsi, inquit, Papinianus, parentibus non debeatur filiorum hereditas propter votum parentum, & naturalem erga filios carıratem, turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet.

Legitima transversalium, hoc est, fratrum ab intestato succedentium, & olim, & nunc est quarta bonorum pars *arg. l.* 8. §. 9. *D. de inoff. test.* Et quamquam hujus quartæ non fiat expressa mentio in jure civili, non tamen fuerit absonum per naturalem æquitatem interpretando sic colligere, quoniam frater debet fratri alimenta per *l.* 13. §. 2. *D. de administr. & peric. tut.* junct. *l.* 16. *C. eod. tit.* Vid. infra sub arr. *quarta.*

Legitima probatio *l.* 40. *D. de testam. mil.*

Legitima quantitas in *l.* 25. *C. de don. int. vir. & ux.* quæ legibus, & constitutionibus definita, & præscripta est *l.* 34. *C. de donat.*

Legitima successio *l. ult. D. de Carbon. edict. l.* 11. *C. de inoff. test.* successio adgnatorum *rubr. Inst. de legit. adgn. succeſſ.* quæ lege defertur.

Legitima tutela *l.* 7. *D. de capit. minut. Legitimæ* tutelæ lege XII. Tabularum adgnati delatæ sunt,

sunt, & consanguineis, item patronis, id est, his, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt *l.* 1. *D. de legit. tut.* Tutela *legitima*, quæ patronis defertur, a lege XII. Tabularum, non quidem specialiter vel nominatim delata est, sed per consequens hereditarium, quæ ex ipsa lege patronis datæ sunt *l.* 3. *D. eod. tit.* Ex lege XII. Tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur, non, quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbis legis introducta esset §. 1. *Inst. de legit. patron. tut.* Exemplo patronorum & alia recepta est tutela, quæ & ipsa *legitima* vocatur. Nam si quis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit §. *un. Inst. de legit. par. tut.* Præterea si parens filium, vel filiam, nepotem vel neptem, vel deinceps impuberem manumiserit, *legitimam* nanciscitur eorum tutelam §. *un. Inst. de fiduciar. tut.* Sed & *legitimam* tutelam adpellant imperatores, quam matres ex legis permissu suscipiunt *l.* 6. *C. de SC. Tertull.* Et ita in *l.* 6. *C. in quib. causs. pign.* Si mater *legitima* liberorum tutela suscepta. Vid. Paullo infra art. *Legitimus* tutor.

Legitima verba in *l. ult. C. de testam. tut. l.* 14. *C. de testam. manum.* Latina intelligenda sunt. Græce enim directo nihil olim testamento relinqui poterat, ut ostendit Ulpian. *tit.* 25. *veg.* §. 9. Apud Varronem *lib.* 5. *de ling. lat.* *Legitima* verba accipiuntur pro sollemnibus, ut & apud Ovid. *lib.* 2. *fastor. v.* 527. his verbis: Curio legitimis tunc fornicalia verbis Maximus indicit.

Legitima usura. Vide infra art. *Usura*.

Legitima uxor. Vide *Uxor.*

Legitimum auxilium *l.* 8. §. *ult. D. de bon. libert.*

Legitimum collegium *in Aug. c.* 13. id est, legibus regiis institutum, seu SCis atque constitutionibus principalibus confirmatum, ut Caius *l.* 1. *D. quod cujusq. univ. nom.* definit. Alias enim collegium *illicitum* est, ut docet *l.* 3. *D. de colleg. & corp.* Eadem ac *legitima* sunt collegia antiquitus constituta apud Suet. *in Jul. c.* 42.

Legitimum crimen. Hoc nomine veniunt crimina, de quibus lege aliqua quæstio constituta est, vel quæ lege aliqua vindicantur, ut sunt publica *l.* 3. §. 2. *D. de crim. stell.* juncta *l.* 13. §. *ult. D. de stellion.*

Legitimum jus Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 22. Legitimum jus Quiritium. Idem *pro domo c.* 17. *Legitimum* vero jus & *naturale* separantur §. 14. *Inst. de hered. quæ ab intest.* sicut *civile* & *naturale* in *l.* 4. §. 2. *D. de grad.* *Legitimum* jus adgnationis Ulpian. *tit.* 28. §. 9. Bonorum possessiones quædam ab intestato competunt habentibus *jus legitimum*, vel non habentibus propter capitis deminutionem *l.* 6. §. 1. *D. de bon. possess.* Exemplo juris legitimi *l.* 12. §. *ult. D. de bon. possess. contr. eab.* id est, *juris civilis*, ut *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit.* Quæ jure *legitimo* obvenit hereditas *l.* 3. §. 2. *D. pro soc.* Pro hereditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum jure legitimo rediret *l.* 69. *D. de legat.* 2. *Legitimo jure* evincere hereditatem Ulpian. *tit.* 28. §. 13. id est *civili*, ut *ibidem* pertineat hereditas *l.* 22. *D. de jur. patron.* possidere hereditatem *l.* 1. §. 9. *D. si quis omiss. causs. testam.* subnixus *l.* 4. *C. de legit. hered.*

Ad

Ad agnatos pupilli jure legitimo sollicitudo tutelæ pertinet *l.* 2. *C. de legit. tut.* Ex *jure* legitimo onus tutelæ ad te pervenit *l. ult. C. de in lit. dand. tut.* Pro jure *legitimo* haberi debet hominis sani voluntas *l.* 88. §. *ult. D. de legat.* 2. Jure *legitimo* stipulatio interposita *l.* 4. §. *ult. D. de fidejuss. & mand.*

Legitimum tempus in *l.* 5. *D. de usufr. l.* 3. *D. quemadm. serv. amitt. l.* 24. *D. de don. int. vir. & ux.* Lege XII. Tabularum usucapioni præfinitum tempus significat, quod *tempus lege definitum* dicitur in *l.* 3. *D. de usurp.* & statutum tempus *l.* 1. *D. eod. tit. Legitimum* autem hoc usucapionis tempus in rebus mobilibus anni fuisse, in rebus vero soli biennii docent Cic. *in Top. c.* 3. & *pro Cæcin. c.* 19. Ulpian. *tit.* 19. §. 8. & Justinianus *pr. Inst. de usuc. Legitimum* tempus quo servitutes pereunt *l.* 13. *D. quemad. servit. amitt.* vel *legitimum* spacium *l.* 1. *C. de præscr. trig. vel quadr. ann.* Si reum conveniat intra *legitimum* tempus *l.* 72. *D. de procurat.* Legitima tempora, quibus lis perit *l.* 72. *D. de procur. Legitimum* tempus in *l.* 32. *D. de judic.* ad judicandum lege, credo julia judiciaria, præstitutum. *Legitimum* tempus jactus *l.* 8. *l.* 10. *l.* 11. *D. de his qui not. inf. l.* 2. §. 1. *C. de secund. nupt.* idcirco, forte, quod lege regia decem mensium spacium ad lugendos viros mulieribus statutum fuit, ut Ovid. *lib.* 3. *Fast. v.* 134. docet, quod postea duobus mensibus auctum est. Senec. *Epist.* 68. *Annum feminis ad lugendum constituere majores, non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius.* Viris nullum *legitimum* tempus est. Apulei. *lib.* 8. *de asin. aur. p.* 205. Boni ergo & optimi consules, si luctui *legitimo* miserrimæ feminæ necessarium concesserit tempus, quod residuis mensibus spacium reliquum compleatur anni. At in *l.* 3. *D. de usur. & l.* 4. §. 5. *D. de re judic. & l.* 1. *C. de usur. rei jud. Legitimum* tempus intelligitur, quod condemnatis ad solvendum lege XII. Tabularum datur. Eadem lege statutum ad dotem restituendam tempus *legitimum* adpellatur in *l.* 24. §. 3. *D. solut. matr. & l.* 7. §. 8. *D. de pact. Legitimum* tempus in *l.* 19. *D. de minor.* Legibus statutum tempus ad petendam in integrum restitutionem, ut *l.* 1. *C. si min. se major. Legitimum* tempus in *l.* 8. *C. de non num. pec.* quinquennii est, intra quod ex principalibus constitutionibus non numeratæ pecuniæ exceptio opponi debuit *l.* 9. *l.* 14. *C. eod. tit.* §. *un. Inst. de litt. oblig. l.* 1. *C. de caut. & non num. pec.* Theophil. *in* §. 2. *Inst. de except.* Quomodo etiam *statutum tempus* interpretari oportet in *l. ult. C. de condict. ex leg.* & *l.* 5. *C. si cert. pet. Legitimum* tempus bonorum petendorum apud Suet. *in Galb. c.* 6. id est, ex lege annali. *Legitimum* tempus apud Cic. *lib.* 7. *ad Attic. Epist.* 8. quo per Legem Juliam provinciis decedere proconsules jubebantur, easque diutius retinere vetabantur. *Legitimum* tempus apud eumdem *in Verr. act.* 1. *c.* 11. accusatoris ad dicendum præstitutum.

Legitimi cives *l.* 32. *D. de jur. fisc.*

Legitimi defensores *l.* 10. *C. ubi pet.*

Legitimi dies, intra quos adpellare licet *l. ult. C. de his qui per met. jud. non appell.* id est intra biduum, vel triduum a die sententiæ latæ computandum, ut docet *l.* 1. §. 5. *D. quando adpell.* seu altera die vel tertia, ut *d. l.* 2. §. 6. *D. eod. tit.*

Legitimi liberi *naturalibus* op-

positi, eos significant, qui ex legitimis, & justis nuptiis quæsiti sunt *l.* 45. *D. de vulg. & pup. subst.*

Legitimi magistratus *l.* 2. §. 19. *D. de orig. jur.*

Legitimi testes, qui ex legibus testamento adhibendi sunt *l.* 16. §. 1. *D. de vulg. & pup. substit.*

Legitimus heres *l.* 26. *D. de negot. gest.* & aliis locis, qui lege heres est, ab intestato, ut loquitur Pomponius *l.* 29. §. *ult. D. de statul.* seu qui ab intestato succedit, ut *l.* 18. *D. de jur. codicill.* qui & *justus heres*, ut est supra art. *justus*. Itaque bonorum possessio ex capite *Unde Legitimi*, omnem vocat, qui ab intestato potuit esse heres, sive lex XII. Tabularum eum legitimum heredem faciat, sive alia lex senatusve consultum. Denique mater, quæ ex SCo venit Tertulliano, item qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittuntur, hanc bonorum possessionem petere possunt *l.* 2. *D. und. legitimi.* Et generaliter quotiescumque vel lex, vel senatus defert hereditatem, non etiam bonorum possessionem, ex hac parte eam petere potest *l.* 3. *D. eod. tit. l.* 1. §. 5. *D. ad SC. Tertull.* Et ita *l.* 74. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* mater intestata decessisse proponitur, utrisque liberis legitimis heredibus relictis, quibus nimirum ex SC. Orphitiano hereditas defertur, ante quod SC. dumtaxat ex capite *unde proximi cognati*, non etiam *unde legitimi* bonorum matris suæ possessionem petere liberi poterant *l.* 1. §. 9. *D. und. cogn.* Jure *legitimi* heredis possessio defertur adgnatis *l.* 8. *D. und. cogn.* Legitimi heredis jure bonorum possessio *legitimis* capite deminutis non datur *l.* 5. *D. eod. tit.*

Legitimus heres, & *scriptus* oppo-nuntur apud Ulpian. *tit.* 19. §. 13.

Legitimus successor. Filius ejus, qui ab hostibus captus est, si decesserit, patre captivo vivo, siquidem pater ibi decesserit, quasi paterfamilias, *legitimum* habebit successorem *l.* 4. *D. de castr. pecul.*

Legitimus modus in *l.* 3. §. 1. *D. de mort. infer.* quo abesse ad ædificio busta, monimentaque lex XII. Tabularum constituit, teste Cicerone *de Legib. lib.* 2. *c.* 23. Legitimus modus in *l.* 36. *D. de mort. caus. don. l.* 5. §. 2. & §. 5. *D. de dol. except. l.* 1. *D. quib. mod. pign.* Quod & illa Paulli verba comprobant, quæ exstant *lib.* 5. *sent. tit.* 11. §. 6. *Ei qui aliquem a latrunculis, vel hostibus, eripuit, in infinitum dare non prohibemur*. Legem autem, quæ donationibus modum statuit, Cinciam fuisse, indicat *l.* 4. *C. Th. de donat.* Idem patet ex verbis Ulpiani *tit.* 1. §. 1. *Imperfecta lex est, veluti Cincia, quæ supra certum modum donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis.* Quantus vero ex Lege Cincia ille modus fuerit, nec Brummerus *de Lege Cinc. c.* 12. nec quisquam alius adhuc expositi. Vid. Schulting. *ad jurispr. vet. antejust. p.* 561. *seq. Legitimus* modus honorarii in singulis causis usque ad centum aureos *l.* 1. §. 10. & §. 12. *D. de extraord. cognit. l.* 3. *D. de postul.* quem SCo constitutum, Tacit. *lib.* 11. *Annal. c.* 5. ostendit. *Legitimo modo* alienare *l.* 7. §. 1. *D. de curat. fur.* satisfacere creditori *l.* 8. *C. de inoff. test.*

Legitimus numerus decurionum *l.* 2. *D. de decret. ab ord. fac.* id est, lege municipali præfinitus *l.* 7. *D. eod. tit.* qua cautum fuisse, ut ordo non aliter haberetur, quam duabus partibus adhibitis, tradit Ulpian. *l.* 3. *D. eod. tit.* Unde in *l.* 3. *D. quod cujusc. univ. nom.* aut lege cessante ordo dedit, quum duæ partes adessent, aut amplius, quam duæ. Quæ quidem

duæ

duæ partes ordinis totius curiæ instar exhibent *l.* 45. *C. de decurion.* Similiterque *legitimus numerus* apud Plin. *lib.* 10. *epist.* 113. est lege Pompeia, qua Bythyni & Pontici utebantur, aut certe lege aliqua municipali præscriptus. *Legitimus* numerus apud Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 1. §. 16. est lege Fusia Caninia definitus, & præstitutus.

Legitimus tutor *l.* 19. *D. ad SC. Vellei. l.* 1. §. 5. *D. de susp. tut. l.* 5. *C. de dol. mal.* Ulpian. *tit.* 11. §. 3. *Legitimi* tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Per eminentiam tamen *legitimi* dicuntur, qui ex lege XII. Tab. introducuntur; seu propalam, quales sunt adgnati, seu per consequentiam, quales sunt patroni Justinian. *pr. Inst. de legit. adgn. tut.* Quibus testamento tutor datus non est, his ex legibus XII. Tabularum adgnati sunt tutores, qui vocantur *legitimi. Legitimos* tutores nemo dat, sed lex XII. Tab. fecit tutores *l.* 5. *C. de legit. tut. Legitimi* tutores & *testamentarii*, sive ex inquisitione dati, opponuntur *l.* 14. §. 5. *D. de solut.*

LEGULUS in *l.* 13. §. 6. *D. de usufr.* pro quo alii figulus legunt. Sunt vero *leguli*, qui legunt oleas, ut ex loco Catonis *de re rust. c.* 145. patet: *Legulos, quos opus erunt præbeto, & factores*, seu strictores, ut mavult Turneb. *lib.* 10. *adverss. c.* 18. Vid. *ejusd.* Catonis *de re rust. c.* 65. & 147. item Varro *de ling. lat. lib.* 4. *p.* 25. & *lib.* 5. *p.* 57.

LEDUMEN *l.* 3. §. 8. *D. de pen. leg. l.* 77. *D. de verb. signif. l.* 77. §. *ult. D. de alim. vel cib. leg.*

ΛΕΙΨΑΝΑ, reliquiæ, mortua cadavera. Vid. infra *reliquiæ.*

LENA. Ita dicitur, quæ mulieres quæstuarias prostituit, & ea, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet, &, quæ cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habet *l.* 43. §. 7. *D. de vit. nupt.* Quæ definitio ad Legis Juliæ de maritandis ordinibus interpretationem pertinet, qua lege omnes ingenui prohibentur ducere a lenone, *lenave* manumissam, teste Ulpiano *tit.* 13. §. 2.

LENIRE poenam *l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. Corn. de sicar.*

LENITAS paterna *l. un. C. Theod. de sent. pass.* Proniores ad *lenitatem* judices esse debent *l.* 11. *D. de pœn.*

LENITUDO judicantis *l.* 7. *C. de accus.* Lenitudo mendicantium *l. un. C. Th. de mendic. non inval.* desidiam & inertiam significare videtur Jac. Gothofredo *ad d. l.* 7. Nam desidia judicantis, & quædam lenitatis ambitio junguntur in *l.* 18. *C. Th. de accus.*

LENIUS facere stillicidium *l.* 20. §. 5. *D. de serv. præd. urb.*

LENO est, qui prostituta habet mancipia, ut Seneca *lib.* 6. *de benef. definit.* Add. *l.* 4. §. 2. *D. de his, qui not. infam. l.* 13. *C. de episc. aud.*

LENOCINIUM, turpis ille quæstus hactenus descriptus. Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerunt, non qui suspectam adulteram habuerunt *l.* 2. *C. ad Leg. jul. de adult.* Lenocinii crimen lege Julia præscriptum est, quum sit in eum maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris quid ceperit. Item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuit *l.* 2. §. 2. *D. eod. tit.* Non mediocriter deliquit, qui *lenocinium* in uxore exercuit *l.* 29. §. 3. *D. eod. tit. Lenocinium* autem exercere, ut ibidem judicatur, intelligitur, qui quæstum ex adulterio uxoris fecit, & aliquid accepit, ut uxorem patere-

tur

tur adulterari, meretricio quodam genere. *Lenocinium* facere non minus est, quam corpore quæstum exercere *l.* 43. *D. de rit. nupt.* Qui *lenocinium* fecerit infamia notatur *l.* 1. *D. de his qui not. infam.* Lenocinium facit Ulpiano interprete, qui quæstuaria mancipia habuerit, &, qui in liberis hunc quæstum exercet, sive principaliter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur, ut puta si caupo fuit, vel stabularius, vel balneator *l.* 4. §. 2. *D. de his qui not. infam.* Qui adulterii damnatam sciens duxerit uxorem, vel reduxerit, lege Julia ex caussa *lenocinii* punietur *l.* 9. *C. ad leg. jul. de adult.* De mariti *lenocinio* adde *l.* 2. §. 2. *D. eod. tit. l.* 47. *D. solut. matrim.*

LENTULUS & *Lentuli* filia memorantur *pr. Inst. de codicill.* Fuit hic *Lentulus* cujus occasione & fideicommissariæ hereditates jure perfecto deberi, & codicilli mortuorum heredes obligare cœperunt, non *Cossus*, ut visum est Steph. Van. Pighio, nec prænomine *Cnaeus*, uti eum vocat Sigon. *in Fast. p.* 351. sed *L. Cornelius L. F. Lentulus*, qui anno V. C. 751. cum M. Valerio Messalino consul fuit, ceu docet laterculum Coss. apud Dion. Cass. *lib.* 55. *p.* 548. & marm. apud Reines. IX. *Inscr. p.* 597. & postea Africæ proconsul præfuit, ibique, ut ex laudato Institutionum loco discimus, decessit. *Hein.*

LEO bestiarum non pecudum numero est *l.* 2. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.* Leo mansuetus *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* Cujusmodi fuit ille Androdi leo, quem loro tenui revinctum, urbe tota circum tabernas iisse, floribusque sparsum, ait Gellius *lib.* 5. *c.* 14. Usque adeo autem mansuefactos leones Romæ, ut contrectari se, jubamque inaurari paterentur, testis est Seneca *Epist.* 41. Aliter, inquiens, leo aurata juba nitet, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus. Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 61. Intres ampla licet torvi, lepus, ora leonis: Esse tamen vacuo se leo dente putat. Idem *lib.* 2. *epigr.* 73. de altero Leone ad feritatem reversо: Verbera securi solitus leo ferre magistri, Insertamque pati blandus in ora manum, Dedidicit pacem, subita feritate reversa, Quanta nec in Libycis debuit esse jugis. De *leone* & ariete, contubernio, & victu eodem, mira concordia, utentibus, elegans est epigramma 73. *lib.* 9. Primum leonem mansuefactum manu tractare, & ostendere ausum esse Hannonem, clarissimum Carthaginiensem, tradit Plin. *lib.* 8. *hist. nat. c.* 16. & Aelianus *lib.* 5. *de animal. c.* 39. qui & alia exempla leonum mansuetorum & mansuefactorum dedit *lib.* 12. *c.* 23. & priore loco hujus belluæ naturam ita descripsit, secundum latinam interpretationem: A prima ætate cicur factus, cum mansuetissimus esset, tum vero occursu facilis & jucundus. Pueros enim amat, & quidvis, modo id suo altori gratum esse sentiat, lubenter sustinet.

LEONIS Papæ mentio est in *Novell. Theodosii & Valentiniani de manichæis*, ubi *beatissimus* adpellatur. Iidem Imperatores *Novella de Episcopor. ordinatione*: Sicut *Venerabilis viri Leonis* Papæ fideli relatione comperimus.

LEONINA Lex *l.* 38. *D. de episc. & cler.* id est Leonis Imperatoris, uti *l.* 10. *C. de pact.*

Leonina societas, ex qua alter lucrum tantum, alter damnum sentiat *l.* 29. §. *ult. D. pro soc.*

LEPORINA lana *l.* 70. §. 9. *D. de legat.* 3.

LETUM, vel *Lethum*, ita enim scribunt, qui hoc vocabulum cum Varrone απο της λησης derivant. Malo letho periturus *l.* 9. *D. de extraord. crim.*

LEVAMENTARIUS *l.* 1. *C. Th. de navicul.* Jac. Gothofr. *in Comment.* levamentarium interpretatur eum, qui in lintre, seu scapha navi onerariæ majori adjuncta inservierit. Add. *l.* 4. *D. de Lege Rhod. l. ult. D. de instr. vel instr. leg. l.* 44. *D. de evict.*

LEVAMENTUM edicti *l.* 3. *in fin. D. si famil. furt. fec.*

LEVARE manus adversus quem *l.* 15. §. 1. *D. de injur.* navem *l.* 1. 4. 8. *D. de Leg. Rhod.*

Levari culpa *l.* 14. *D. de offic. procos.* obligationis onere *l.* 67. *D. de procur.*

LEVATO velo *l. ult. C. Th.* Quod quid sit, vid. apud Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 297. De eo plura infra sub art. *velum.*

LEVIR mariti frater adpellatur *l.* 4. §. 6. *D. de grad. & adfin.* Festus *lib.* 10. quasi *levis vir*, ut scribit Non. Marcell. *de propr. serm. c. ult.* Græcis est δαηρ, ceu ex Homero probat Modestinus *d. l.* 4. §. 6. *vers. viri frater D. de grad. & adfin.*

LEVIS *l.* 1. §. 9. *D. de Ædil. edict.* constanti opponitur *l.* 18. *D. eod. tit.* Add. *l.* 22. §. 6. *D. solut. matr. l.* 30. *D. de pœn.*

Levis persona in *l. ult.* §. 2. *D. de custod. & exhib. reor.* est vilis, & humilis.

Leves anuli *l.* 6. *D. de bon. damnat.* lances *l.* 102. §. 1. *D. de legat.* 3.

Levis castigatio *l.* 5. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.* coercitio *l.* 11. §. 7. *D. de injur.* febricula *l.* 1. §. 8. *D. de Ædil. edict.* offensa *l.* 3. *D. de adim. legat.* pœna *l.* 14. *D. de pœn.* territio *l.* 15. §. 41. *D. de injur.* usura *l.* 3. *D. de eo, quod met. caus.* id est, modica. Quemadmodum & *levis* dolor dicitur in *l.* 4. §. *ult. D. de Ædil. edict.* & *Levis* sententia *l.* 13. *D. de pœn.*

Levis caussa *l.* 8. §. 7. *l.* 34. *D. de fidejuss.* Conditio *l.* 51. *D. de condit. & dem.* cui opponitur durior & deterior. Hinc *levissima* conditio libertatis dicitur esse, quæ ad libertatem perducit, quamvis natura gravior, & durior sit *l.* 87. *D. de manum. test. l.* 35. *D. de condit. & dem.* estque *levissima* conditio minime onerosa, quo significatu etiam accipitur in *l.* 87. *l.* 90. *D. de condit. & dem.* Levis scriptura, i. e. conditio *l.* 5. *D. de man. test. Levis* servitus *l.* 20. §. 5. *D. de servit. præd. urb.* Leviora vincula *l.* 8. §. 6. *D. de pœn. Levis* suspicio *l.* 3. §. 1. *D. de min.*

Leve delictum *l.* 4. §. 13. *D. de re milit. levis* offensa *l.* 3. *D. de adim. legat.*

Levis notitia *l.* 223. §. *ult. D. de verb. signif.*

Leviores mores, qui & *minores*, inter virum & uxorem censebantur, reliqui omnes prætor adulterium: Ulp. *tit.* 6. §. 12. His adversantur *graviores ibid.*

Leviora non curat prætor *l.* 1. §. *ult. D. de inspic. ventr.*

Levis culpa *l.* 47. §. 3. *D. de legat.* 1. Vid. supra art. *culpa.* Levis & suis rebus consueta negligentia *l.* 22. §. 3. *D. ad SC. Trebell.*

LEVITER castigare *l.* 9. *D. de incend. ruin. naufr.* maledictum *l.* 15. §. 41. *D. de injur.* percutere *l.* 7. §. 5. *D. ad Leg. Aquil.* punire *l.* 1. *D. de effract.*

Si quid ex his, quæ *leviter* observanda prætor edixit, non fit factum *l.* 1. §. 15. *D. de ventr. inspic.*

LEX a Seneca dicitur *justi & injusti regula lib.* 4. *de benef.* 12. Idem *Epist.* 94. Leges quæ

aliud sunt, quam minis mixta præcepta? Papinianus in *l.* 1. *D. de Legib.* Legem definit commune præceptum, virorum prudentum consultum, delictorum, quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis reipublicæ sponsio: Quibus verbis ille e Græco in latinum convertere studuit illam νομὸς definitionem, quæ ex Demosthenis oratione *adversus Aristogit.* a Marciano refertur in *l.* 2. *D. de legib.* quam & Aphthonius fere in extremo libelli Προγυμνασματων sequitur. Ea vero ut oratoria magis est, quam philosophica, abundantia ex parte, & defectu altera laborat, ac fere legem democraticam repræsentat. Est utique *Lex*, notione generaliori, voluntatis imperantis, circa facienda vel omittenda a subditis declaratio. Et manca illa est, quam Cicero *de legib. lib.* 1. *c.* 6. tradit, legis definitio, quod sit, *quæ scripto sanxit, quod vult, aut jubendo, aut vetando, a delectu.*

Legis sane vocabulum varium habere in jure Romano significatum negandum non est, & quidem eo veniunt.

Lex quam populus Romanus, senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* vel generale jussum populi, ut ait Gell. *lib.* 10. *c.* 20. itemque populi scitum apud Tacit. *lib.* 3. *annal. c.* 58. Atque ita *Lex* distinguitur non modo a SCis, constitutionibus principum, edictis magistratuum, prudentumque responsis, verum etiam a plebiscitis, rogante plebeio magistratu, veluti tribuno plebis suffragiis plebis constitutis *d.* §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Hinc comitiales rogationes proprie sibi legum nomen vindicant, ac proinde a plebiscitis, & SCis separantur *l.* 7. *D. de just. & jur. l.* 7. §. 7. *D. de pact. l.* 1. *in fin. D. ex quib. caus. major. l.* 2. §. 8. *D. de orig. jur. l.* 1. *D. ne quid in loc. publ.*

Verumtamen & tribuniciæ rogationes, licet minus proprie, Leges adpellantur. Ita *Leges Aquilliam & Falcidiam* adpellamus, quæ plebiscita sunt, quum eas Aquillius & P. Falcidius Tribuni plebis a plebe rogarint *l.* 1. *D. ad Leg. Aquil. l.* 1. *D. ad Leg. Falcid. l.* 1. *D. de offic. ej. cui mand. jurisd. l.* 6. *D. de pact. l.* 7. *D. de capit. minut. l.* 1. *D. de condict. ex lege l.* 1. *D. ut ex legib.* §. 4. *v. novissime Inst. de bonor. possess.* Plebiscita autem leges dici coepere, ex quo iis lege primum *Horatia*, lata anno ab V. C. 304. deinde *Publilia* condita anno ab V. C. 456. eadem auctoritas data est ac legibus, puta ut patres non minus, quam plebem obligarent. Vid. Liv. *lib.* 3. *c.* 55. *lib.* 8. *c.* 12. Gell. *lib.* 15. *c.* 38. *l.* 2. §. 8. *D. de orig. juris.* Ne vero ad Leges hujus generis referas *Tribuniciam legem*, cujus meminit Pomponius *l.* 2. §. 3. *D. de orig. jur.* monet Hein. nec enim illam a Tribuno plebis, qualis eo tempore nullus erat, sed a Junio Bruto, tribuno celerum, latam esse. Hunc vero tribunatum proximum a rege, ac senatorium magistratum fuisse ex *Livii lib.* 1. *c.* 1. docet. Sed & aliæ species juris scripti aliquando *legum* nomine veniunt. Plane in *l.* 7. *D. de capit. minut.* hæc verba: Ex novis legibus etiam SCa comprehendunt, & *Lex* dicitur SC. Macedonianum *l.* 9. §. 3. *D. de SC. Maced.* SC. Turpillianum *l.* 10. *D. ad SC. Turpill.* juncta *l.* 2. *D. de custod. & exhib. reor.* oratio Severi *l.* 49. *D. de minor.* juncta *l.* 1. *D. de reb. eor. qui sub tut.* immo & constitutiones *leges* vocantur *l.* 22. *C. de*

admin. & peric. tut. Legis beneficio *l.* 12. *D. de legit. prest.* id est, constitutionis, seu rescripti: Nam edictum prætoris legata dumtaxat, & fideicommissa exceptis personis conservabat. Verum rescriptum, seu constitutio D. Pii etiam portionem hereditatis, ut adparet ex *l.* 5. §. 6. & *l.* 7. *D. eod. tit.* Denique & edictum prætoris *legem* annuam adpellat Cicero *lib.* 1. *in Verr. c.* 42.

Plerumque *legis* adpellatione κατ' ἐξοχὴν Lex XII. Tabularum intelligitur *l.* 3. *D. de usurp. & usuc. l.* 7. §. 14. *D. de pact. l. ult. D. de colleg. l.* 18. *D. qui testam. l.* 1. *D. de curat. furios. l.* 5. *D. de adquir. vel omitt. her. l.* 13. §. *ult. D. de servit. rust. l.* 4. §. 5. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *D. de re jud. &* §. *un. Inst. de legit. patron. tut.* Eamdem legem accipe, quam antiquam *legem* audis *l.* 2. §. 1. *D. de noxal. act.*

Legis nomine absolute adpellantur quædam leges. Sic nomine legis in *l.* 17. §. *ult. l. ult. pr. D. qui & a quib. l.* 4. *D. de test. milit. l.* 4. *D. de serv. export.* exaudienda est Ælia Sentia in *l.* 12. *l.* 14. §. *ult. D. qui & a quib. manum.* Julia de adulteriis in *l.* 6. *D. de feriis* Julia *judiciorum* in *l.* 2. *l.* 16. *D. de jur. patr. l.* 6. *D. eod. tit. l.* 37. §. 4. *D. de op. libert. l.* 2. *D. de minor. l.* 64. §. 6. *seq. D. solut. matrim. l.* 45. §. 5. *l.* 48. *D. de rit. nupt. l.* 38. §. 1. *D. ex quib. causs. maj. l.* 62. §. *ult. l.* 64. *D. de condit. & dem. Julia* & Papia

LEX.

Ælia Sentia.
Aquillia.
Atilia.
Atinia.
Cincia de donis & muneribus.
Claudia.
Cornelia de captivis.
Cornelia de injuriis.
Cornelia de sicariis & venef.

Poppæa intelligenda est. *Lege* publicorum cavetur, id est, Lege Julia publicorum judiciorum *l.* 2. *D. de custod. & exhib. reor.* At in *l.* 32. *D. de pœn.* Lex Julia publicorum est *Julia* de vi publica.

Leges autem ut plurimum ab altero consule, cujus tum, quum eæ rogarentur, fasces erant, aut qui consul primus renunciatus erat, nomen sortiebantur. Interdum ab ambobus consulibus, quo posteriore exemplo Legem Papiam & Poppæam, Legem Liciniam & Muciam, Legem Liciniam & Juniam, Legem Tuliam & Titiam, Legem Cæciliam & Didiam dictas legimus. Sed & præter gentilitium legislatoris nomen plerumque legibus cognomina a re subjecta imponebantur. Et ita agrarias, annarias, judiciarias, sumtuarias, tabellarias, testamentarias legimus. Interdum ea, quæ legibus coercebantur, crimina summatim legi adscribebantur, veluti in hunc modum de sicariis, de veneficiis, de parricidiis, de adulteriis, de vi, de plagiariis, de residuis. Alias vero crimina, quæ legibus vindicabantur, hoc loquendi genere exprimebantur ambitus, peculatus, repetundarum.

Verum *Legum* omnium, quæ de jure civili latæ sunt, quarum in libris nostris habetur mentio, catalogum non alienum erit subjicere, quas solo nomine edere satis erit, subjectam cuique materiam, in qua versaretur, in proprios locos rejiciendo.

LEX.

Cornelia de falsis, quæ & testamentaria.
Falcidia.
Furia.
Fusia Caninia.
Glicia.
Hortensia.
Hostilia.

Julia

LEX.

Julia de adulteriis coercendis.
Julia agraria.
Julia ambitus
Julia de annona.
Julia de bonorum cessione.
Julia de fundo dotali.
Julia judiciorum publicorum, seu judiciaria.
Julia Majestatis.
Julia de maritandis ordinibus
Julia peculatus, de sacrilegiis, de residuis.
Julia repetundarum.
Julia de vi privata.
Julia de vi publica.

LEX.

Julia & Titia.
Junia Norbana.
Junia Petronia.
Junia Velleia.
Laetoria.
Licinia Cassia.
Licinnia & *Cassia*.
Mævia.
Mensia.
Papia Poppæa.
Pompeia de parricidiis,
Regia.
Remmia.
Scribonia.
Voconia.

Legi adrogare, obrogare, derogare, subrogare, fraus fit. Vid. suis locis.

Legis actiones Pomponius interpretatur legitimas actiones *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* Ubi ex legibus compositas fuisse actiones tradit, quibus inter se homines disceptarent, quæ pars juris *legis actionum* nomen obtinuit. Eodemque in capite §. 12. partes, quibus jus constat, colligens, in his numerat *legis actiones*, *quæ formam agendi continent*. Quamquam non ad legitimas modo actiones, sed ad alios quoque legitimos actus *legis actio* porrigitur. Apud eos enim magistratus *legis actio esse*, vel *legis actio magistratibus data esse*, dicitur, apud quos adoptiones manumissionesque explicari possunt. Ulpianus in *l.* 1. *D. de offic. juvid. Alex.* Adoptare, inquit, aliquis apud juridicum potest, quia data est ei *legis actio* Paullus *lib.* 2. *Sent. tit.* 25. §. 4. Apud magistratus municipales, si habent legis actionem, emancipari, & manumitti potest. Modestinus in *l.* 4. *D. de adopt.* Magistratum apud quem *legis actio* est, & emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se posse. Contra Ulpianus de legato proconsulis loquens in *l.* 3. *D. de offic. proc.* adoptare eum posse negat, quia omnino apud eum non sit legis actio, id est, ut Marcianus in *l.* 2. *D. eod. tit.* ait, quia non habet jurisdictionem talem. Hinc *lege agere l.* 3. *D. de offic. præt.* Apud Terent. in Phormiono *Act.* 5. *Sc.* 7. *v.* 91. Phormioni injurium sibi fieri, quærenti, exprobrantique, Demipho quasi per ludibrium respondet: *Lege agito ergo*, id est, litem eo nomine intende, vel judicio experire, si tibi videatur. Ad quem locum Donatus: *Lege agito*, ait, *dicebatur ei, cujus intentio contemtibilis adversario videbatur*. Plautus *in Aulul. Lege agito, i, coenam coque.* Ex quibus adparet, *Lege agere* esse legitima aliqua actione experiri. Eoque sensu *lege agi* dixit Cic. non semel. Veluti pro *Murena c.* 11. *& in divinat. c.* 5.

Lex Municipalis l. 3. §. 4. *D. quod vi aut cl. l.* 1. *C. de serv. reip.* Municipales vero leges patriæ municipii cujusque sermone conscriptas fuisse ex *l. ult. D. de decret. ab ordin. fac.* colligimus, in quo municipii Legem græce scriptam Scævola præfert. Est igitur Lex municipalis, quæ cuique municipio propria est. Ita

Leges cujusque civitatis *l.* 1. *D. de mun. & honor.*

Alia videtur esse *Lex municipalis* in titulo D. *ad municipalem.* Quamvis enim ibi subaudiendam esse *legem* neget Cujacius *lib.* 9. *obs.* c.37. potiusque ita refingendam putet illam inscriptionem, ut scribamus, *de municipibus & incolis*, quandoquidem & in libris Basilic. rubrica sit *περι πολιτων*, *Legem* tamen *municipalem* ea inscriptione indicari, post Guil. Budæum, Ang. Politianum, & Brissonium defenderunt Guil. Forner. *Select. lib.*1. *c.*13. Jac. Rævard. *Var. lib.*3. *c.* 15. & Ev. Otto in *præf. Tom.*2. *Thesaur. jur. civ. p.* 9. *seq.* ubi docet, fuisse non modo singulis municipiis suas leges de decurionibus, duumviris, ædilibus legendis, muneribus obeundis, administratione rerum civitatis, similibusve, qualis illa Halesinorum, de qua Cic. in *Verr.* 2. *c.*49. aliæque in *l.*6. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 3. *D. eod. l.*1. *D. de alb. scrib. l.* 11. §. 5. *D. de mun. & hon.* sed & exstitisse legem aliquam communem, & ad omnia municipia pertinentem, qualem jam Cæsarem mediatum esse, idem tradit Cic. *lib.*6. *ad famil. epist.* 18. Legum etiam *colonicarum* vel *municipalium*, circa agros adsignatos observandarum, & a triumviris, vel decemviris coloniæ deducendæ præscriptorum colonis meminerunt scriptores de Finibus, velut Aggen. Urbic. *de limit. p.* 49. Hygin. *p.*206. quas tamen leges ad titulum *D. ad municip.* non pertinere, facile intelligitur. *Hein.*

Leges etiam provincialibus datas ab his, qui imperium habebant a populo Romano, auctoritatemque legum dandarum a Senatu. Sic Cicero *in Verr.II.* 13. Siculorum judiciariam Legem Rupiliam laudat, quam Prætor Rupilius ex SCo de decem legatorum sententia ei provinciæ dederat, cujus capita duo adfert. Siculi, inquit, hoc jure sunt, ut, quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus, quod Siculus cum Siculo, non ejusdem civitatis, de eo prætor judicet ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, (quam legem Siculi Rupiliam vocant) sortiatur. Et *alibi c.* 14. Tum enim docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quod Lex Rupilia vetaret diebus triginta sortiri, dicam quibus scripta esset. *Eod. ipso libro c.*60. Inter oratores & decumanos lege frumentaria, quam Hieronitam adpellabant, judicia fieri solita, docet. Plin. *lib.* 10. *Epist.* 83. Cautum est Pompeia lege, quæ Bithynis data est, ne quis capiat magistratum, neve sit in senatu minor annorum triginta. Eadem lege comprehensum est, ut qui ceperint magistratum, sint in senatu. Idem *lib.* 10. *epist.* 113. Lex Pompeia, qua Bithyni & Pontici utuntur, eos, qui *in bulen* a Censoribus eliguntur, dare pecuniam non jubet. *Eod. lib. epist.* 115. Lege Pompeia permissum Bithynicis civitatibus, adscribere sibi, quos vellent, cives, dum civitatis non sint alienæ, sed suarum quisque civitatum, quæ sunt in Bithynia. Eadem lege sancitur, quibus de caussis e senatu a censoribus ejiciantur.

Lex Regia *l.* 1. *pr. D. de constit. princ. l.*6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* est, quæ de imperio Principis lata est, quæque populus ei, & in eum omne suum imperium, & potestatem contulit. De ea Hein. *in Antiq. Rom. lib.* 1. *tit.*2. §. 43. *seq.* Ev. Otto *in præf. thesaur. jur. civ. Tom.*5. *p.*4. *seq.* ubi satis demonstratum, per

per eam intelligi formulam imperii, primum Augusti in honorem factam, variisque deinde SCis, quoties novus princeps imperium auspicaretur firmatam, amplificatamque, quæ & *jus regium. Lex imperii, Augustum ptivilegium, Lex, qua regimenta reipublicæ ad imperatores perpetuo translata sunt*, vocatur *l. 3. C. de testam. l. un. §. 14. C. de caduc. toll. l. 1. D. de offic. præf. præt.* Alio sensu *Lex Regia* est, ab aliquo Romanorum rege lata, qualis illa in *l. 2. D. de mort. inferend. Hein.*

Lege obvenire proprie dicitur hereditas, quæ ab iutestato Lege XII. Tabularum defertur. Cic. in *Verr. 1. c. 45.* Lege hereditas ad Gentem Minuciam veniebat. Sed tamen & eam hereditatem, quæ ex testamento defertur, non improprie quis *lege* obvenire, dixerit, ait Ulpian. in *l. 130. D. de verb. signif.* quia lege XII. Tabularum testamentariæ confirmantur.

Leges & constitutiones futuris, certum est, dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari, nisi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit *leg. 7. C. de legib.* In quam sententiam plures aliæ exstant leges, puta *l. 7. D. eod. tit. l. ult. de Curat. furios. l. 29. in fin. C. de testam. l. 65. C. de decur. l. 3. C. Theod. de constit. princ.* Aliquando tamen pendentibus negotiis leges dantur *l. 21. C. de SS. eccles. l. 22. §. 1. C. eod. l. 2. §. 9. C. de jurejur. propt. calumn. l. 7. in fin. C. Th. de legit. hered.* itemque præteritis. Quo pertinent *l. un. in fin. C. de contract. jud. l. 17. C. de fid. instrum. l. ult. C. de pact. pign. l. 1. C. Theod. de SC. Claud. l. un. C. Theod. de act. cert. temp. fin. l. 3. C. Theod. de incest. nupt. l. 2. pr. C. Th. de sepulcr. viol. l. 4. C. Th. de bon. vac. l. 5. C. Th. de canon. & comment. urb. Rom. l. 17. C. Th. de hæret. Novel. 15. c. 1.*

Leges omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuunt *l. 28. §. 7. D. de pœnis.*

Lex pro privilegio. Si civitas nullam propriam *legem* habet de adjectionibus admittendis *l. 21. §. ult. D. ad munic.*

Lex pro pacto. Aedificiorum *leges* apud Varron. *lib. 4. de ling. lat.* Paullus in *l. 33. D. de servit. urban. præd.* Quum in *lege* ædium scriptum esset: Plin. *lib. 36. c. 23.* Antiquarum ædium legibus invenitur. *Leges* etiam agris dicuntur de eorum conditionibus *l. 1. §. ult. D. de aqu. quot. & æstiv.* ab his scilicet, qui eos agros constituerunt, finieruntque, ut Hyginus *de limit. agr.* significat. Add. *l. 2. D. de leg. commiss. l. 5. D. de sepulcr. viol. Lex* venditionis *l. 6. §. ult. D. de serv. expert. Lex* censoria, quæ publicanis, seu vectigalium redemptoribus in publicorum locatione a censoribus dicebatur *l. 203. D. de verb. signif.* & apud Cic. *in Verr. 3. c. 6. orat. de provinc. consul. c. 5. de nat. Deor. lib. 3. c. 19. lib. 1. ad Q. fratrem Epist. 1. c. 12.* Varron. *lib. 2. de re rust. c. 1.* Fest. *lib. 17.* Ejusmodi est *lex* vectigalis de pecore in *l. 2. §. 20. D. de vi bon. rapt. Lex* colonica apud Varron. *lib. 1. de re rust. cap. 2. Lex* commissoria, quæ in venditionibus adjicitur *l. 3. D. de leg. commissor.* Fundus autem *lege* commissoria venire dicitur, qui ita venit, ut, nisi intra certum diem pretium sit exsolutum, inemtus fieret *l. 4. l. 5. D. de leg. commiss.* Add. *l. 1. eod. tit.* Et talis *legis* conventionalis fit mentio in *l. 38. D. de minor.* aliaque exem-

pla peti possunt ex Brisson. *lib. 6. formul.* §. 44. *p.* 480. In pignoribus utique eam reprobatam esse, docet *rubr. C. de leg. commiss. in pign. reprob. Lex* locationis *l.* 77. *D. pro soc.* operis locandi *l.* 61. *D. locat.* conductionis *l.* 25. §. 3. *l.* 55. §. *ult. D. locat. Legem* conscribit venditor & qui locat *l.* 39. *D. de pact. Legem* consignare *l.* 13. §. 6. *D. de act. emt. Lex* contractus *l.* 8. *D. de præscr. verb. l.* 24. *D. depos. Legem* dare operis *l.* 15. §. 10. *D. de damn. infect.* dicere contractui *l.* 13. §. 26. *D. de act. emt.* rei suæ dicere *l.* 20. §. 1. *D. de pact. dot.* traditioni dicere *l.* 6. *D. commun. præd.* An *lege* emtionis dictum est *l.* 13. §. 14. *D. de act. emt. Lex* donationis *l.* 22. *D. de stat. hom.* obligationis *l. ult. D. de solut. Leges* prædiorum vendendorum *l.* 5. *D. de sepulcr. viol.* Sic etiam exaudi *legem* municipii apud Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 39. & *lib.* 3. *de offic. c.* 17. Varron. *lib.* 5. *de ling. lat.* & *legem* saltui datam *l.* 2. *C. de noxal. Leges* traditionis *l.* 17. §. 3. *D. de servit. urb. præd.* Lex venditionis *l.* 22. *D. de contr. emt.* Et ita Manilianas venalium vendundorum leges dixit Cicero *lib.* 1. *de orat. c.* 58.

Celeberrimæ sunt illæ Manilianæ *leges*, quarum & Varro *de re rust. lib.* 2. *c.* 5. & Plin. *lib.* 18. *c.* 4. meminit, qui monet, earum observationem tam scrupulosam fuisse, ut ne carnes quidem & sues, nisi conceptis verbis, a laniis emerentur, neque mulctæ dictio aliter justa esset, nisi in qua ovis masculino genere efferretur, & nisi iis bubusque simul expressis, oves prius, quam boves, nominatæ essent. Erant ergo formulæ cautionum ab emtoribus venditoribusque in vendundis variis rebus adhibendæ, nisi damnum incurrere vellent, a celeberrimo Jurisconsulto, M. Manilio, conscriptæ, quarum exempla habes apud Varron. *de re rust. lib.* 2. *c.* 3. *Hein.* Vid. hujus *hist. jur. civ. lib.* 1. §. 139.

Lex pro conditione. Si fundum emisti ea lege *l.* 11. *D. de act. emt.*

Lex etiam pro doctrina fidei, vel religione accipitur. Sic *lex* catholica *l.* 1. *C. Theod. de hæret.* christiana *l.* 13. *C. Theod. de jud.* sanctissima *l.* 5. *C. Theod. de Episc. & cler.* superna *l.* 49. *in fin. C. Theod. de judæis* veneranda *l.* 13. *C. Th. eod. tit.*

LIBELLA. Libellis duabus vel tribus *l.* 9. *C. de episc. aud. l.* 7. *C. Theod. de cust. reor.* Ita enim ibi legendum, non, ut vulgo scribitur, *duobus* vel tribus. Fuit autem *libella* antiquum numi genus minimum. Cicero *in Verr.* 2. *c.* 10. Quis Volcatio si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Idem *pro Roscio c.* 4. Hic nisi planum facit, HS. IↃↃↃ. ad libellam sibi deberi, caussam perdit. Et *lib* 7. *ad Attic. Epist.* 2. Fecit Palam, te ex libella, me ex teruncio, scilicet *heredem.* Plaut. *Casin. Act.* 2. *sc.* 5. *v.* 7. & 8. Vobis invitis, atque amborum ingratiis Una libella liber possum fieri. Add. *Captiv. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 27. *Pseudol. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 96. & ibi Taubman. & Cujac. *ad lib.* 26. *Quæst. Papin. l.* 54. *D. mandat.*

LIBELLENSES memorantur *l.* 32. *C. de adpell. l.* 14. *C. de proxim. sacr. scrin.* & *Libellenses* sacri scrinii vocantur *l. ult. C. ubi Senator.* Fuere scribæ, vel notarii, a libellis scribendis dicti.

LIBELLORUM variæ sunt species. Quidam enim erant *Libelli supplices*, uti loquitur Martialis *lib.* 8. *epigram.* 31. qui eos & *querulos* adpellat *ejusd. lib. epigr. ult. v.* 1. Cujusmodi erant, qui principibus dabantur. Hoc enim in

in more positum fuit, ut principes non viva voce, sed per libellum adirentur. Hujus vero generis *libelli* nihil aliud erant, quam preces, & desideria, ut adparet ex *l.* 15. *D. de jus voc.* Unde & *libellus* hujusmodi ἀξίωσις vocatur in *l.* 9. *D. ad Leg. Rhod.* Iis porro tunc subscribebant principes, quid fieri vellent. Vid. *l.* 32. §. 14. *D. de recept. arbitr.* Lamprid. *in Commod. c.* 13. *Ipse Commodus in subscribendo tardus & negligens, ita ut libellis una forma multis subscriberet.* Ad hosce quoque *libellos* principes rescribebant. Sic Divi Fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt *l.* 2. §. 2. *D. de jur. fisc.* Add. *l.* 41. §. 7. *D. de Isgat.* 1. *l.* 17. *D. de jur. patron. l. ult. D. de offic. procur. Cæs.* Dabantur & præsidibus *Libelli l.* 15. *D. de in jus voc.* si caussa talis esset, ut nec caussæ cognitione, nec decreto opus videretur. Ubi enim decretum necessarium est, per libellum id expedire proconsul non poterit. Omnia enim quæcumque caussæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri *l.* 9. §. 1. *D. de offic. procos. l.* 7. *D. de regul. jur.* Hinc libello fieri, & apud acta, caussis probatis, opponuntur *l.* 6. *C. de præd. & al. reb.. min. non al.*

Qui ab Imperatoribus in his, sive subscriptionibus, sive rescriptis in consilium adhibebantur, illisque ea in re operam dabant, *libellos agere* dicebantur. Vid. *l.* 12. *D. de distr. pign.* Quo munere in comitatu principis sui functum esse Aurelium Arcadium Charisium, ex eo colligimus, quod Magister libellorum adpellatur in inscriptione *l.* 1. *D. de offic. præf. præt.* Ita enim dicebantur, qui *libellos agebant.* Magistris vero his surrogati erant Promagistri, ut patet ex marmore apud Grut. *p.* 607. *J. Feretrum fieri placet Jubentius Celsus Promagister subscripsi III. Non. Novembr. Antio Pollione & Optimo Coss.* In alio *p.* 28. 2. laudatus Sextilius Agesilaus *Magister Libellorum, & cognitionum sacrarum.* Quo eodem munere postea functus est Petrus, Magister epistolarum, de quo Sidonius Apollinar. *Carm. V. v.* 364. Quid loquar hic illum, qui scrinia sacra gubernat? Plura de his magistris, qui & ἀντιγραφεῖς, dedit Ever. Otto in Papiniano *c.* 14. §. 2. *p.* 309. *seq.*

In reliquis *libellis* concipiendis juris studiosorum opera utebantur hi, quorum res agebatur. Unde in *l.* 9. §. 1. *D. de poen.* Ulpianus: Solere, ait, vel juris studiosis, vel advocatis, vel tabellionibus interdici, ne libellos concipiant. Hinc *in rubr. C. de error. advoc.* additur, vel *libellos*, seu preces concipientium. Sed & subnotandis *libellis* juris studiosi vacabant, ut indicat *l.* 1. *D. de offic. adsess.*

Ceterum ad *supplices libellos* tum principi, tum magistratibus oblatos pertinent loquutiones, quæ sequuntur. Adire per *libellum* provinciæ rectorem. *Libello* complexus *l.* 20. §. 6. *D. de hered. pet.* Quæ in libello contulisti, aiunt Impp. ut *l.* 1. *C. de precib. imp. offer. l.* 1. *C. de vectig. nov.* De quo libellos dedisti *l.* 4. *C. de poen.* Delato libello *l.* 6. *C. de præd. minor.* libelli interpellatio *l.* 29. *D. de Leg. Corn.. de falsf. Libello* minatus *l.* 5. *D. ad SC. Turpill.* professus *l.* 21. *D. rat. rem habit. Libellum* tradere *l.* 5. §. 7. *D. de edend.* Quum nurum adulterii accusaturum se, *libellis* præsidi datis, testatus fuisset *l.* 11. §. 3. *D. ad leg. jul. de adult.* Qui locus etiam ad supplices libellos, non ad accusatorios, de quibus mox, pertinere ait Hei-

nec-

neccius. Nondum enim socer accusabat, sed accusaturum se testabatur.

Libelli enim strictius dicuntur accusatorii, quibus crimina deferuntur, & denunciantur *l.* 17. §. 1. *l.* 29. §. 8. *D. ad Leg. jul. de adulter.* Apulei. *Apol. p.* 274. Quum nihil amplius, quam libellos accusationis obtulisti *l.* 17. *C. ad Leg. jul. de adult.* Tacit. *lib.* 3. *Ann. c.* 44. *Quod in tanto rerum motu libellis accusatorum daret operam.* Sempronia *libellos* composuit, quasi datura centurioni, ut ad officium transmitterentur *l.* 72. *D. de furt.* Quo genere loquendi Cic. *lib.* 16. *ad Attic. Epist.* 17. utitur: Commotus, inquit, Atticus *libellum* composuit, & mihi dedit, ut darem Cæsari. Sed nec his locis intelligendi libelli criminales. Crimen enim per alium accusare non licet *l.* 10. *l.* 13. *D. de publ. jud.* Magis huc pertinent Juvenalis illa Sat. 6. Si rea non est, Componant ipsæ per se, formantque libellos. *Libellus* criminum apud B. Augustin. *Epist.* 48. inscriptionum, iidem ac libelli accusationis, vel criminis *l.* 3. *D. de accus. l.* 2. §. *ult. D. ad leg. jul. de adult.* Sunt & *libelli* adpellatorii *l.* 1. §. *ult. l.* 5. §. *ult. l.* 7. *D. de adpell. l.* 2. *l.* 20. *C. eod. tit. Libellus* conventionis §. 24. *Iust. de action.*

Sed & quælibet alia scripta *libellorum* nomine veniunt Sic *libellum* ad ipsas ædes proponere *l.* 4. §. 6. *D. de damn. infect.* Ut *libelli*, aut tituli eorum nominibus ædibus adfigantur alienis *l.* 1. *C. de iis, qui pot. nom.* Plane *libellis* ad ædes fixis suspensisve, absentium, quorum defensor non exstabat, bona permissu prætoris proscribi solita, ex Ciceronis *pro Quinctio oratione c.* 6. elicitur. Illic enim Nævius, quum a prætore postulasset, impetrassetque, ut sibi Quinctii, quasi neque sui copiam faceret, neque defenderetur, bona ex edicto possidere liceret, jussisse Cicero narrat, ea Quinctii bona proscribi. Alphenum vero, Quinctii procuratorem sese defensioni offerentem, *libellos*, proscribendæ videlicet venditionis caussa propositos, dejecisse. Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 12. Spondeo, ait, pro judicato, & suspensum amici bonis *libellum* dejicio. *Libelli* dimissorii qui *apostoli* dicuntur *rubr. D. de libell. dimissor. Libellus* divortii *l.* 7. *D. de divort.* & repudii *l.* 6. *C. de repud.* βιβλίδιον vocat Justinus Martyr *Apol.* 1. *pro christian.* & loco, qui ab Eusebio *lib.* 4. *hist. eccl. c.* 17. refertur, ex quo mutilus hac in parte Justini codex supplendus est. Qua etiam voce eadem significatione utitur & idem Justinus Martyr *Apol.* 2. *Libellus* familiæ *l.* 99. *D. de legat.* 3. Sic & in *l.* 8. *C. Theod. de custod. reor.* Famosi *libelli l.* 15. *D. de poen.* de quibus vide supra sub art. *famos.* Si quis *libello* dato vel principi, vel alicui famam alienam infectatus fuerit *l.* 13. §. 29. *D. de injur.* Rerum *libellus* marito datus. Nam mulier res, quas solet, in usu habere in domo mariti, nequit in dotem dat, in libellum solet conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, quasi res acceperit *l.* 9. §. *ult. D. de jur. dot.* Solent plerique hoc facere, ut *libellum* proponant continentem, inveniisse, & redditum iri ei, qui desideraverit *l.* 43. §. 4. *D. de furt. Libello* suo manu subscripto significare *l.* 3. §. 1. *D. de publ.*

Liber, numero singulari pro filio in *l.* 8. §. *ult. Cod. de secund. nupt. l.* 33. *D. de inoff. test. pr. Inst. de serv. cogn.* Adduntur alii locum Ulpiani *l.* 12. §.

§. 1. *D. de reg. jur.* ubi tamen Florentinæ non *liberum* sed *libertum* habent, nec non Modestini *l.* 34. *D. de pact.* ubi pleræque editiones illud *liberum* omittunt. Quinctilianum tamen *Declam.* 2. Aurelium Victorem *in Cæs. c.* 26. & *Epist.* 25. ita loquutos esse, observarunt Voss. *Annal. lib.* 1. *c.* 42. & Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 585. Ut adeo de eo, quod ut plurimum observatum, intelligendum videatur illud Caii *l.* 148. *D. de verb. signif.* enunciationem illam habet, vel non habet liberos, semper numero plurali proferri. *Hein.*

Liber. Eo nomine continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana, sive in tilia, vel philyra, aliave materia scripta *l.* 52. *D. de legat.* 3. Antiquis certe temporibus in tilia, vel philyra libros conscribi solitos, non ille tantum jurisconsultorum nostrorum locus docet, sed & Plin. *lib.* 13. *c.* 12. & Herodian. *lib.* 1. *hist. c.* 17. Marcian. Capell. *de nupt. philolog.* & auctor *Epistolæ Dictis Cretensis Historiæ præmissæ.*

Proprie accipitur *liber* pro codice, vetere modo compacto. Unde *libri* nondum perscripti, nondum malleati, vel ornati, nondum conglutinati, vel emendati, itemque membranæ nondum consultæ memorantur in *l.* 52. §. 5. *D. de legat.* 43. Eodem pertinet locus elegans Paulli *lib.* 3. *sent. tit.* 4. §. 87. Libris legatis, chartæ, volumina, vel membranæ, vel philuræ continentur. Codices quoque debentur. *Librorum* enim adpellatione non volumina chartarum, sed scripturæ modus, qui certo fine concluditur, æstimatur. Vid. quæ hic notavit Schulting. *jurispr. antejust. p.* 377. Qui quæve hanc operam navabant compingendis, adornandisque libris, vocabantur *Librarii* & *librariæ*, qualis Martia Junia *librariæ* in lapide apud Reines. *Class.* 11. *inscr.* 113. nec non *structores librorum*, si recte divinavit idem Reines. *ead. Class. Inscr.* 123. *p.* 156. Hein.

Libri elephantini, in quibus SCa ad principes pertinentiæ scribebantur. Vopisc. *in Tacit. c.* 8. Qui *libris* principalibus in senatu legendis vacant *l.* 1. §. 2. *D. de quæst.* nisi forte legere hic malis *litteris*, argumento §. *ult. ejusd. legit.* Sed nihil hac emendatione opus est. Nam Quæstores candidati & litteras, vel epistolas principum, & eorumdem orationes, & libellos prælegebant. *Libelli* sane Hadriani Cæs. in senatu prælecti, cujus in sententiam postea SC. factum est, exemplum habemus in *l.* 28. §. 6. *D. de hered. petit.* Hein.

Apotheca *librorum l.* 12. §. 34. *D. de instr. vel instr. leg.*

Liber, *a*, *um*. *Liber* homo *l.* 13. *l.* 37. *D. ad Leg. Aquil.* cui opponitur servus *l.* 3. *D. de stat. hom. l.* 4. *D. de justit. & jur. Liberorum* hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini *l.* 5. *D. de stat. hom.* Sic & *liberæ* civitates Plin. *lib.* 10. *Epist.* 63. *Liberum* corpus *l.* 5. *D. si quadrup. paup. Liberæ* personæ *l.* 3. *D. eod. tit.* Liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati subjectus est, sive is foederatus est, &c. *l.* 7. *D. de capt. & postl.* Aliquando tamen *liberi* dicuntur non modo, qui servi non sunt, sed & qui nullius potestati subsunt, id est, homines sui juris. Sic liberum caput *l.* 1. *D. de tutel. pr. Inst. eod. tit.* Ulpian. *tit.* 11. §. 5. Gell. *lib.* 5. *c.* 9. Quo adludens suo more Tertull. *lib.* 2. *adverf. Marcian. c.* 5. Liberum, inquit, & sui arbitrii, & suæ potestatis invenio hominem a Deo institutum.

Liberæ etiam dicuntur res,

res, servituti non obnoxiæ. Sic *liberæ* ædes & *servæ* invicem pugnant *l. 6. pr. D. comm. præd.* At apud Liv. *lib.* 30. *c.* 17. *lib.* 35. *c.* 23. *lib.* 42. *c.* 41. *liberas ædes*, legatis a senatu decretas, quidam vacuas interpretantur, quidam gratuitas, & absque pensione. *Libera* nexu pignoris pars *l.* 33. *D. famil. erciſc. Liberum* prædium, cui *ſerviens* opponitur *l.* 8. *D. de act. emt.* Aliquando non modo quod non servit, ſed & quod nulli obligatum eſt *l.* 52. §. 1. *D. de act. emt. vend.*

Sed & actiones dicuntur *liberæ*. Sic *libera* adminiſtratio bonorum *l.* 11. *D. de lib. & poſthum.* negotiorum *l.* 9. §. 13. *D. de adquir. rer. dom.* §. 43. *Inſt. de rer. diviſ l.* 58. *D. de procur.* peculii *l.* 3. *D. de SC. Macedon.*

Libera rerum ſuarum alienatio *l.* 2. *D. ſi a parent. quis* electio *l.* 19. *C. de fideic.* facultas abeundi, vel redeundi *l. ult. D. de lib. exhib.* eorum quæ prohibita non ſunt *l.* 7. *C. de religioſ. Libera* peragatur intentio *l.* 5. *C. ſin. regund.* id eſt, ſine ullo metu temporalis præſcriptionis actio, ſeu petitio inſtituatur. *Libera* legatio, de qua vid. ſupra art. *legatio.*

Libera luce, id eſt, publice *l.* 2. *C. Theod. de malef. & mathem.*

Libera eſſe debent matrimonia *l.* 2. *C. de inutil. ſtipul.* id eſt, vinculo poenæ minime obſtricta, ut *l.* 134. *D. de verb ſignif.* Alio ſenſu Caſſiodor. *lib.* 7. *var. cap.* 40. libertatem matrimoniorum comprobans, eleganter ait: Durum eſt, libertatem liberam non habere, unde liberi procreantur.

Libera poſſeſſio, qua quis utitur arbitrio ſuo *l.* 11. *D. de vi & vi arm. Libera* res & ſoluta, & extra neceſſitatem juriſdictionis poſita *l.* 3. *D. de recept. arb. Libera* teſtamenti factio *l.* 41. *D. de oper. lib.*

Libera voluntate & *ex neceſſitate ſervili* opponuntur *l.* 19. §. 2. *D. de negot. geſt.*

Libera cuſtodia *l.* 11. *C. de exact. trib.* de qua conſule Briſſon. Formul. *lib.* 5. *c.* 199.

LIBERALIS, beneficus, ut in *l.* 18. *D. de adim. leg.*

Liberale etiam dicitur, quod ad libertatem pertinet, vel libero homine dignum eſt. Sic *Liberales* artes in *l.* 4. *D. ubi pupill. educ. l.* 10. §. 2. *D. de vacat. & excuſ. l.* 4. *D. de decret. ab ordin. fac.*

Liberalis cauſſa dicitur, in qua libertatis quæſtio vertitur *tot. tit. D. de liberal. cauſſ.* Donat. ad ea Terentii verba Adelph. *Act.* 2. *ſc.* 1. *Nam ego illam liberali adſero cauſſa manu.* Ordo eſt, inquit, ego adſero illam liberali cauſſa manu, & ſunt juris verba, a quibus etiam adſertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Nam & cauſſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis. Cicero *pro Flacc. c.* 17. Quum in cauſſa liberali eum qui adſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret. Huc pertinent *liberale* judicium *l.* 1. §. 21. *D. de & vi arm.* Liberalis lis *l.* 4. *C. de ordin. cognit. Liberale* negotium *l.* 16. *C. Theod. de præt. & quæſt. l.* 1. *C. de offic. præt.*

Liberalia ſtudia, ut ait Ulpianus, accipimus, quæ Græci ἐγκύκλια παιδεύματα adpellant. Rhetores conſenebuntur, grammatici, & geometræ *l.* 1. *D. de extraord. cognit.*

LIBERALITAS, munificentia *l.* 1. *C. Theod. de ſponſ.* Liberalitas Auguſta *l.* 6. *C. T. de indulg. crim.* principalis *l.* 1. *Cod. Th. de poſtl.* regia *l. un. C. Th. qui a præbit. tirones* ſacra *l.* 2. *C. Th. de collat. don.*

LIBERALITER. Si quid liberaliter mulier fecit, veluti ne judicatus pater ejus propter solutionem vexetur *l.* 21. §. *ult. D. ad SC. Vellei.*

LIBERARE, id est, dimittere debitorem, ut loquitur Ulpianus in *l.* 4. *D. de decret. ab ord. fac.* Nec tamen creditor dumtaxat debitorem liberare dicitur, verum vice versa creditorem liberare dicitur debitor, quem dimittit, ex soluta pecunia. Et ita Ulpianus: Creditorem tuum liberet *l.* 6. §. 1. *D. de negot. gest.* Heredibus creditorum non liberantibus *l.* 26. §. 2. *D. de fideic. libert.* Ad priorem significatum pertinent sequentia *Liberari* acceptilatione *l.* 3. *l.* 13. §. 7. *D. de acceptil.* accepto liberare Vid. art. *acceptum. Liberare* actione *l.* 3. *D. de eo per quem fact.* ære alieno *l.* 25. *D. commun. divid.* condictione *l.* 72. §. 3. *D. de solut. liberari* crimine *l. ult. D. ad leg. jul. maj.* fideicommisso *l.* 3. *C. de fideicomm.* legibus Ulpian. *tit.* 16. §. 3. a necessitate præstandæ dotis *l.* 2. *C. de collat.* obligatione *l.* 3. *D. de condict. sin. causs.* onere *l.* 77. *ad SC. Trebell.* pacto *l.* 1. *D. quæ in fraud. credit.* poena *l.* 8. §. *ult. D. de poen.* Aquilliana stipulatione *l.* 32. *D. de dol. mal.* tempore *l.* 8. *D. de negot. gest.* transactione *l.* 68. §. *ult. D. de fidejuss.* vinculis *l.* 2. *D. de custod. & exhib. reor.*

Liberare, eripere, eximere. Ut vos provinciali administratione liberet *l.* 2. *C. de excus. tut.*

Liberari alieno jure *pr. Inst. quib. mod. jus patr.* ore bestiæ *l.* 44. *D. de adquir. vel amitt. possess.* periculo *l.* 72. §. 1. *D. de solut.* a potestate *l.* 18. *D. de bon. possess. contr. tab.* tutela Ulp. *tit.* 11. §. 18. *Liberari* dicitur tutor, qui a tutela excusatur *l.* 39. *D. de excus.*

Liberare interdum est manumittere *l.* 9 *D. in quib. causs. pign. l.* 31. *D. de testam. mil. l.* 32. *D. de bon. libert. l.* 9. *D. in quib. caus. pign.* Hinc *liberati*, manumissi *l.* 1. *C. de vind. manum.* Vindicta *liberare l.* 15. *D. de manum. vind.*

Res quoque *liberari* dicuntur a pignoris nexu. Sic *liberare* fundum alii obligatum *l.* 41. *D. de contrah. emt.* liberatum hypotheca *l.* 7. *D. quib. mod. pign. Liberare* pignus est luere *l.* 2. *D. quæ in fraud. credit.*

Liberari etiam dicuntur prædia servitute *l.* 18. §. 1. *D. de castr. pecul.* alioque quocumque onere. Sic *liberare* religione locum *l.* 9. §. 2. *D. de divis. rer.*

Singularis est loquutio *liberare* fidem ærario obligatam Suet. *in Claud. c.* 9. *liberandæ* fidei caussa *l.* 46. §. *ult. D. de negot. gest.*

LIBERATIO, solutio *l.* 47. *D. de verb. signif.* In rubrica tamen *tit. D. de solut. & liberat.* hæc duo seperantur, quod solutio naturalem numerationem, *liberatio* ceteros modos, quibus ab obligationis nexu quis dimittitur, complectatur. *Perfecta* enim *securitas*, teste Donato *in Terent. Andr. Act.* 2. *sc.* 2. *liberatio* nominatur. Proinde & acceptilatio *liberatio* esse definitur *l.* 2. *D. de acceptil.* Add. *l.* 9. §. 7. *D. quod met. causs. l.* 8. *C. arbitr. tut. l.* 17. *C. de fideic. Liberatio* contingit *l.* 3. *D. de oper. libert. Liberationem* consequi *l.* 21. *C. de solut.* liberatio pignorum *l.* 22. *D. de jur. fisc.* potestatis *l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 3. Concidere *liberationem l.* 8. §. 2. *D. ad SC. Vellei. l. un. C. de error. calc.* id est, condictione consequi, ut liberetur *l.* 46. *pr. D. de jur. dot.* Vid. supra *condicere*.

LIBERI. Eorum adpellatione nepotes, & pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur *l.*

220.

220. *D. de verb. signif.* Liberos ejus, qui adsignatus est, accipere debemus, non solum filios, verum etiam nepotes, & neptes, & deinceps descendentes *l.* 3. §. 6. *D. de adsign. libert.* Ulpianus de liberis decurionum agens, *liberos*, ait, non tantum filios accipere debemus, verum omnes liberos *l.* 9. §. 13. *D. de pœn.* Proinde stipulatione ita interposita, *ut liberorum nomine dos* ad maritum resideat, nepotum quoque nomine dos retinebitur *l.* 48. *D. solut. matrim.* Sed & si quis tutores liberis dederit, nepotibus quoque dedisse intelligitur §. *ult. Inst. qui test. tut.* Inter *liberos* nepotem quoque ex filia contineri, D. Pius rescripsit *l. ult. D. de pollicit.* Eadem est apud Græcos τεκνων significatio. Etenim ἡ των τεκνων προσηγορια και επι τους εκγονους εκτεινεται. *Natorum* adpellatio & ad nepotes extenditur, ait Modestinus *l.*104 *D. de verb. signif.* In edicto de legatis præstandis, quo generaliter liberos prætor excepit, nec gradus liberorum enumeravit, in infinitum, ait Ulpianus, iis præstabitur, nec refert, utrum ex virili sexu, an ex feminino descendant. Liberos autem etiam eos ad legatorum petitionem admittimus, qui in adoptionem dati sunt, vel etiam adoptivi, dummodo maneant *liberi l.* 1. §. *ult. D. de legat. præst.* Ceterum Paullus in *l.* 10. §. 7. *D. de grad. & adfin.* liberos usque ad trinepotes, ultra hos *posteriores* vocari, scribit. Unde in *l.* 13. *D. de mun. & honor. liberis* & *posteris* alicujus data est immunitas. Sed obtinuit Caii Cassii sententia, qui ut omnes in infinitum, etiam supra tritavum, parentes, ita *liberos* ultra trinepotem, in infinitum, dici censuit *l.*4. §. *ult. D. de in jus voc.* Ulpianus in Edicti de in jus vocando interpretatione liberos, ait, secundum Cassium, ut in parentibus, & ultra trinepotem accipimus *l.* 10. §. 5. *D. eod. tit.* Senatorum liberos accipere debemus non tantum senatorum filios, verum omnes, qui ex hic geniti, ex ve liberis eorum, dicantur, sive naturales, sive adoptivi sint *liberi* senatorum, ex quibus nati dicuntur *l.* 10. *D. de senator.* In *contra tabulas* bonorum possessione *liberos* accipere debemus, sive naturales, sive adoptivos, si neque instituti, neque exheredati sint *l.*1. *D. de bon. possess. contr. tab.* Similiterque in bonorum possessione, *unde liberi*, liberos accipere debemus tam naturales, quam adoptivos *l.* 1. §. 6. *D. si tab. test. null. exstab.*

Alias tamen *liberorum* nomine naturales tantum & justi, non etiam adoptivi exaudiuntur. Etenim fideicommissum, a filiis relictum, si quis ex his sine liberis diem suum obierit, adoptionis commento non excluditur *l.* 76. *D. de condit. & dem.* Is, cui in tempus liberorum tertia pars relicta est, utique non poterit adoptando tertiam partem consequi *l.* 51. §. *ult. D. de legat.* 2.

Liberorum utique nomen post emancipationem amittunt adoptivi *l.* 4. *D. si tab. testam. nul. exst.* Enim vero liberorum adpellatione continentur non tantum, qui sunt in potestate, sed omnes, qui sui juris sunt, sive virilis, sive feminini sexus sint, exve feminino sexu descendentes *l.* 56. §. *ult. D. de verb. signif.* Quod ait prætor in edicto, *qui satisdare cogantur, liberosve suos* accipiemus & ex feminino sexu descendentes liberos *l.* 2. §. 3. *D. qui satisd. cog.* Si quis operas sit stipulatus sibi, liberisque suis, etiam postumos pervenit stipulatio *l.* *D. de oper. libert.* Quod vero

SC

SC. Tertullianum attinet, *liberi* non sunt, qui contra formam humani generis, conversō more, procreantur *l.* 14. *D. de stat. hom.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. §. 3. Licet in Lege Papia etiam portentosi, monstrosi, & prodigiosi partus matri prosint *l.* 13. *D. de verb. signif.* Immo non est sine *liberis*, cui vel unus filius, unave filia est. Hæc enim enunciatio, *habet liberos*, vel *non habet liberos*, semper plurativo numero profertur, sicut & *pugillares*, & *codicilli l.* 148. *D. de verb. signif.* Gell. *lib.* 2. *cap.* 13. Antiqui oratores, historiæque, aut carminum scriptores etiam unum filium filiamve *liberos* multitudinis numero adpellarunt. Quamquam & singulari numero extulerit Justinianus in *l.* 33. *C. de inoff. test. l.* 8. §. *ult. C. de secund. nupt. & pr. Inst. de serv. cogn.* Vide supra *liber.* Sine *liberis* uno pluribusve *l. ult.* §. 5. *D. de legat.* 2. Filios autem Isidorus *lib.* 9. *orig. c.* 5. in legibus hoc liberorum nomine adpellari tradit, ut isto vocabulo secernantur a servis, quia sicut servus in potestate domini, sic & filius in potestate est patris. Inter filios etiam fit emancipatio, ut filius sit *liber* a patre, sicut fit, servo manumisso, ut sit liberatus a domino. Quo adludens Cassiodorus *lib.* 7. *var. c.* 11. de matrimonio loquens: Durum, ait, libertatem liberam non habere, unde *liberi* procreantur. Ceterum insignia sunt passim *liberorum* elogia. Cic. *ad Quirit. post. redit. c.* 1. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi? Mihi vero & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium vita mea cariores. Et *in Verr.* 1. *c.* 44. Quid enim, ait, natura uobis jucundius? quid carius esse voluit? quid est dignius, in quo omnis nostra diligentia, indulgentiaque consumatur? Immo & liberos conceptos dumtaxat, & in utero necatos, spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredes familiæ, designatos reip. cives, vocat idem *pro Cluent. c.* 11.

Liberorum hæc summa divisio est, quod alii sunt naturales, alii adoptivi *l.* 7. §. 2. *D. de bon. damn.* Naturalium rursus triplex est differentia. Nam vel justis nuptiis, vel vulgo quæsiti sunt, vel etiam in servitute susceptī *l.* 87. §. 12. *D. de legat.* 2. Illi *legitimi*, de quibus vid. supra hac voce. Sed nec semper liberorum nomine naturales, id est, non ex justis nuptiis procreati comprehenduntur. Etenim si quis rogatus sit, ut, si sine liberis decesserit, restituat hereditatem, voluntatis quæstionem esse, de qualibus liberis testator senserit, de naturalibusne, an de justis, Ulpianus respondit, idque ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione ejus, qui fideicommisit, accipiendum esse, existimavit *l.* 17. §. 4. *D. ad SC. Trebell.*

Jus *liberorum* commodum significat, quod, susceptis ex justo matrimonio liberis, patres matresve consequuntur *rubr. & l.* 1. *de jur. liber.* & apud Ulpian. *tit.* 17. §. 1. Plaut. *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. D. Augustin. *lib.* 3. *contra Julian.* Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 24. *Jus liberorum est conjugum, sine liberis invicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio.* Hujusmodi autem jus *liberorum* & ad legis Juliæ & Papiæ Poppææ præmia, solidumque ex testamento capiendum, & ad legitimam, quæ ex SCo Tertulliano matribus deferebatur, hereditatem proficiebat. Itaque circa hoc jus duplex est inspectio. Inprimis autem sciendum est, virum atque uxo-

uxorem inter se, nudo matrimonii nomine, decimam dumtaxat capere potuisse. At, sublatis *liberis*, uno pluribusve, plus capere poterant, quemadmodum Ulpianus *tit.* 15. *regul.* exponit. Sed nec ex cujusquam testamento cœlibes & orbi capere poterant, ut patet ex *l.* 1. *C. de infirm. pœn. cœlib.* Proinde qui vel cælibem vitam agebant, vel parum felix matrimonium erant experti, ac denique qui liberos nullos sustulerant, ut judicio amicorum promereri possent, jus liberorum a principe impetrabant, ut eorum bonitas illis indulgeret, quod fortunæ malignitas denegaverat, (sicut Plinius loquitur *lib.* 10. *Epist.* 95.) Ulpian. *tit.* 16. §. 1. Aliquando, ait, vir & uxor inter se solidum capere possunt, velut si uterque vel alteruter eorum nondum ejus ætatis sint, quam lex *liberis* exigit, aut si *jus liberorum* a principe impetraverint. Atque hoc jus liberorum Juvenalis *Sat.* 3. *jura parentis* vocat. Martialis eodem loquendi genere usus *jura paterna lib.* 3. *epigr.* 93. Idem *lib.* 28. *epigr.* 13. quo loco eleganter deridet eum, qui, quum uxorem duxisset, a Cæsare importune jus hoc, quo de agimus, flagitaverat, quod ipsemet sibi absque principali beneficio quærere, ac parare liberis procreandis operam dando potuisset.

Ceterum non modo *jus liberorum*, verum etiam nominatim trium liberorum, quod plenius erat, latiusque patebat, a principibus peti solebat, cujus fit mentio *l.* 5. *C. Th. de legit. hered.* Atque ita *jus trium liberorum* & sibi Plinium, & Suetonio Tranquillo a Trajano impetrasse, ex ejus *lib.* 10. *Epist.* 2. *&* 95. liquet. Indultum etiam id sibi a Domitiano, prædicat Martialis *lib.* 2. *epigr.* 91. *&* 92. Ad eos autem locos, quos de jure trium *liberorum* accurate congessit Franc. Duarenus *Disp. anniversf. c.* 40. auctarii loco adjicit illa Statii *lib.* 4. *Silv.* 8. *v.* 21. versus: Ergo quod Ausoniæ pater Augustissimus urbis jus tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, Omen erat, venit toties Lucina, piumque Intravit repetita larem. Gell. *lib.* 4. *c.* 17. *Memini ego Romæ quæsitum, negotio rei tunc non parvæ postulante, an octavo mense infans ex utero editus, & statim mortuus jus trium liberorum impleviſſet?* Matres autem hoc *trium liberorum* jure ad legitimam filiorum intestatorum hereditatem ex SCo Tertulliano admittebantur, quemadmodum Paullus *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. §. 1. & Justinianus *tit. Inst. de SC. Tertull.* scribunt. Ut vero jus hoc liberorum consequutæ viderentur, ter peperisse eas sufficiebat, dummodo vivos, & pleni temporis peperissent, ut idem Paullus *ibid.* Et hoc ita in ingenuis matribus servabatur. Latinam vero libertam, nisi jus Quiritium consequuta esset, quater peperisse necesse erat, ut jus liberorum consequi posset. Enimvero non superstites tantum, sed & amissi filii matribus proderant. Quin etiam absque ullo partu, matres, quæ neque liberos habebant, neque umquam habuerant, jus trium liberorum beneficio principis adipiscebantur, quorum omnium auctor est Paullus *l.c.*

Jus hoc modo erat *liberorum* generatim, si vel unum habuisse proficeret, modo *communium liberorum*, si unus utriusque parentis filius, vel una filia sufficeret, ut in *solidi* capacitate. Ulp. *fragm. tit.* 16. §. 1. Et id est jus *communi. liberorum* apud Grut. *inscr. p.* 322. 8. ubi non *commune*, sed *communium* legendum esse monuit Hein. *in Comment. ad leg. jul. &*

Pap.

Pap. lib. 2. c. 15. §. 8. Quum vero sæpe Italis, & libertis, libertabusque Latinæ conditionis quatuor, provincialibus quinque liberis ad certa privilegia opus esset, non dubitandum, quin & *quatuor & quinque liberorum jus* aliquando datum, impetratumque sit. Impetrabatur autem initio a Senatu, teste Dione Cass. *lib. 55. p. 549* postea a principe, saltim sub Domitiano, Mart. *lib. 2. epigr. 91.* & multo magis sub Trajano & sequentibus Imperatoribus. Plin. *lib. 2. epist. 13. lib. 7. epist. 16. lib. 10. epist. 2. & 95.* Non temere tamen dabatur, nisi utriusque parentis anni computati, & simul ducti centum transisse dicerentur. Augustin. *lib. 3. adv. Julian.* Multa potius, quam bona, de hoc jure liberorum disseruit M. Ver. Maurus. *in opere de jure liberorum*, recuso in Thesaur. *juris civ. Tom 3. p. 965.* Hein.

Jure *liberorum* excusari *l. 45. §. 1. D. de excus.* quod possunt, qui tres liberos superstites Romæ, vel in Italia quatuor, vel quinque in provinciis habent *pr. Inst. de excus. tut.* Errabat ergo Italus ille, sive provincialis, in specie *l. 37. §. ult. D. de excus.* qui se *jure* etiam *liberorum*, quod adlegabat, excusatum credebat.

LIBERTA ab aliquo manumissa *l. 46. D. de rit. nupt.* eaque *liberti* etiam adpellatione continetur *l. 172. D. de verb. signif.* His verbis *Libertis libertabusque meis* libertum *libertæ* testatoris non contineri *l. 105. D. eod. tit.*

LIBERTAS, quatenus servituti opponitur, definiente Cicerone *Paradox. 5.* est potestas vivendi, ut velis, vel ut Florentinus noster describit, naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure prohibeatur *l. 4. D. de stat. hom.* Quod Pers. *Sat. V. v. 88.* his versibus expressit: Vindicta postquam meus a Prætore recessi: Cur mihi non liceat, jussit quodcumque voluntas, Excepto si quid Massuri rubrica notavit? In definitione autem Florentini particula nisi vim non habet excludendi notionem libertatis ab eo qui vim patitur etiam injustam, vel qui lege civili tenetur, vel etiam pacto, quo quis se ad quid in specie præstandum obligavit. Notanda vero est duplicis significatus libertas. Una absoluta, qua nempe quis a nullo homine dependet, seu nullius voluntatem pro jussu habere a se servandam. Altera nec absoluta, qua quis, alias ab imperio civili, vel patria potestate dependens nullius dominio est subjectus, qualis erat libertas civis sive paterfamilias suique juris fuerit, sive filius familias: Imperium autem civile a dominio diversum hoc facio. Illud enim in ea tantum se exserit, quæ a fine civitatis assequendo dependeat, dominium vero sive imperantis sive privati in hominem eo extenditur, ut hic nihil suum habeat, quod quidem imperio civili non continetur, ut enim contineatur finis civitatis minime requirit. Ut autem servi alii sunt privatorum, alii reipublicæ, hinc libertas servituti opposita definienda fuit, qua quis nullius, ne reipublicæ quidem, dominio est subjectus, præter patriam potestatem, quæ apud Romanos antiquissimos pro dominio erat, quamvis filii familias *liberi* dicerentur.

Triplex *libertas* est, ait Auson. *in gripho v. 65.* videlicet *justa*, per quam civitatem Romanam manumissus consequitur, *Latina*, & *dedititia*. Vid. supra art. justum sub fin. *Justa* & *legitima* & *plenissima* libertas vocatur *l. 1. §. 1. D. de comm. serv. manum.* Quo genere ex jure Quiritium li-

berum quem fieri, ait Seneca *lib.* 3. *not. quæst.* Eadem est *libertas vera* in *l. un.* §. 10. *C. de Latin. lib. toll.* ceu ex verbis ipsis & opposita libertate intelligitur, Unde hic palmam adversario suo Jano Grutero concedit Dionys. Gothofredus *conject. & var. lect. in Senec. p.* 18. dum veram libertatem de præsente, & non in diem dilata, interpretatur, eamque conjecturam testimonio Senecæ *Epist.* 8. fulcire nititur, quum tamen de philosophica libertate, de qua mox, loquatur Seneca.

Ejusdem *libertatis* & hæ species sunt *directa*, & *fideicommissaria*, de quibus suis locis.

Libertas aliquando κατ' ἐξοχην est *ingenuitas*. Et ita accipienda est libertas in *l.* 2. *pr. C. Th. de liberal. caus.* ubi Constantinus M. negat, *libertatem*, id est *ingenuitatem*, filiis eripi posse a parentibus. Constat enim filios a patribus ter venumdari potuisse ex instituto Romuli, ceu docet Dionys. Halicarn. Et ingenuos κατ' ἐξοχην dictos esse *liberos*, ex *l.* 4. *D. de just. & jur.* patet.

Libertatis æstimatio ad infinitum extenditur *l.* 8. §. *ult. D. rat. rem. habit.* Infinita est æstimatio libertatis *l.* 176. §. *ult. D. de reg. jur. Libertas* inæstimabilis res est *l.* 106. *D. de reg. jur.* pecunia lui non potest, nec reparari *l.* 91. §. 2. *D. de statul.*

Libertatem imponere *l.* 41. *in fin. D. de bon. libert. l.* 4. *D. de manum. vind.* Quæ phrasis ducta ab eo, quod captivi servi, vindicta manumittendi, lictoris virga imponi solebat.

Libertas etiam aliquando est suitas juris, vel emancipatio. Sic *libertas* levitatis paternæ testis *l. un. in fin. C. de sentent. pass.*

Libertas opponitur servitutibus, per eamque ædes & prædia, servitutibus sublatis, liberantur *l.* 4. §. *ult. D. de usurp. & usuc.* cujusmodi libertatem usucapi potest notum est ex *l.* 8. §. *ult. D. quemadm. servit. amit.*

Libertas etiam avibus, & feris, quæ custodia humana non coercentur, tribuitur. Naturalem enim libertatem recipere aves, feræque intelliguntur, quum in suam naturalem laxitatem pervenerunt, vel oculos nostros effugerunt, vel ita sunt in conspectu nostro, ut difficilis sit earum persequutio *l.* 44. *l.* 55. *D. de adquir. rer. dom. l.* 3. §. 14. *D. de adquir. vel amitt. poss.* §. 12. *Inst. de rer. div.* Quo loquendi genere & Arrianus *lib.* 3. *diss. epictet. c.* 26. *p.* 40. *seq.* usus est his verbis, de avibus agens: Καν ολως ευρη τι παρεωγμενον εξετηδησεν. ετως ορεγεται της φυσικης ελευθεριας. Nihilominus patefacto qualicumque exitu exsiliunt. Adeo prorsus sunt adpetentes libertatis istius naturalis.

Diversa ab his est *libertas* philosophica, quam Seneca *Epist.* 61. definit, nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in æquum deducere. Et libro cui titulus est *in sapientem non cadere injuriam c.* 19. libertatem esse, est, animum opponere injuriis, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant, exteriora deducere a se, ne inquieta agenda sit vita, omnium risus, omnium linguas timenti. Et hanc libertatem cum illa juris gentium comparans *Epist. VIII.* Philosophiæ, inquit, servias, oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, quo se illi subjecit, & tradidit: Statim circumagitur. Hoc enim ipsum, servire philosophiæ libertas est. Idem *Epist.* 80. Itaque, inquit, in tabellas vanum conjicitur nomen libertatis, quum ne qui emerunt, habent, nec qui vendi-

vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum, a te petas. Libera te primum metu mortis, illa nobis primum jugum imponit, deinde metu paupertatis. Sed hæc quidem libertas philosophica, de qua Stoici tam magnifice loquuntur, ad jus civile non pertinet.

LIBERTINUS, *Libertina*, & *ingenua* opponuntur *l.* 2. *D. ad SC. Tertull.*

Libertina pro liberta *l.* 23. *l.* 27. *l.* 31. *l.* 56. *l.* 58. *D. de rit. nupt.* Senec. *epist.* 13.

Libertina conditio, cujus etiam efficietur homo liber, qui se vendidit, si manumittatur *l.* 21. *D. de stat. hom. Libertinæ* personæ *l.* 2. *D. de oper. serv.* progenies *l. ult. C. de infant. expos.*

LIBERTINITAS, libertinorum status, & conditio *l.* 14. *D. de probat. & passim.* Ea & *ingenuitas* opponuntur *l.* 32. §. 7. *D. de rec. arbitr. l.* 40. *C. de liberal. causs.*

LIBERTINUS opponitur *ingenuo l.* 8. §. 7. *D. de man.* Libertini enim sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt *l.* 6. *D. de stat. hom.* nisi quis fuerit ex ea servitute manumissus, in quam vel a patre venumdatus, vel ob æs alienum addictus, vel noxæ a patre deditus, vel ab hostibus captus. Hi enim manumissi, non *libertini* erant, sed *ingenui* Paull. 1. *Sent.* 1. Quinctil. *Inst. orat.* 8. *c.* 3. & *declam.* 311. §. 5. *Inst. quib. mod. patr. pot. solv.* Vid. Cujac. 13. *obs.* 9.

Libertinus filius, & verus filius separantur in *l.* 9. *C. de ingen. manumitt.*

Libertini ergo manumissione tantum constituuntur *l.* 9. *Cod. de ingen. manum.* Quinctil. *lib.* 5. *Inst. c.* 10. Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non etiam addictus. Et *lib.* 9. *c.* 4. ubi plenius & fusius idem argumentum tractat: Servus quum manumittitur, fit *libertimus*. Sed & *lib.* 1. *c.* 1. Libertinis detrahenda est auctoritas. Licet his testimonium reddere industriæ, per quam exierunt de servitute. Et ita libertinum intellige *l.* 37. *D. de op. libert. l.* 16. *l.* 32. *l.* 34. §. *ult. l.* 42. *D. de rit. nupt.* Libertini igitur dicebantur ratione status, *liberti* ratione patronorum. Oisel. *ad Cati Instit. l.* 1. *p.* 7. Vid. infra *libertus*.

At Appii Claudii Cæci temporibus, & deinceps aliquamdiu *libertinos* dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos, ex his procreatos, Suetonius *in Claud. c.* 23. tradit, quos Græci ἐξελευθέρους vocant, teste Hesychio: Ἐξελευθεροι, ait, οι των ἐλευθερωμενων υιοι. Ἐξελευθεροι *vocantur manumissorum seu libertorum filii.* Qua voce eodem sensu utitur Dio Cass. *lib.* 54. *p.* 531. similiterque Dionys. Halicarn. *lib.* 4. *p.* 226. *libertinorum tribum* vocat ἐξελευθερων φυλον. At Modestinus ex libertis ortos & descendentes ἀπελευθερικους adpellat *l.* 1. *D. de excus.*

LIBERTUS, aliquando idem ac *libertinus*. Sic *liberti* dicuntur hi, qui desierant esse servi *l.* 4. *in fin. D. de just. & jur.* ἀπελευθερους Græci vocant *l.* 14. *D. de excusat.* Theoph. *pr. Inst. de libertin.* Ἀπελευθερος, inquit, ἐστιν, ὁ ενδικιαστικαι ἐννομω δουλειας ἐλευθερωθεις. *Libertus* est, qui ex justa vel legitima servitute est manumissus.

At proprie *libertus* dicitur, relatione facta ad patronum, *libertinus* ad statum, vel conditionem, uti recte docuit Laur. Valla *Elegant. lib.* 4. *c.* 1. loquutus omnino de recentioribus jurisconsultorum, quorum fragmenta in pandectas migrarunt, temporibus. Nam olim ab Appii Claudii Cœci temporibus omnes omnino manumissos *libertos* dictos esse, jam paullo

ante articulo *libertinus* notavit Briſſon. Jam facile intelliguntur ſequentia : *Libertum* in cauſſa ſucceſſionis inteſtati accipere debemus eum, quem quis ex ſervitute ad civitatem Romanam perduxit, ſive ſponte, ſive neceſſitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere *l.* 3. §. 1. *D. de ſuis & legit.* Libertum in lege Julia de adulteriis capite de divortiis accipimus etiam eum, qui a patre, avo, proavo, & ceteris ſurſum verſum manumiſſus eſt *l.* 9. *D. de divort. Libertorum* etiam adpellatione contineri intelliguntur ii, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco manumiſſi ſunt *l.* 244. *D. de verb. ſignif.*

Libertorum horum triplex olim erat differentia. Alii enim erant *cives Romani*, alii *Latini*, alii *dediticii*. Cives Romani fiebant, qui vindicta, cenſu, vel teſtamento, aut, quod a Conſtantino conſtitutum fuit, in ſacroſanctis eccleſiis manumittebantur. Vid. Cic. *in Top. c.* 2. Ulp. *tit.* 1. §. 5. *ſeq.* Theophil. *ad* §. 3. *Inſt. de libertin.* Latini fiebant, qui in convivio, vel inter amicos, vel per epiſtolam, vel ab eo, qui in bonis tantum, non etiam ex jure Quiritium, ſervum habebat, manumittebantur. Vid. ſupra art. *Junia Norbana lex.* Dediticii vero, qui vincti tortive aliquando fuerunt, quibuſve notæ inuſtæ, ut ex iiſdem Ulpiani, Caii, & Theophili locis intelligitur, & ex *C. Juſtinian. tit. de Latin. libert. toll. & de dedit. libert. toll.* Quid autem libertis manumiſſio conferret, præſtaretque, breviter Tertull. *in libro de reſurr. carn. c.* 57. complexus eſt his verbis : Si famulum tuum libertate mutaveris, & veſtis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur. Quinctilian. *lib.* 7. *c.* 4. Propria liberi, quæ nemo habet, niſi liber prænomen, nomen, cognomen, tribum. Unde Perſ. *Sat.* 5. *v.* 65, de ſervo manumiſſo: Verterit hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama. Id eſt, qui prius unico ſervili *Damæ* nomine adpellabatur, jam incipit prænomen *Marci* ferre.

Libertus avitus. Vid. ſupra art. *avitus.*

Libertus civitatis *l.* 5. §. 1. *D. de diviſ. rer.* Quemadmodum enim & civitatibus, & templis ſuis erant ſervi, quorum illi publici, hi a Diis Deabuſque adpellabantur, ita & libertos non modo civitatum, ſed & templorum fuiſſe, animadvertimus. Prioris generis erant *liberti* Tarviſinorum, apud Gruter. *p.* 83. 13. Celeienſium *ibid. pag.* 115. 5. Taurinorum *pag.* 37. 8. Alfinenſium *p.* 986. 2. Tergeſtinorum apud Reineſ. *Claſſ.* 19. *inſcr.* 35. ubi plura notavit vir iſte doctiſſimus *p.* 890. Poſterioris generis *liberti Veneris* apud Cic. *in Divinat. c.* 17. *liberti Veneris Erycinæ* apud Gruter. *p.* 1006. 1. Hos vero & manumiſſos in Deorum templis manſiſſe, & adparuiſſe ſacerdotibus, diſcimus ex formula fideicommiſſi Attiæ *l.* 20. §. 1. *D. de ann. legat.* Hein.

Liberti eccleſiæ memorantur in *c. de libertis* §. *ne vero cauſſ.* 12. *qu.* 2. *& c. longinquitate ibid.*

Libertus orcinus, ut habet vetus Gloſſarium, *qui in teſtamento ejus, qui apud orcum*, id eſt qui eſt mortuus, manumittitur. Vid. infra art. *Orcinus.*

Libido pro venereæ voluptatis ſtimulis, adpetituque uſurpatur *l.* 34. *D. l.* 82. §. 2. *D. furt. l.* 3. §. 4. *D. ad Leg. Cornel. de ſicar. l.* 1. *C. de incest. nupt. l.* 25. *C. ad leg. jul. de adult. l.* 1. *C. ad SC. Claud. l.* 1. *D. de extraord. crim.*

Libido pro qualibet in primis prava voluntate. Sua *libidine*, id est, arbitrio voluntatis *l.* 3. *C. per quas pers. nob.* Libido prave consulentium judicum *l.* 61. *C. Th. de decur.*

Libidinum omnium servus *l. un. C. Theod. de sent. pass.* Libido, ut ait Donatus in Hecyr. *Act.* 2. *sc.* 2. est quælibet voluntas temere suscepta. Idem *in Phorm. Act.* 4. *sc.* 5. ad hæc verba: Dum libido eadem hæc manet. Bene, inquit, *libidinem* posuit pro voluntate hominis incerti, & levis. Herald. *ad Arnob. lib.* 3. *p.* 150. Libidinem sæpe dicunt Latini, quam Græci *νοσον*, quum naturali, & cœco impetu ferimur ad aliquid sine ratione.

LIBITINARIUS, quem Græci *νεκροθαπτην* vocant, qui funera curat *l.* 5. §. 8. *D. de institor.* & apud Senec. *lib.* 6. *de benef. c.* 38. a Libitina, cujus in templo Romæ *τα προς τας ταφας*, id est, quæ ad funera pertinebant, venibant, ut auctor est Plutarch. *Quæst. Rom.* Vetus Glossarium: *Libitinarius ενταφιαστης.*

LIBONIANUM SC. quo Legis Corneliæ de falsis pœna adversus eos constituta est, qui in alterius testamento, vel codicillis legatum, hereditatemve sibi sua manu adscripsissent *rubr. D. de Leg. Cornel. de fals. & de SC. Libon. l.* 29. *D. de testam. tut. l.* 1. *D. de his, quæ pro non script. hab.* Ad hoc SC. Paullus, ut Indice Pisano constat, librum singularem scripserat, eique Claudianum conjunxerat. Ac plane in eamdem sententiam edictum C. Claudii scriptum fuerat, ut ostendit *l.* 15. *D. de Leg. Corn. de fals. l.* 3. *C. de his qui sibi adscrib.* SCi utique nomine in *l.* 5. §. 3. *D. de test. milit. l.* 14. *pr. l.* 15. §. 2. *D. de Leg. Corn. de fals. l.* 3. *l. ult. C. de his, qui sibi adscrib.* Libonianum hoc intelligendum est. Conditum est hoc SCum anno ab V. C. 769. T. Statilio Tauro, & L. Scribonio Libone Coss. non *Statilio & Tauro Coss.* uti est apud *Pariat. leg. Mos. & Rom. tit* 8. §. 7. Unum enim hominem significant *Statilius* & *Taurus.* Hein.

LIBRA argenti *l.* 35. *D. de contrah. emt. l.* 89. §. 2. *D. de legat.* 2. Martial. *lib.* 2. *epigr.* 76. Libra auri *l.* 41. §. 3. *D. de fideic. libert.* Hanc septuaginta & duorum solidorum esse definiunt: *Libram* vero argenti quinis solidis æstimant *l.* 5. *C. de suscept. & arcar. l. un. C. de arg. præt.* Unus autem aureus efficit libras æris 24. *l.* 1. *C. de collat. ær. Libram* vero auri, & pondo pro iisdem usurpat Pomponius in *l.* 34. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* Sic decem *librarum* auri mulctam subire, & sub viginti *librarum* auri interminatione. Jubeo signum Dei ex *libris* centum in illa sacra æde, & in patria statui subscriptione nominis mei *l.* 38. §. *ult. D. de aur. arg. leg.*

Libra pro statera. Testis ad *libræ pensa* adhiberi non potest Ulpian. *tit.* 40. §. 3. Sed manifestum est, ibi legendum esse, *aut libripens.* Id jam observavit Cujacius, nec aliter ediderunt Charondas, & Schulting. *p.* 627. *Hein.* Gell. *lib.* 15. *c.* 27. Tertium testamentorum genus fuisse, ait, per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur. Add. Ulpian. *ibid.* §. 2. Justinian. §. 1. *Inst. de testam. ordin.* & ibi Theophil.

LIBRAMENTUM pro æqualitate *l.* 1. §. 1. *D. de via & itin. publ. refic.*

Utitur eadem voce, sed alio sensu & Seneca *Natural. Quæst. lib.* 1. *c.* 12. *& lib.* 3. *c.* 29. *& de benef. lib.* 6. *c.* 22. Est enim libramentum ipsum per libram examen. Libramentum examinis *l.* 3. *C. Th. de petit. & ultr. dat.*

Vid. & *l.* 1. *C. Theod. de ponderat. l. un. C. Th. ne fin. juſſ. princip. l.* 47. *in fin. C. Th. de curſ. publ. l.* 4. §. 3. *C. Juſtin. de recept. arbitr.*

LIBRARE, ponderare. Caeleſtes præſcriptiones, quas non ante præcelſa ſedes tua libravit *l.* 26. *C. Theod. de cohort.* Librata impendia *l.* 2. *C. Theod. de expenſ. lud.*

LIBRARIA, librorum officina, ſeu librariorum taberna, & ſtatio apud Gell. *lib.* 5. *c.* 4.

LIBRARIUS, qui librorum ſcribendorum operas edit *l.* 49. *D. de oper. libert.* Mart. *lib.* 2. *epigr.* 8. *lib.* 4. *epigr. ult.* Sueton. in Domitian. *c.* 10. Librariis qui eam hiſtoriam deſcripſerant crucifixis. Pallad. *de re ruſt. in præf.* Sed quod volumina hæc ruris colendi ſerius quam jufferas ſcripta ſunt, *Librarii* manus ſegnior fecit, cujus ego tarditatem numquam maligne æſtimo. *Librarium* in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſe, ſcribitur *l.* 92. *D. de reg. jur.* Plane D. Hieronym. *Epiſt. ad Nicium* litterarum ſcriptores, a libris & corticibus arborum, quibus veteres ante chartæ & membranæ uſum utebantur, librarios adpellatos ante ait. Et ait *librarios* accipe in *l.* 28. *D. de rei vind. l.* 15. §1. *D. de uſufr. l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert.* ex quibus locis, ad hujuſmodi miniſterium ſervorum, etiam impuberum opera uſos eſſe veteres, diſcimus. Sic & *librarios* accipe in *l.* 6. §. 6. *D. de extraord. cognit.* & λιβοαρίυς apud Modeſtinum *l.* 15. *D. de excuſat.* Alexander Severus Imp. poſt meridianas horas ſubſcriptioni, & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita & ab epiſtolis, & libellis, & a memoria ſemper exiſterent, relegentibus cuncta *librariis* & iis, qui ſcrinium gerebant. Lamprid. *in vit. Alex. Sever. c.* 31.

Videntur tamen *& librarii* dicti, qui conglutinandis, compingendiſque membranis, libriſque operam dabant eam, quæ deſcribitur *l.* 43. §. 5. *D. de legat.* 3. Talis ſane fuit ſtructor librarius, ſi ibi recte legit Reineſ. *Claſſ. XI. Inſcr.* 123. *p.* 650. Idem eadem *Claſſ. XI. Inſcr.* 113. edidit aliud vetus monimentum, ex quo intelligimus et ancillas ei ſive ſcribendorum, ſive compingendorum librorum operæ adhiberi conſueviſſe. Laudatur enim ibi Metia Junia *Libraria.* Hein.

Librarii & in caſtris fuerunt, ut & Veget. *lib.* 2. *de milit. c.* 7. docet, qui rationes ad milites pertinentes in libros & commentarios referebant. Hinc *Librarii caducorum, depoſitorum, & horreorum* inter miniſteria militaria recenſentur in *l. ult. D. de jur. immun.*

Librarii caducorum, qui caduca legionum, quorum *l* 4. §. 17. *D. de fideic. libert.* fit mentio, in libros referebant, ut idem Veget. *lib.* 2. *c.* 20. comprobat. Sueton. *in Domit. c.* 7. Geminari legionum caſtra prohibuit, nec pluſ quam mille numos a quoquam in ſigna deponi, quod L. Antonini apud duarum legionum hibernares novas moliens, fiduciam cepiſſe etiam ex depoſitorum ſumma videbatur. *Librarii horreorum* iidem cum illis, qui in antiquo lapide ad pellantur a *rationibus miſtzaris frumenti*, id eſt, qui ſpecierum fiſcalium, & annonariarum, in horreis conditarum, rationes adminiſtrabant *l.* 6. *C. de ſuſpect. præpoſ. & arc.*

Librarii etiam inter decuriales urbis Romæ ponuntur ab Imperatoribus *l.* 1. *C. Th. de decur. urb. Rom.* aut certe inter ordines decurionum, quando ſcribis adjunguntur *l.* 1. *eod. C. de lucr. officior.*

LIBRATOR aquæ *l.* 1. *C. de excuſ. artif.* eſt, qui ut in *l. ult. C. eod. tit.* ſcribitur, aquarum inventos ductus & modos docili libratione oſtendit. Quod vocabulum uſurpant Trajanus, & Plinius *lib.* 10. *epiſt.* 69. 70. & Frontin. *lib.* 2. *de aquæduct.* Ceterum in *d. l.* 1. *C. de excuſ. artif.* quid manus Triboniani præſtiterit, intelliget, qui eam cum illa, quæ ſub eodem titulo Codicis Theodoſiani legitur, contulerit.

LIBRIPENS adpellatur, qui in mancipationibus *ſtateram tenebat*, ut eſt hodie apud Caium ſcriptum *lib.* 1. *Inſt. tit.* 6. §. 3. quem tamen auctorem ſcripſiſſe probabile eſt, *qui libram æneam tenebat.* Sic enim Boeth. *in Topic. Ciceron. lib.* 3. & Priſcianus *lib.* 6. Caii verba de nexu faciendo referentes ſcriptum habent. Mancipationem utique factam certis verbis, *libripende* & quinque teſtibus præſentibus, Ulpian. *tit.* 20. §. 1. tradit. Plin. *lib.* 33. *c.* 13. Et militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ penſatores, *libripendes* dicuntur. Qua conſuetudine in his emtionibus, quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Tertull. *adverſ. Marcian. lib.* 2. *c.* 6. *Adſcripta eſt illi quaſi libripens emancipati a Deo boni libertas, & poteſtas.* Sed & in teſtamento, quod per æs & libram, id eſt, per imaginariam mancipationem fiebat, *libripens* adhibebatur, ut idem Ulpianus docet *tit.* 20. §. 1. Juſtinianus §. 1. *Inſt. de teſtam. ordin.* & Quinctilian. *Declam.* 308. In antiquo quodam vocabulario ſcriptum eſt: *Libripens* dicitur libram tenens, quod de ejus manibus pendeat libra, vel libram pendentem ſuſtineat.

LICENS pro *licitum* in *l.* 4. *C. Th. de epiſc.* quod tamquam parum latinum corrige ex *l.* 1. *C. Juſtin. de SS. Eccleſ.* ubi *licitum* legitur.

LICENTER. Si quis citra noſtræ adnotationis indultum id *licenter* exegerit, ſeveriſſimæ ſubjaceat ultioni *l.* 29. *C. Th. de curſ. publ.* id eſt, temerario auſu.

LICENTIA pro facultate, vel poteſtate aliquid faciendi. Sic *licentia* eſt, ad noxalem cauſſam tranſire *l.* 4. §. 3. *D. de noxal. act. Licentiam* dare *l.* 1. *D. de lib. cauſſ.* denegare *l.* 3. *D. quib. ad libert.* habere *l.* 33. *D. de legat.* 1. *Licentia* patet *l.* 8. *C. ne pro dot. mul.* permittitur *l.* 5. *C. de rei vind. Licentia* poteſtatis *l.* 2. *C. commun. de ſucceſſ.* teſtandi *l.* 8. *C. qui teſt. fac. poſſ.*

Plerumque tamen in deteriorem partem accipitur pro temerario auſu, ut in *l.* 21. *C. ad leg. jul. de adult. l.* 17. *C. de accuſ. l.* 5. *C. Theod. eod. tit. l.* 9. *C. de vectigal. & commiſſ.*

LICERE, ut Cicero *Philipp.* 13. *c.* 6. exponit, dicimus, quod legibus, quod more majorum, inſtitutiſque conceditur. Neque enim quod quiſque poteſt, id & *licet:* nec ſi non obſtatur, propterea permittitur. Sic in Edicto Prætoris, *ex quibus cauſſis major.* quod ejus per leges, plebiſcita, SCa, edicta, decretaque principum *licebit l.* 1. *in fin. l.* 28. §. 2. *D. dicto tit.* Add. *l.* 7. §. 14. *D. de pact. l.* 7. §. *ult. D. quod met. cauſſ.*

Quum vero quædam permittant leges, (hoc eſt impune fieri ſinant) quæ virtuti & honeſtati non uſquequaque conveniunt, aliquando quod *licet* ei opponitur, quo *honeſtum* vel *utile* eſt. Non enim omne, quod licet, honeſtum eſt *l.* 144. *D. de reg. jur.* Semper in conjunctionibus non ſolum quid *liceat*, conſiderandum eſt, ſed & quid *honeſtum* ſit *l.* 42. *D. de tit. nupt. l.* 187. *D.*

de reg. jur. Cic. *pro Balbo c.* 13. Est aliquid quod non oporteat, tametsi *liceat*. Quidquid vero non *licet*, certe non oportet. B. Ambros. *lib.* 8. *epist.* 66. Quam multa sunt, quæ licet facere, sed non expediunt. Paull. Apost. 1. *ad Cor. VI. v.* 12.

Non debet cui plus *licet*, quod minus est, non licere *l.* 21. *D. de reg. jur.*

Licet, pro facile, vel in proclivi est *l.* 1. §. *ult. D. de just. & jur.*

LICERI est ad pretium aliquid adjicere *l.* 27. *D. famil. erciſc. l.* 7. §. 8. *D. de minor. Licendo* superare *l.* 7. §. 13. *D. commun. divid.*

LICINIUS vel *Licinnius*, nomen gentile. Sic memorantur *Licinnia* Gracchi uxor *l.* 66. *D. solut. matrim. Licinnius* Locusta, juris studiosus, qui Proculum per litteras consulit *l.* 48. *D. de legat.* 2. Licinnius Rufinus Jurisconsultus, scripsit libros *regularum*, ex quorum decimo tertio sumta dicitur *l.* 34. *D. de re judic.* quamvis in Florentino indice soli duodecim ejus argumenti libri referantur. Hunc eum ipsum esse, qui Paullum per litteras consulit *leg.* 4. *D. quib. ad libert. procl.* est verisimile. *Licinium* hunc Christianum fuisse scribit Cujac. *lib.* 7. *obs. c.* 2. sed nullo addito argumento, ut inquit Menag. *Amoen. jur. civ. cap.* 7. Et sane, quod idem Cujacius *lib.* 13. *obs. c.* 10. & 16. itemque *lib.* 21. *c.* 18. Rufinum hunc auctorem facit libri, quo Leges Mosaicæ & Romanæ conferuntur, vel ex eo refellitur, quod in collationibus istis laudantur constitutiones ex Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano depromtæ, quos Codices Licinnius Rufinus, Julii Paulli æqualis, per ætatem videre, & legere non potuit. Marqu. Freher. *lib.* 1. *parerg. c.* 5.

LICINII etiam tyranni mentio fit in *l.* 1. *C. Theod. de infirm. his, quæ sub tyran.* & apud Eutrop. *lib.* 10. *c.* 3. *seq.* Eum non minus Christianæ religioni, quam Constantino bellum indixisse, narrant Euseb. *lib.* 10. *hist. eccles. c.* 8. & Socrat. *lib.* 1. *hist. eccles. cap.* 2. & auctor συγχρονος Lactantius *de mort. persequut. c.* 48. *seq.*

LICINNIA lege ei, qui judicii communi dividundo evitandi caussa alienaverit, interdicitur, ne communi dividundo judicio experiatur *l. ult. D. de alienat. jud. mut. causs.*

LICITARI, ut vetus Glossarium ait, dicitur, qui vel emendo, vel conducendo rem aliquam, vel aliquid ad negotiandum plus offerendo contendit impetrare, vel, ut Festus, *licitari* in mercando, sive pugnando contendentes. Ac plane apud veteres *licitari congredi* & *pugnare* esse exemplis Non. Marcellus comprobat. Calor *licitantis l.* 8. *D. de publican. & vectig.* licitando vincere *l.* 9. *D. eod. tit. l.* 6. *D. famil. erciſc.* Hinc

LICITATIO *l.* 7. §. 8. *D. de minor.* Per *licitationem* rem accipere *l. ult. D. de alien. jud. mut.*

LICITE vel *licito l.* 1. *D. ut nem. priv. l. ult. C. Th. de superexact.*

LICIUM. De furto *Licio* & *lance* concepto supra dictum est sub art. *conceptum.* Hic addenda hæc Heineccii verba. De eo, ait, quid huc usque disputarint viri docti, & noviſſime Joannes van de Water *lib.* 2. *observ. cap.* 1. & Jo. Abr. Wieling. singulari, ac polito libello *de furt. per lanc. & lic.* alio loco exposuimus. Me ne nunc quidem poenitet sententiæ in *Antiqu. Rom. lib.* 4. *tit.* 1. olim pro-

propositæ. Festus, cujus locum & Brissonius sub voce *Lanx* tamquam hunc ritum unice illustrantem commendat, diserte ait, eum, qui furtum quæsitum ierit in domo aliena, licio cinctum intrasse, lancemque ante oculos tenuisse propter matrum familias, aut virginum præsentiam. Multa hic moventur in contrarium, sed quæ sua sponte cadunt, si ponas, nudis incedendum fuisse iis, qui furtum conceptum irent. Quod Athenis esse factum docet Scholiastes Aristophanis. Jam enim patet, cur Licio opus fuerit, puta ut eo verendas corporis partes tegerent, quemadmodum Athenis χιτωνα hunc in finem adhibebant. Nec minus intelligis, cur *lancem* ante oculos tenuerint, puta ne a matribus familias, vel virginibus dignoscerentur. Nec jam difficilis quæstio, qua ratione rem furtivam investigare potuerit is, cui visus tam arcte fuerit obstrictus? Lance enim etiam pertusa, id est, larva pudori consulere potuerunt, nec ea tum impedimento fuit, rem etiam minutissimam quærentibus. Fatemur tamen, abolito hoc concipiendi ritu, ejus tantum umbram aliquam mansisse, & superfuisse quidem *lancis* & *licii* usum, sed plane alium, & a vetere illo diversissimum. Qui enim furtum ibant conceptum, impetratis servis publicis, licio cinctis, ut publica auctoritate venire intelligerentur, *lance* præferebant *supertov*, uti post Pithoeum *lib.* 1. *adv. c.* 2. jam alii recte ostenderunt. Nec alium ritum in mente habuit Petronius Arbiter in *Satyr. c.* 97. Quamvis enim non rem furtivam, sed fugitivum, vel erronem queri, monent Pet. Burmannus, attamen & fugitivum furtum sui ipsius facere, jura nostra docent, neque adeo mirum est, illum eodem ritu investigatum esse, quo solitæ sunt res furtivæ. Ceterum *Licium* fuisse cingulum, vel zonam diversicolorem, (unde *vestem discoloriam* vocavit Petronius,) quo transverso lictores, & quicumque magistratibus adparebant, præcingerentur, idque & *limum* dictum esse, ex Gell. *lib.* 12. *c.* 13. aliisque veterum testimoniis ostendit Petr. Pithoeus *lib.* 1. *adversar. c.* 1. Hinc *adparitores, & limo cincti tribunalis ejus* in marmore apud Reines. *Class.* 6. *inscr.* 44. Hein.

Lictor *l.* 8. *l.* 25. *D. de manumiss.* Festus lictores dictos esse ait, quod fasces virgarum ligatos ferunt. Non. Marcellus: *Lictoris* proprietatem a *ligando* dictam, vetustas putat, ita enim carnificis officio antiquitus fungebantur. Marcus Tullius *pro Caio Rabirio*: *lictor*, inquit, colliga manus. Add. Gell. *lib.* 12. *c.* 13.

Lictoria Consularis *l.* 1. *C. Th. de lucr. officior.* pro lictorum consularium officio ponitur.

Ligarl. Ligatæ tabulæ testamenti lino *l.* 1. §. 20. *D. de bon. possess. secund. tab.*

Lignarii fabri *l.* 235. *D. de verb. signif.* Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 50. ubi tamen Cujacius, & alii ediderunt *tignarii*. Vid. Schulting. *Jurisp. vet. antejust. p.* 367. Hein.

Ligneæ tabulæ *l.* 1. *D. de bon. possess. sec. tab.* Justinus *lib.* 21. *c.* 6. Tabellis ligneis de super vacua certa obducta.

Lignum. Ejus adpellatio nomen generale est, sed sic separatur, ut sit aliquid *materia* aliquid *lignum Materia* est, quæ ad ædificandum, fulciendum necessaria est, *Lignum* quidquid comburendi caussa paratum est *l.* 55. *D. de legat.* 3. Quod eodem loco fusius exponitur. Itaque satius est in *l.* 12. *C. de excus. mun.* sic disjunctim legi *materiam*,

riam, *lignum*, *tabulata*, ut etiamnum in *l.* 15. *C. Th. de extraord. mun.* legitur, quam ut vulgo in Codice Justinianeo scriptum est, *materiam lignorum*. Nam illam lectionem & *l.* 18. *C. Th. de extraord. mun.* comprobat. Hinc pali & perticæ in numero materiæ redigendi sunt, & ideo *lignorum* adpellatione non continentur *l.* 56. *D. de legat.* 3. *l.* 108. *D. de verb. signif. Ligna* cocta ne fumum faciant.

Lignum pro tabulis apud Juvenal. *Satyr. ult.* & Propert. *lib.* 3. *eleg.* 21. Unde bonorum possessio contra tabulas, vulgo *contra lignum* dari, dicebatur *l.* 19. *D. de bon. possess. contr. tab.*

Ligusticum *l.* 5. *D. de pen. leg.* olus esse Isidorus *lib.* 17. *c. ult.* scribit, odore aromatico, & gustu acre, quod a regione sua nomen accepit. Nascitur enim plurimum in Liguriæ montibus, ut Plinius *lib.* 19. *c.* 8. tradit. Columella *lib.* 12. *de re rust. c. ult. Ligustici* unciam passæ uvæ, detractis vinaceis, sextantem.

Limare. Quæ tuæ cognitionis *limavit* examen *l.* 32. *C. Theod. de navicul.*

Limen, ut Siculus Flaccus *de condit. agror. p.* 15. introitus exitusque locis præstant. Sic *limina* palatii nostri *l.* 34. *C. Th. de adpellat.*

Sed & tota domus aliquando *liminum* nomine venit. Nullus aruspex *limen* alterius accedat *l.* 3. *C. Justin. l.* 1. *C. Theod. de malef. & mathem.* id est, domum alterius, ut *ibid.* Ut adeo non opus fit existimare cum Alberic. Gentili *ad d. l.* 3. *C.* ideo mentionem speciatim fieri *liminis*, quod in liminibus januarum multa hujusmodi maleficia committantur.

Limina porro sicut in domibus finem quemdam faciunt, sic & imperii finem *limen* esse veteres voluerunt §. 3. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Sunt qui hic erroris arguunt Justinianum, & *limites*, non *limina* Imperii dici posse contendunt, quum utriusque vocabuli diversa sit origo, & *limes* a limo, *limen* a liendo, id est, lævigando dicatur, quod introitu & egressu teratur, & veluti levigetur. Claud. Salmas. *obs. ad jus Attic. & Rom. c.* 26. *p.* 568. *seq.* At non deesse exempla hujus notionis apud veteres vel unus probat locus Virgilii *lib.* 11. *v.* 267. Conjugis infandæ prima inter limina oppetit. Ubi Servius: *In ipso limine imperii id est, in littore, quia secundum Homerum Clytemnestra Agamemnoni occurrit ad littus.* Hein. Vide *limes*.

Limen pro omni ingressu, teste Nonio Marcello, ponitur, & hinc pro introitu etiam & primordio cujusque negotii usurpatur. Sic in ipso *limine* contractus *l.* 24. *C. de evict. Limine* judiciorum expelli *l. ult. C. sent. rest. non poss.* In *limine* litis *l.* 1. *C. de satisd.*

Limenarchæ In municipiis creari solebant partuum custodiæ caussa. Meminit eorum *l.* 3. *D. de serv. fugit. l. ult.* §. 10. *D. de mun. & honor. l.* 38. *C. de liberal. causs.* De his in primis videndus Reines. *lib.* 3. *variar. lect. c.* 19. *& ad Class.* 1. *Inscr.* 204. Alias λιμενοφυλακες dicti sunt. *Hein.*

Limes dictus est, quasi finis quidam, & terminus §. 3. *Inst. quib. mod. jus patr. pot.* & *limites* a liminibus vocabula acceperunt judice Siculo Flacco *de condit. agror. p.* 15. Quemadmodum enim limina introitus exitusque locis præstant, similiter introitus & exitus, qui in agris divisis & adsignatis semper pervii esse debent tam itineribus, quam mensuris agendis, *limites* adpellan-

tur. Hy
constit. p.
latos a *lim*
est, transv
10. Limit
nunc vias
scribit. Der
servationem
ra manuum
Aggeno Urb
tin. p. 46.
dor. *lib.* 15.
pellati anti
Nam transv
ma dicebant
stiorum, pe
iter, & *lim*
ras in agro
Virgil. Eclog
ait, est agr
Georg. 1. *v.*
quidem, aut
pum Fas era
tamorph. v.
longo signavi
lib. 2. *fastor.*
quem ut di
venal. *Satyr.*
effodit medio
Duos aurem
rum limites,
& *decumanus*
Isidorus *lib.*
Flaccum *de c*
Hygin. *de lim*
p. 215. tradu
a septentrione
gitur, ita ac
cardine caeli
trionali axe n
Decumanus v
occidentem pe
gitur, qui e
numeri faciat
catus. Plin. *l*
vato solis ortu
die, stantibus
sic ut ortum e
beant, contra
ridiem, a ver
qui ita limes

lantur. Hyginus vero *de limitib. conſtit. p.* 151. Limites ait adpellatos a *limo*, antiquo verbo, id eſt, tranſverſos. Unde Feſtus *lib.* 10. Limites nunc terminos, nunc vias tranſverſas ſignificare ſcribit. Denique quidquid ad obſervationem finium in agro, opera manuum, factum eſt, auctore Aggeno Urbico *Comment. in Frontin. p.* 46. *limes* adpellatur. Iſidor. *lib.* 15. *c.* 14. *Limites* adpellati antiquo verbo tranſverſi. Nam tranſverſa omnia antiqui *lima* dicebant, a quo & *limina* oſtiorum, per quas foris, & intus iter, & *limites*, quod per eos foras in agros eatur. Servius *in Virgil. Eclog.* 1. *v.* 54. *Limes*, ait, eſt agri terminus. Virgil. *Georg.* 1. *v.* 136. Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum Fas erat. Ovid. *lib.* 1. *Metamorph. v.* 130. Cautus humum longo ſignavit *limite* menſor. Idem *lib.* 2. *faſtor. Limes* erat poſitus, quem ut diſcerneret agris. Juvenal. *Satyr.* 8. *v.* 38. Aut ſacrum effodit medio de *limite* ſaxum. Duos aurem fuiſſe maximos agrorum limites, *cardinem* videlicet, & *decumanum*, Feſtus *lib.* 4. & Iſidorus *lib.* 15. *c.* 4. poſt Sicul. Flaccum *de condit. agror. p.* 19. Hygin. *de limit. p.* 150. & alias *p.* 215. tradunt, Et *cardo* quidem a ſeptentrione in meridiem dirigitur, ita adpellatus, quod a cardine caeli ſit. Nam in ſeptentrionali axe nobis cælum vertitur. Decumanus vero ab oriente in occidentem per tranſverſum dirigitur, qui ex eo, quod denarii numeri faciat, decumanus eſt vocatus. Plin. *lib.* 18. *c.* 33. Obſervato ſolis ortu, quocumque libet die, ſtantibus hora diei ſexta, ſic ut ortum eum a ſiniſtra habeant, contra mediam faciem meridiem, a vertice ſeptentrio erit, qui ita limes per agrum currit *cardo* adpellatur. Idem *ejuſd. lib. c.* 34. Diximus, ut in media linea deſignaretur umbilicus; per hunc medium tranſverſa currat alia, hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem & *limes*, qui ita ſecabit agrum, *decumanus* vocabitur.

Limites etiam Romani imperii fines dicuntur *l.* 5. *C. de annon.* Unde Illyricum, Aegyptiacum, Raeticum *limites* legimus *l.* 1. *C. quib. muner. aut præſt. l.* 13. *C. de advoc. diverſ. jud. l.* 13. *C. de excuſ. mun.* Hoc amplius & Thracicum, Orientalem, Ponticum, Thebaicum, Lybicum, *Limitem* invenies *in Novell. Th. & Valent. de ambitu & loc. limitan.* Fit & apud Marianum *in Notitia* mentio *limitis* Mauritaniæ Cæſarienſis, Tripolitani, Pannoniæ, primæ, Norici Ripenſis, Pannoniæ ſecundæ, Valeriæ Ripenſis, Ratiæ primæ & ſecundæ, Sequanicæ, Germaniæ primæ, Britanniæ, Moguntiacenſis.

LIMITANEI milites, qui in limitibus excubabant, eorumque defenſioni navabant operam *l. ult. C. de offic. milit. jud. l.* 3. *C. de fund. limitroph.* & apud Spartian. in *Peſcenn. Nigr. c.* 7. Extra comitatenſes milites per caſtra limitis *limitanei* conſtituantur qui poſſint & caſtra, & civitates limitis defendere, & terras colere *l.* 2. §. 8. *C. de offic. præf. præt. Afr.* Qui locus, ut hic Briſſon. retulit, ex ſcriptis codicibus reſtituendus eſt. Unde & vetus Gloſſarium: Limitanei ſunt, qui conſtituti ſunt, ut intus caſtra, & civitates, & limites defendant, & terram colant. Lamprid. in Alex. Severo *c.* 58. Sola, quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus, & militibus donavit, ita ut eorum ita eſſent, ſi heredes illorum militarent, nec umquam ad privatos pertinerent, dicens, atten-

attentius eos militaturos, si sua rura defenderent. Suidas in λιμιταναιοι *Tom. 2. p.* 448. Οι Ρωμαιων βασιλεις εν τοις ανω χρονοις πανταχοσε των της πολιτειας εγατιων παμπολυ κατεστησαντο στρατιωτων πληθος, επι φυλακη των οριων της των Ρωμαιων αρχης, και κατα την Εωαν μαλιστα μοιραν, ταυτη τας εφοδους των Περσων τε και Σαρρακηνων αναστελλοντες, ωσπερ λιμιταναιους εκαλουν. Romanorum Imperatores olim in extremis ditionis suæ partibus ingentem militum multitudinem constituere solebant, ad tuendos imperii Romani fines, & præcipue in parte orientali, ut ab ea incursionem Persarum, & Sarracenorum reprimerent, quos *limitaneos* vocabant. Vid. art. *Limitrophi agri.*

Hujusmodi *limitaneis* militibus attributi agri *limitanei* vocantur *l.* 3. *&* *rubr. C. de fund. limitr.*

Limitatus, *a*, *Limitata* actio *l.* 1. *C. Theod. de judic.* id est terminata, finita.

Limitati agri *l.* 1. §. 6. *D. de fluminib. l.* 16. *D. de adquir. rer. domin.* qui in eorum divisione propriis limitibus circumscripti sunt. Festus Pompeius: *Limitatus* ager, in centurias divisus. Frontin. *de limit. agror. p.* 38. *Limitatus* ager decumanus & cardinibus continetur. Vid. supra *Limes*: Horat. *lib.* 2. *sat.* 2. *metatum* adpellat, quum ait: Videas metato in agello Cum pecore & natis fortem mercede colonum. Ubi interpres: *Metato, ait, ad mensuram diviso, & limitibus distincto, cum milite Augusto.* Agrum autem manu captum *limitatum* fuisse, ut sciretur, quod cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset Florentinus in *d. l.* 16. *D. de adquir. rer. dom.*

Limitrophi agri, [qui in finibus sunt, & in limitibus imperii, limitaneisque militibus adsignati *tit. utriusq. Codicis de fund. limitroph.* Hi fundi, qui *& limitanei*, & κτηματα στρατιωτικα, seu *prædia militaria* adpellantur in Novella Constantini Porphyrogennetæ apud Cujac. in *lib.* 5. *feud.* vel ideo notari merentur, quod ad illos feudorum origines referre quibusdam placuit, veluti Franc. Sonsbeckio *Comment. ad usus feud. part.* 1. *n.* 32. *seq.* Isaaco Casaubono *ad Lamprid. Alex. Sev. c.* 58. Jac. Gothofredo in *l.* 1. *C. Th. de terr. limitan.* Hert. *de feud. oblat. Part.* 1. §. 2. *&*, qui singulari dissertatione P. 1. *Gundlingianorum* eam sententiam defendere conatus est, Nic. Hier. Gundling. *Hein.*

Linea apud antiquos funiculum significat, a genere, ut ait Isidor. *lib.* 19. *c.* 18. quod ex lino fieret. Hinc sæpe pro perpendiculo accipitur. Vitruv. *lib.* 2. *c. ult.* Ab oculo duæ lineæ si fuerint extensæ, & una tetigerit unam operis partem, altera summam, ea quæ summam tetigerit, longior fiet. In quam sententiam aliis quoque locis hoc verbo idem ille auctor usus est. Martial. *lib.* 3. *epigr* 75. Eremulove captum Linea trahit piscem. Gratius *de venat. v.* 27. Illa operam patiens, illa usus linea longi. Et sic accipimus illa: Velut *linea* in directam per insulam transducta *l.* 29. *D. de adquir. rer. dom.* Linea margaritarum *l.* 26. *D. ad leg. falcid.* Eaque est *linea divet* apud Martial. *lib.* 8. *epigr.* 77.

Sed & personarum cognatione junctarum series *linea* dicitur. Stemmata enim earum in duas *lineas* separantur, quarum altera *superior*, altera *inferior*. Ex *superiore* autem & secundo gradu *transversæ lineæ* pendent *l.* 10.

D.

D. de grad. & adfin. Hinc linea ascendens & descendens *l.* 2. *C. de legit. hered.* materna & paterna *l.* 10. *C. de secund. nupt.*

Linea etiam fuit locus in circo, ubi spectatores sedebant, de quo varie viri docti. Mentionem ejus facit Ovid. *Amor. lib.* 3. & 2. *v.* 19. *seq.* & *de arte amandi* 1. *v.* 141. *seq.* & hoc sensu *lineam* pro *vinea* in *l.* 20. *D. de in jus voc.* rescribendum, existimat Bynkersh. 7. *obs.* 3. *Hein.*

LINEUS, *a, um*, *Linea* vestimenta *l.* 23. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

LINGUA abscissa *l.* 8. *D. de Aedil. edict.* Justinianus in *l.* 1. *C. de offic. præf. præt. Afr.* barbaram Vandalorum crudelitatem exagitans: Vidimus, inquit, venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis poenas suas mirabiliter loquebantur. Est hæc insignis, & ut Evagrius *lib.* 4. *Hist. eccles. c.* 14. loquitur μνημης ες αει διασωζομενης αξια *sempiterna hominum memoria dignissima historia*, quippe quæ non solum magni principis, qui se αυτοκτην fatetur, sed & aliorum, & maxime ipsius Procopii, Christianis alioquin parum æqui, auctoritate nititur. Et Procopii quidem testimonium ita exprimit Evagrius, ubi de his elinguatis agit: Τετυς και τα θεια παραλαβειν ο Προκοπιος εφη, προς την βασιλεως γενεμενοις πολιν αυτοσε διαβαντας, εντυχειν τε αυτοις, ισα τοις μηδεν πεπονθοσι φθογγομενοις, και τας μεν γλωσσας εξ αυτης τυθμενος αγακεκαρθαι την δε φωνην αυτις εναρθρον ειναι, και ευσημα διαλεγεσθαι θαυμα καινον τε και παραδοξον. Hos ab se visos esse testatur Procopius, quum profugi venissent Constantinopolin, seque illos perinde loquentes audivisse, ac si nihil passi essent. Et linguas quidem illis radicitus excisas fuisse, vocem tamen eos articulatam habuisse, ac distincte loquutos esse, novo atque inusitato miraculo. Addit Evagrius, Confessorum istorum mentionem fieri *ev Ιστινῳ διαταξει in Justini Constitutione*, sed memoria lapsus, Justinum pro Justiniano nominavit. Est enim hæc ipsa Justiniani constitutio in *l.* 1. *pr. C. de offic. præf. præt. Afr.* Denique ejusdem Procopii fide narrat, *duos ex his confessoribus, cum mulieribus commixtos vocem penitus amisisse, martyrii gratia penitus ab illis recedente.* Jungimus superioribus, Justiniano nimirum & Procopio tertium testem, itidem συγχρονον και αυτοπτην Marcellinum Comitem in Chronico Indict. VII. Theodorico & Venantio Coss. apud Scalig. in *Thesaur. temp. p.* 43. Denique ait ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros, præcisis linguis, manibus truncatis apud Byzantium integra voce confpexi loquentes. Sed & Victor Turonensis *in Chron. Zenone Aug. III. Cons.* apud eumdem Scalig. *p.* 4. Hunericus Vandalorum rex confessoribus linguas abscidit. Quos confessores, quod linguis abscissis perfecte finem adusque loquuti sunt, urbs regia attestatur, ubi eorum corpora jacent. Meminit eorumdem confessorum, elingulum quidem, & tamen recte loquentium Victor Vitensis *de persequut. Vandalorum*, ut vix videarur ullum prodigium plurium scriptorum coævorum, & oculatorum testium auctoritate firmatum, quam hoc ipsum, de quo & legi meretur Jo. Andr. Schmiedtii dissertatio *de elinguatis mysterium SS. Trinitatis celebrantibus* Hein.

Delatoribus amputata radicitus invidiæ lingua vellatur *l.* 2. *C. Theod. de petit. & ultr. dat.*

Lingua pro sermone. Fideicommissa quocumque sermone relinqui

qui possunt, non solum latina lingua, vel Græca, sed etiam Punica, vel Gallicana vel alterius cujuscumque gentis *l.* 11. *D. de legat* 3.

LINIFARIUS *l.* 13. *C. de murileg.* id est, linifex, qui & λινοποιος.

LINIFICIUM in Mariani notitia sunt textrinæ lineæ vestes, uti vocantur in *l.* 16. *C. Theod. de murileg.* In illa utique Notitia *procuratores linificiorum* sub dispositione *Comitis sacrarum largitionum* in partibus occidentis recensentur *procuratores linificii* (seu, ut quidam Codices veteres habent, linifi) *Viennensis Galliarum, & Ravennatium Italiæ.*

LINTEAMEN *l.* 8. *C. Th. de curs. publ.*

LINTEARIUS *l.* 1. §. 15. *D. de trib. act. l.* 13. *C. de murileg.* Linteariorum corpus *l.* 16. *C. Theod. de murileg. l.* 7. *C. de excus. mun.*

LINTEO *l.* 8. *C. Theod. de murileg. l.* 13. *C. Th. de navicular.* qui & opifex *linteæ*, id est, lino contextæ, *vestis* adpellatur in *l.* 6. *C. Th. de murileg.* Eodemque modo *linteones* interpretari convenit *l.* 7. *C. de excus. mun.* & apud Spartian. in *Alex. c.* 24. Jul. Firmic. *lib.* 2. *mathem.* Serv. *in Virgil. Æn. lib.* 7. *v.* 14. ad verba: *Arguto tenues percurrens pectine telas.* Percurrens, inquit, aut manu, aut ictu pectinis, uti videmus, aut, quia apud majores stantes texebant, ut hodie linteones videmus.

LINTER & *Lintrarius*, vid. infra in *Lintrarius.*

LINTEUM, linum. Linteo involutæ tabulæ *l.* 22. §. *ult. D. qui test. fac.* Vid. *linum* de *linteis*, quibus vehicula internuntur *l.* 5. *D. de suppell. leg.*

LINTEUS, *a*, *um*. Lintei magistratuum libri Liv. *lib.* 4. *c.* 20. Plin. *lib.* 13. *c.* 11. Vopisc. in *Aureliano c.* 1. Linteis mappis scripta Lex *l.* 1. *C. Theod. de aliment. quæ inop.* Linteæ vestis magistri *l.* 14. *C. de murileg.* Opifices vestis linteæ contexendæ *l.* 6. *C. Th. eod. tit.*

LINUM. Eo legato tam factum, quam infectum continetur, quodque netum, quodque in tela est, quodque nondum est detextum. Tinctum plane non continetur *l.* 70. §. 11. *D. de legat.* 3.

Linum pro funiculo lineo, quo trajici, circumdici, & ligari tabulæ testamenti solebant, ut Suetonius *in Ner. c.* 17. tradit. Si ter forte, vel quater linum esset circumductum *l.* 1. §. *ult. D. de bon. possess. sec. tab.* Add. §. 3. *Inst. de pupill. subst. l.* 3. §. 23. *D. de SC. Silan. l.* 8. §. 1. *D. de liberat. leg.* De modo signandi, lignandique tabulas acris fuit controversia inter Desiderium Heraldum, & Claud. Salmasium, quorum ille sententiam suam in Animadversionibus ad jus Romanum & Atticum, hic in libello de subscribendis signandis testamentis, item de antiquorum & hodiernorum sigillorum differentia contra Desid. Herald. Lugd. Bat. 1653. *Hein.*

LIPPITUDO *l.* 4. §. *ult. D. de Ædil. edict.* oculorum ex stillis adsidue manantibus, lacrymisque exsudantibus sordes. Græci λιμμην, nec non οφθαλμιαν vocant. Quidam ex Galeni *comment. lib.* 3. περι αρθρων, morbum hunc vitiumve oculorum, definiunt esse pituitam crassiorem, & semicoctam, circa oculos concrescentem propter infirmitatem membranarum. Alii definiunt esse inflammationem membranæ caryatidis, (id est, tunicæ oculi secundæ, quam επιπεφυκοτα Græci adpellant, proxime subjecta est.

LIQUAMEN, quod & *garum*, pti

uti & Græci interpretantur in *l.* 1. *C. quæ res export. non deb.* Vid. supra *garum.*

LIQUENTIA, cujus mentio est in *l.* 2. *C. Theod. ne oper. a conlat. exig.* hodie *Livenza*, fluvius in regione Italiæ, Venetia, fuit. Plin. *lib.* 3. *c.* 18. Sequitur decima regio Italiæ, Adriatico mari apposita, Venetia, cujus fluvius Silis ex montibus Taurisanis. Oppidum Altinum, flumen *Liquentia* ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine &c. Licenna corrupte in itinerario Peutingeriano. Virg. 9. *Æn. v.* 679. *seq.* Qualis æriæ liquentia flumina circum Sine Padi ripis, &c. & ibi Servius. Plura vide in Jacob. Gothofredi *Commentar. ad d. l.* 2. *C. Theod.*

LIQUET, ait Donat. *in Eunuch. Act.* 2. *sc.* 3. *significat liquidum est: & est verbum juris, quo utebantur judices, quum amplius pronunciabant, ob curita commoti causæ magis, quam negotii simplicitate.* Solebant enim judices in re dubia, & ubi partium jura ambigua, aut obscura erant, ita se judicandi necessitate expedire, ut pronunciarent, *sibi non liquere*, hoc est, ut Ascon. Pædian. *in Verr.* 1. explicat, obscuram causam esse. Qua de re vid. Brisson. *lib.* 5. *formul. c.* 214. Si uni ex pluribus judicibus de re non liquet *l.* 36. *D. de re judic.*

LIQUIDO, evidenter, manifesto. *Liquido* adparet *l.* 1. §. 5. *D. quar. rer. act.* adprobatur *l.* 75. *D. de judic.* compertum *l.* 14. *D. de offic. judic.* constat *l.* 4. *D. si quis omiss. caus. Liquido* jurare, id est, vere, ut loquitur Cic. *lib.* 5. *ad famil. epist.* 2. Docere *liquido* se juraſſe *l.* 18. *D. de jurejur.* Eodem modo apud Terent. Chæreæ verba hæc in Eunuch. *Act.* 2. *sc.* 3. *Liquet. mihi deierare*, ita interpretatur Donatus. Hoc verissimum jusjurandum dare possum. Seneca *lib.* 7. *de benef. c.* 9. Quibus sumtis, mulier parum *liquido* nudam se non esse, jurabit. Auson. *Epist.* ad Paullinum, *liquido* adjurare possum, nullum tibi ad poeticam facundiam Romanæ juventutis æquari posse. Ovid. *lib.* 4. *ex Ponto. Eleg.* 6. Te quoque *liquido* possum jurare precari. Et *lib.* 3. *ex Ponto Eleg.* 3. suis tamen, & *liquido* juratus dicere posses: Non me legitimos sollicitare toros. *Liquido* negare dixit Cic. *lib.* 11. *ad famil. epist.* 27. Liquido probare *l. ult. D. de jurejur.*

LIQUIDUM pro certo & manifesto. Ad *liquidum* diem, & Consulem exquirere *l.* 2. §. 7. *D. de aqu. & aqu. pluv.* quod explicat *l.* 28. *D. de probat.* Vellei. Paterc. *lib.* 1. *c.* 16. Neque mihi temperare, quin rem sæpe agitatam animo meo, usque ad *liquidum* ratione perductum signem stilo.

Liquidæ probationes *l.* 2. *C. qui testam. fac. l.* 3. *C. de peric. tut.*

LIS rem in judicium deductam significat. Varro *de ling. lat. Res, quæ in controversia est, lis dicitur. Ideo in actionibus videmus dici: Quam rem, sive litem.* Atque eo nomine Cicero pro Muræna *c.* 12. ridet Jurisconsultos, *quod ambigerent, rem, an litem dici oporteret*, quæ & ideo disjunguntur in *l.* 9. *C. de suis & legit.* Rem magis quam *litem* transferre *l.* 11. *D. de alien. jud. mut. caus.*

Litis nomen & omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit *l.* 36. *D. de verb. signif.* Et huic verbo veteres litteram S præposuisse, Festus *lib.* 17. notat. Inde inscriptionibus antiquis: *Decemviris stlitibus judicandis.*

Aliquando *lis* & *instantia edicti* separantur *l.* 73. §. 2. *D. de judic.*

uti

Litem æstimare dicitur judex, id est, eam rem, quæ in judicium deducta est, æstimare *l.* 47. *D. de rei vind. & passim.* Gellius *lib.* 4. *c.* 4. *Judex litem pecunia æstimabat, quantique interfuerat, eam uxorem accipi, aut dare eum, qui spoponderat, ei qui stipulatus erat condemnabat.* Lis autem interdum tanti æstimatur, quanti ea res est, qua de agitur, id est, quanti fuit eo die, quo dari mox debuit *l. ult. D. de condict. triticiar.* Interdum vero tanti æstimatur, quanti actoris interest *l.* 8. *D. de eo quod cert. loc.* Nec in pecuniariis tantum caussis, sed & in capitis judiciis *lis* victis æstimari dicebatur, ut Cicero *pro Cluent. c.* 41. & Livius aliquot locis testantur Ascon. *in Divinat. Lis æstimata sit*, ait, *hoc est, pecunia, de qua lis fuit, & propter quam condemnatus est, in summam redacta, qua de ejus bonis exigetur.* Litis æstimatione damnari *l.* 30. *D. depos.* id est, in æstimationem rei, ut in *l.* 3. *D. de confess.* Litis æstimationem evitare *l.* 1. *D. de noxal. act.* facere *l.* 11. §. 1. *D. de aqu. & aqu. pluv.* offerre *l.* 3. §. 1. *D. de reb. eor. qui sub tut.* præstare *l.* 82. §. 6. *D. de legat.* 1. restituere *pr. Inst. de satisd.* solvere *l.* 39. *D. de hered. pet.* sufferre *l.* 20. *D. de nox. act.*

Litem agere *l.* 3. §. 2. *D. de tutel.* amittere *l.* 8. §. 1. *D. ratam rem hab.*

Litis consortes *l.* 1. *C. de consort. lit.* Vid. art. *consortes.*

Litem contestari est judicium accipere. Vid. supra art. *contestari.* Interdum autem active *litem* contestari, jurisconsulti dicunt, ut in *l.* 10. §. *ult. D. si quis caut.* & passim. Interdum vero passive *lis contestari* dicitur. Caussa ejus temporis, quo *lis* contestatur *l.* 91. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 22. §. 1. *D. solut. matrim.* Add. *l.* 1. *D. de pen. leg. l.* 28. §. 4. *D. de judic. l.* 16. *C. de fidejuss. & al. loc.*

Lis in judicium & in condemnationem deduci dicitur *l.* 31. §. 2. *D. de negot. gest.* Res in *litem* deducitur *l.* 31. §. 1. *D. de novat.* A *lite* discedere *l.* 65. *D. de condict. indeb.* desistere *l.* 22. §. *ult. D. de jur. fisc.* Litis dominus. Vid. supra art. dominus. *Lites* donatas se non suscipere D. Pius rescripsit *l.* 22. §. 2. *D. de jur. fisc.* Add. *l.* 2. *C. ne fisc. vel respubl.*

In *litem* jurare, vid. art. *jurare.*

Litem præparasse in inofficiosi querela dicitur, qui usque ad denunciationem, vel dationem libelli processit *l.* 7. *D. de inoff. test.*

Litem suam facere dicitur judex, in quem litis damnum transfertur, quod vel dolo malo, vel sordibus, vel evidenti gratia, vel per imprudentiam male judicarit *l.* 5. §. 4. *D. de oblig. & act. l. ult. D. de extraord. cognit. pr. Inst. de oblig. quæ quasi ex del.* ubi Theophilus vertit κατ' ἑαυτῆς δίκην ἐγείρειν, *litem contra se ipsum excitare.* Judex tunc *litem* suam facere intelligitur, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo videtur hoc facere, si evidens ejus arguatur vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, ut veram litis æstimationem præstare cogatur *l.* 16. *D. de judic.* Litem quoque suam judex olim feciisse, videtur, qui ad constitutum tempus, & qua hora judicare debebat, non venerat, quum judex esset datus, aut sumtus, ut colligi potest ex C. Ciacii apud Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c.* 16. his verbis: Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant.

Litem etiam facere lex dicitur, qua judicium constitutum est. Quinctil. *lib.* 7. *c.* 1.

Liti subsistere *l.* 62. §. 1. *D. de evict.* dicitur, qui litem excipit,

& ut vulgo loquimur, qui manet in causa.

LITANIAS facere *l.* 3. *C. Justin. & l.* 30. *C. Theod. de hær.* Ita dictæ sunt initio supplicationes, & preces, quæ in publicis cœtibus, seu ecclesiis fiebant, deinde pompæ illæ publicæ, quas vulgo processiones vocant *Novell.* 123. *c.* 32. Demum sollemnes statæque rogationes hoc nomine appellatæ sunt. Jac. Gothofr. in *Comment. ad l.* 30. *C Theod. de hær.* Cur. Du-Fresne *in Gloss. hac voce.* Precum vero, quæ in illis processionibus cantabantur, formulas veteres Menarchus in *not. ad lib. Sacrament. p.* 156. quæ haud multum differunt ab hodiernis ecclesiæ Latinæ *litaniis. Septiformis litania* hodie dicta est, quod totius urbis populus a Gregorio in septem partes Deum deprecaturas divisus est: Paul. Diac. *lib.* 3. *de Gest. Langob. c.* 25. Major adpellari solet illa, quæ fit die S. Marci a Gregorio instituta, dum Romæ grassabatur pestis. Macer vero existimat, *majorem* esse dictam *litaniam*, quia ad majorem S. Mariam progreditur, & *minorem litaniam*, quia ad minorem S. Mariam dirigebatur processio. Triduanæ rogationes ante Dominicam ascensionem a Mammerto Episcopo Viennensi circa an. 452 institutæ. Litaniæ triduanæ post ascensionem in Ecclesia Mediolanensi observantur: Mabill. *lit. gall. p.* 153. Accipitur etiam quandoque *litania* pro solo Kyrie eleyson cum in Græcis liturgiis, tum in regula S. Benedicti *c.* 9. & 12.

LITARE sacrificiis Deos placare. Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 16. Qui hominem immolaverint, exve ejus sanguine *litaverint*, bestiis objiciuntur, vel, si honestiores sint, capite puniuntur. Ad quem locum de immani veterum, ipsorumque Romanorum, αν-θρωποθυσίᾳ erudite differunt Interpretes, in primis Schulting. *in jurispr. vet. ante just. p.* 511. Hein.

LITIGARE dicitur, qui judicio certat, & contendit, cuique adhuc sub judice lis est *l.* 31. *D. de liberat. leg. Litigare* de conditione sua *l.* 1. *D. eod. tit.* de libertate *l.* 13. §. 1. *D. eod. tit.* pro libertate *l.* 4. *D. eod. tit.* de possessione *l.* 11. *D. de alien. jud. mut. caus.* de suo statu *l.* 22. *quib. ex caus. major.* ex stipulatione *l.* 3. §. *ult. D. de legat.* 3. de testamento *l.* 76. *D. de legat.* 1.

LITIGIOSA res est ea, de qua controversia mota est, judiciumve acceptum *l.* 1. *D. de jur. fisc.* Litigiosam autem rem Justinianus *Novell.* 112. *c.* 1. intelligi vult rem mobilem, & immobilem, seseque moventem, de cujus dominio causa inter petitorem & possidentem movetur, aut per judiciariam conventionem, aut per preces Principi oblatas, & insinuatas judici, ac per eum adversario interpellatoris cognitas. *Litigiosam* plane rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis causa fit *D. de litigios.* *Litigiosus* strepitus *l.* 1. *C. Th. de contrah. emt.*

LITTERÆ elementa, apicesque significant, & a *notis* separantur *l.* 1. §. 6. *D. de extraord. cogn. l.* 40. *D. de testam. mil.* Nam *notæ* litteræ non sunt *l.* 6. §. *ult. D. de bon. possess.* Quamquam *litteræ* adpellatione *notas* exaudire debemus apud Manil. *lib.* 4. *Astron. v.* 197. Hic & scriptor erit velox, cui *littera* verbum est. *Litteræ*, licet aureæ sint, chartis membarnisque cedunt *l.* 9. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* §. 33. *Inst. de rer. divis.* Non figura *littevarum*, sed oratione, quam exprimunt, obligamur *l.* 38. *D. de oblig. & act.*

Litteræ, pro artium liberalium ſtudio. Qui pueros primas litteras docent *l.* 2. *D. de vacat. & excuſ. mun.*

Litteras neſcire in libris noſtris dicuntur, qui nec legare ſciunt, nec ſcribere *l.* 3. §. 2. *l.* 6. *D. de accuſ.* §. 8. *Inſt. de excuſat. tut.* Suet. *in Ner. cap.* 10. Ignarus litterarum *l. ult.* §. 14. *C. de jur. delib.* id eſt, qui ſcribere neſcit. Imperitus litterarum §. 8. *Inſt. de excuſ. tut.* Columell. *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 8. Poteſt etiam illiteratus, dummodo tenaciſſimæ ſit memoriæ, rem ſatis commode adminiſtrare. Ejuſmodi villicum Cornelius Celſus ait, ſæpius numos domino, quam librum afferre, quia neſcius litterarum, vel ipſe minus poſſit rationes conſtringere, vel per alium, propter conſcientiam fraudis. Sic litterarum imperitiam accipe etiam in *l.* 30. *C. de teſtam.* & ignorantiam *litterarum l.* 11. §. 1. *D. de inſtit. act.* & ex diverſo ſcientia litterarum *l.* 92. §. 1. *D. de adquir. vel amitt. hered.*

Litteræ pro epiſtola *l. ult.* §. *ult. D. de obl. & act.* & paſſim. *Litteris* conventi accipiuntur, qui litteris ad magiſtratuum, ubi conſiſtunt, factis judicio adeſſe monentur, vel adnotandos ſe eſſe & requirendos, certiorantur *l.* 1. §. 1. *D. de requir. vel abſent.* Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 4. §. 5. Poſt adpellationem interpoſitam litteræ dandæ ſunt ab eo, a quo adpellatum eſt, ad eum, qui de adpellatione cogniturus eſt, quas litteras *dimiſſorias* adpellant.

Adire Præſidem, *litteras* ei daturum *l.* 3. *D. de fugit.* Ex qua lege pulcre locum Petronii *in Satyr. c.* 97. illuſtrat Jo. van de Water *lib.* 2. *obſ. c.* 1. Quum enim ibi Aſcyltos Gytonem fugitivum inveſtigans, *in lance argentea indicium & fidem prætuliſſe* dicatur, etiam Burmannus notaſſet, fidem eſſe diploma, a magiſtratu datum, quo cui poteſtas facta introeundi quaſvis ſuſpectas ædes, nemo non intelligit, de eodem diplomate loqui Petronium, quod hic attigit Ulpianus, dum ait, ex SCo, & principum conſtitutionibus *fugitivos inquirere volentibus litteras eſſe dandas*, &, *res exigeret adparitorem, ut ingredi tum permitteretur.* Hein.

Litteras facere, id eſt, ſcribere, & mittere *l.* 25. *D. de pecun. conſtit. l.* 60. §. 1. *D. mandat. l.* 4. *D. de requir. & abſent.* Si miſeris ad me tabellarium tuum, & ego reſcribendi cauſſa litteras tibi miſero, ſimul atque tabellario tuo tradidero, tuæ fient. Idem accidet in his littetis, quas tu dumtaxat rei cauſſa miſero *l.* 6. *D. de adquir. rer. dom.*

Litteræ, quibus hereditas promittitur, vel animi adfectus explicatur, vim codicillorum non obtinent *l.* 17. *D. de jur. codic.*

Litteræ pro reſcripto principis, ſeu epiſtola *l.* 1. §. *D. ut legat. ſeu fideic. l.* 5. *ult. D. de jur. immun. l.* 7. *de vac. & excuſ. mun.* juncta 4. *D. de manum.*

Litteris contrahi dicebatur obligatio, quæ per ſcripturam mentis nominibus fiebat *l.* 6. *C. Theod. de denunc. vel edit. refer.* §. *Inſt. de liter. oblig.* Vetus Glo- ſarium: *Litteris obligasio*, αγρ- *διαγραμματων αρτι συμφωνη- παλαιᾳ χρειως, ἡ μισθω, ἡ αγ- ραπας, eſt novatio, litteris nov- ſime facta, veteris debiti, ſive conductione, ſive ex emtione* [illegible] *Litteris*, το παλαιον χρεος εις κα- δανειον μετα χηματιζομενον χ- ματι τυπικω. *Litteris vetus de- tum, in novum transfuſum*, [illegible] *teris ſollemnibus.* Aliud Gloſſari- *Litteris obligatio*, ἡ εν γραμμα- quæ ex litteris capit ſubſtanti-

Et hæc est quam dicit Tribonianus scriptura obligationem *d. §. un. Inst. de litter. oblig.* Ne vero putes cum Salmasio *de usuris p.* 142. eamdem esse hanc litterarum obligationem cum illa veteri *obligatione nominum*, de qua Caius loquitur. Fiebat *nominum* obligatio, quæ definiente Theophilo, *est veteris nominis in novum creditum per sollemnia verba, & sollemnes litteras transformatio.* Post pauca addit, *sunt autem hæc verba, quæ dicebantur & scribebantur : centum illos aureos, quos mihi ex locatione debes, tu mihi ex conventione, & promissione litterarum dabis. Deinde adscribebantur, ut ab eo, qui jam ex locatione obligatus esset, hæc verba, ex conventione debeo litterarum mearum. Et prior obligatio exstinguebatur, novaque litterarum nascebatur.* Erat hæc teste Hortensio *ad Inst. tit.* uti stipulatio, in quam itidem quævis promissa, & debita transfundebantur. Gaius in *l. 2. D. de oblig. & act.* scripturæ proprietatem hæc verba sollemnia scripta olim adhiberi solita adpellat, quamvis dubitari possit, utrum in formula Theophili sollemnitas antiqua expressa fuerit. Ejus negotii naturam diligenter exposuit Oisel. ad Gaium *p.* 161. traditque Schultingius *ibid.* stipulationes olim in scripta redactas, actumque *ex chirographo ex stipulatu l. ult. pr. D. de dol. mal. & met. except.* Et hæc vetus illa obligatio *nominis, scriptura* facta obligatio, quæ, ut ait Tribonianus *pr. Inst. de litter. oblig.* nominibus fieri dicebatur. Ab hac vero Jac. Gothofredus aliam separat *litterarum* obligationem, de qua *l. 6. C. Th. de denunc. vel edit. rescr.* ubi hæc verba leguntur : *Si quid debiti, vel quod ex fœnore, vel mutuo data pecunia sumpsit exordium, vel ex alio quolibet titulo, in litterarum obligationem facta cautions translatum est.* vocabula hæc *facta cautione* interpretatus *facta scriptura ;* Cautionis enim voce chirographum, vel syngraphum significari notum est, & *caveri* proprie pecunia credita in chirographis. *Translati* porro voce non novationem, vel transfusionem unius contractus in alium, vel etiam delegationem, verum in chirographi scripturam redactionem significari ait. Quo eodem sensu gesta *translata in publica monumenta dicuntur l. 55. C. Theod. de hæret.* Et alias dicitur in *l. 5. C. Just. de non numer. pec. ex præcedente caussa debiti in chirographum quantitas redigi.* Item illa, *Ex alio quolibet titulo in &c.* originem cautionis seu chirographi significare, non mutationem. Denique verbis allegatis nihil aliud significari quam chirographariam pecuniam ex quocumque tandem contractus, vel tituli genere cautam : Sensumque adeo horum verborum non alium esse, quam legis 3. *C. Th. d. tit. de denunc. vel edit. rescr.* cum generatim & indefinite ait, exigendæ denunciationi locum non esse, cum quis ad luendum debitum evidenti chirographo convenitur. Idque etiam interpretatio huic legi subdita adgnoscit: *Pro repetundo*, inquit, *debito unde certa scriptura profertur.* Pariter ut interpretatio subdita dictæ legi, ita habet, *quando aliquis ad solvendum debitum certa cautione convincitur.* Litterarum obligatio, & *cautio* pro eodem. Vid. Salmas. *lib. 1. de usur. c. 6. p. 137.* 138. Ab obligatione nominum, ut & ab illa, de qua agitur in *d. l. 6. C. Theod. de denunciat. vel edit. rescript.* diversa est illa, qua numeratæ pecuniæ ita aliquis ex scriptura tenetur, ut post biennium elapsum pecuniæ non numeratæ exceptionem opponere volens non audiatur, si etiam nu-

merationem factam non esse probare velit.

LITTERARIUS ludus *l.* 1. §. 6. *D. de extraord. cogn.*

LITTERATORIE, id est, per epistolam. Si quis delegatorum judicum per certum nuncium, vel excusatorem *litteratorie* destinatum non offenderit, se interesse non posse *c.* 21. *de offic. & potest. jud. deleg.* De hoc infimæ latinitatis vocabulo vid. Du-Fresne *h. v.*

LITTERATURA, quæ omnium virtutum maxima est *l.* 1. *C. Theod. de decur. urb. Rom.* Seneca *Epist.* 88. *Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant litteratura, per quam pueris elementa traduntur.* Grammaticos certe olim *litteratos*, & litteratores dictos, Sueton. *de illustr. Grammat. c.* 4. docet. Gell. *lib.* 16. *c.* 6. *Ibi quispiam linguæ latinæ litterator Romæ a Brundusinis arcessitus, experiundum sese vulgo dabat.* Attamen grammaticos a *litteratoribus* separat Apuleius *in Florid. p.* 363.

LITTERATUS labor apud Apulei. *in Apolog. p.* 276. *Litterata* militia *l.* 8. *C. Th. de prox. sacr. scrin.*

Litteratos pro scribendi peritis accipimus *l. ult. C. de test. Litteratus* servus *l.* 43. *D. de contr. emt.* est litteris imbutus, ut exponit Suet. *de ill. gramm. c.* 4. *Litteratus* interdum significat litteris vel stigmate inustum, quemadmodum & litteratam utnam, pro litteris nota dixit Plaut. *Rudent. Act.* 2. *sc.* 5. *v.* 22.

LITURA, qua litteræ graphio delentur *l.* 1. §. 1. *D. de bis, quæ in testam. del. Liturarios* pro adversariis dixit Ausonius *in Epist. centoni nuptiali* præfixa, ubi vid. Jos. Scaliger. *in Lect. Auson. lib.* 2. *c.* 13.

LITURGIA *Novell.* 7. *c.* 11.

LITURGUS. Liturgorum mentio fit in *l. ult. C. Th. de patrocin. vicor.* non sunt actus ipsi publicarum functionum, ut censet Petitus in *Leges Atticas p.* 171. non functiones, quæ præstabantur propter ministros publicos sive adparitores custodiæ urbium adpositos, qui λειτουργοι Græcis dicebantur; ut idem *pag.* 172. verum personæ ipsæ munifices, id est, ministerium aliquod publice præbentes, agentes (sive *Leiturgos* sive *liturgos* dicas): In hoc vero sensu *liturgorum* per Ægyptum varii fuerunt, ut ex ea ipsa lege patet. Jac. Gothofr. *comment. ad d. l.* Vid. & Du-Fresne *Glossar. h. v.* & Pet. Fabri *lib.* 1. *Semestr. c.* 17. *p.* 101. *seq.*

LITUS solebat Aquillius Gallus per translationem definire, quæ fluctus eluderet, ut Cic. *Top. c.* 7. auctor est. Quinctilian. *lib.* 5. *c. ult. Etiam ipsi jurisconsulti, quorum summus circa proprietatem verborum labor, litus esse audent dicere, qua fluctus adluit.* Celsus vero litus esse ait, quousque maximus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse *l.* 92. *D. de verb. signif.* At Javolenus *litus* publicum esse scribit eatenus, quia maximus fluctus exæstuat *l.* 112. *D. eod. tit.* Nemo ad litus maris accedere prohibetur piscandi caussa *l.* 4. *D. de divis. rer.* In litore jure gentium ædificare licere, nisi usus publicus impediret *l.* 4. *D. ne quid in loc. publ.* Add. *l.* 1. §. 18. *D. de nov. op. nunc. l.* 14. *l.* 49. *D. de adquir. rer. dom.* Naturali jure communia sunt litora maris *l.* *D. de rer. divis.* Vid. & *l.* *D. de injur. Litora*, quæ fundo vendito conjuncta sunt; in modum agri non comparantur, quæ nullius sunt, sed jure gentium omnibus vacant *l.* 21. *D. de contr. emt.* Litora in quæ pop. Roman

imperium habet, populi Rom. esse arbitror *l.* 3. *D. ne quid in loc. publ.* Litoris communis est usus *l.* 24. *D. de damn. infect.* Litorum usus publicus est, & juris gentium §. 5. *Inst. de rer. divis.*

LIVOR sacrilegus *l* 2. *C. Th. de Episc.*

LIXA. *Lixæ*, alias calones dicuntur, qui vilioris quæstus gratia exercitum sequuntur, puta lavandi, aut coquendi caussa. Plerique milites secum homines conditionis ingenuæ, propinquitate simulata, vel conditione lixarum frequenter abducunt *l.* 11. *C. Th. de re milit. Lixas militum ancillas* ex vetere Glossario adduxit Barthius *Adversf. lib.* 23. *c.* 11. Aliquando & ministros magistratus hac voce adpellari docet locus hic Apuleii *in Asin. aur. lib.* 1. *p.* 113. *Nam & lixas, & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video.*

LOCARE, pro certa mercede vel pensione rei usum vel operam alteri concedere. Sic *locari* dicuntur agri civitatum vectigales *l.* 1. *D. si ager vectig.* monumentum apud Cic. *Philipp.* 14. *extr.* operæ *l.* 53. *D. de condict. indeb.* Prædium publicum in quinque annos curator rei publicæ locavit *l.* 3. §. 1. *D. de administr. rer. ad civit. pert. Locare* vectigalia, id est, fruenda publicano dare *l.* 2. §. 1. *D. ad municip. l.* 45. §. *ult. D. de jur. fisc. l.* 3. *C. de privil. fisc.*

Sed & *locare* opus dicitur is, qui id faciendum dat alteri, cui mercedem promittit *l.* 51. §. 1. *D. locat. l.* 1. §. 1. *D. ad Leg. Rhod.* Sic *locare* ædem faciendam *l.* 30. §. 3. *D. locat.* Domus faciendæ locata *l.* 60. §. 3. *D. locat. Locare* insulam faciendam *l.* 22. §. 2. *D. eod. tit.* lacum curandum *l.* 27. §. *ult. D. ad Leg. Aquill.* Add. *l.* 1. §. 1. *D. de Leg. Rhod. l.* 44. *D. de fidejuss.* Locare opus aversione *l.* 36. *D. locat.* opus exstruendum *l.* 2. §. 11. *D. de administr. rer. ad civ. pert.* merces vehendas *l.* 1. *D. de præscr. verb. l.* 2. *D. de Leg. Rhod.* quas Navicularius, & auriga conducere (vehendas) dicuntur *l.* 11. §. 3. *l.* 13. §. 1. *l.* 19. §. 7. *D. loc. l. ult.* §. 1. *D. de Leg. Rhod.* Vid. supra art. conducere. Hinc

Locati actio una, quæ locatori competit adversus conductorem ejusve heredem, ad mercedem justo tempore non solutam post moram, cum usuris solvendam, rem locatam, finito contractu restituendam, præstandumque damnum, saltim culpa levi datum. Et hæc est locati actio pertinens ei, qui operas suas, vel rei usum alteri pro mercede promisit *pr. Inst. de locat. cond.* Vetus Glossarium: *Locati* actio, αγωγη αρμοζουσα τω μισθωσαντι, ινα λαβη το μισθωμα, competens locatori, ad mercedem consequendam. Ad alteram *locati* actionem, eam scilicet, quæ datur locatori operis faciendi, pertinent verba Legis 2. *D. de Leg. Rhod.* Si laborante nave jactus factus est, amissarum mercium domini, si merces vehendas locaverant, ex locato cum magistro navis agere debent: is deinde cum reliquis, quorum merces salvæ sunt, ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere potest.

Locare in aliquo loco constituere. Judices, quos potestas in excelso locat *l.* 19. *C. Th. de op. publ.* In medio jure locatis *l.* 2. *C. Th. de liber. causs.*

LOCARIUM, ut tradit Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* adpellatur, quod datur in stabulo, & taberna, ubi consistant.

LOCATIO & conductio ita contrahi intelligitur, si merces con-

tituta sit pecunia, nempe numerata, non autem aliud quid, vel factum promittatur, quo casu esset contractus innominatus, & quidem pro rei usu, vel opera præstanda, vel opere faciundo *tit. Inst. de locat. conduct.* Si tibi polienda sarciendaque vestimenta dederim, gratis hanc operam te suscipiente, *mandati* est obligatio, si vero mercede data, aut constituta, locationis conductionisque negotium geritur *leg.* 22. *D. de præscr. verb.* Mandatum nisi gratuitum nullum est, interveniente enim pecunia res ad locationem & conductionem potius respicit *l.* 1. §. *ult. D. mand.* Adeo familiaritatem aliquam inter se habere videntur *venditio* & *emtio*, item *locatio* & *conductio*, ut in quibusdam cautis quæri soleat, utrum emtio & venditio contrahatur, an locatio & conductio. Ut ecce, si cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis, certæque formæ anulos ei faceret, & acciperet aureos decem, *emtio* & *venditio* contrahitur. Quod si aurum suum Titius dederit, mercede pro opera constituta, *locatio* & *conductio* est §. 31. & §. 4. *Inst. de locat. & conduct.* Convenit mihi tecum, ut certum numerum tegularum mihi dares certo pretio, utrum *emtio* sit, an *locatio*? Respondit, si ex meo fundo tegulas tibi factas ut darem, convenit, *emtionem* puto esse, non *conductionem*. Toties enim *conductio* alicujus rei est, quoties materia, in qua aliquid præstatur, in eodem statu ejusdem manet, quoties vero & immutatur, & alienatur, *emtio* magis, quam *locatio* intelligi debet *l.* 65. *D. de contrah. emt.* Si quam rem nobis fieri velimus, veluti statuam, vel vas aliquod, seu vestem, ut nihil aliud quam pecuniam daremus, *emtionem* videri, nec posse ullam *locationem* esse, ubi corpus ipsum non datur ab eo, cui id fieret, aliter, atque si aream darem, ubi insulam ædificares, quoniam tunc a me substantia proficiscitur *l.* 20. *D. eod. tit.* Quum do, ut facias, si tale sit factum, quod *locari* solet, puta, ut tabulam pingas, pecunia data *locatio* erit, sin res, non erit locatio *l.* 5. §. 1. *D. de præscr. verb.* Si mercedem accipiebam pro servo, quem in pistrinum quis accipiebat, ex *locato* agere posse, quod si operæ ejus servi cum custodia pensabantur, quasi genus *locati*, & *conductis* intervenit *l.* 1. §. 9. *D. depos.* Quoties faciendum aliquid datur (in re sua, & pro mercede) *locatio* est *l.* 22. §. 1. *D. locat.* Quum insulam ædificandam *loco*, ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen *locatio* est. *Locat* enim artifex operam suam, id est faciendi necessitatem *l.* 22. §. 2. *D. locat.* conducit vero opus faciendum, dominus autem idem opus locat. Vid. *redemptor*.

Locator *l.* 12. *D. de vi & vi arm. l.* 9. *D. qui pot. in pign. Locator* domus *l.* 60. *D. locat.* fundi *l.* 35. *D. eod.* operis *l.* 36. *l.* 37. *l.* 60. §. 3. *D. eod. tit.*

Loculi *l.* 53. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 23. §. 1. *D. de peculi. leg.* arcula obserata, qua pecuniæ condi, adservarique solebant. His enim *loculis* claves, & claustra Ulpianus *in d. l.* 53. adjungit. Horat. *lib.* 2. *epist.* 1. *v.* 175. Gestit enim in *loculos* numum demittere. Vulgares autem hujus generis loculos ligneos fuisse, pretiosiores eburneos, ex Martiali discimus, qui proinde numos aureos eburneis, reliquos vilioribus e ligno loculis condi æquum cen-

set *lib.* 14. *epigr.* 13. his versibus, quos loculorum eburneorum titulo inscripsit : *Hos nisi de flava loculos implere moneta, Non decet, argentum vilia ligna ferant.* Sed & gemmas & lapillos hujusmodi loculis adservari consueviſſe, Juvenal. *Sat.* 13. *v.* 139. indicat, quum ait : *Gemmaque princeps, Sardonychus, loculis quæ cuſtoditur eburnis.* Et quidem adparet, quantopere fallantur, qui *loculos* eosdem cum sacco, sacculo, crumena, marsupio faciunt, quæ etiam Martialis diversa fuisse docet *lib.* 5. *epigr.* 40. *v.* 7. inquiens : *excuſſi loculoſque, ſacculumque.* Ab arca utique, (quæ ut plurimum ærata erat,) magnitudine *loculi* separabantur. Unde idem Satyricus *Sat.* 1. *verſ.* 89. cæcam & præcipitem lusorum insaniam carpens : *Neque enim loculis comitantibus itur Ad caſum tabulæ : poſtea ſed luditur arca.* Sane hujusmodi eburneos *loculos* jam inde ab Ovidii temporibus in usu fuisse, argumento est, quod *lib.* 6. *Faſtor. v.* 749. Scripsit : *Loculis depromit eburneis.* Vetus Glossarium : *Loculi*, γλοσσοκόλλοι. Emendat Briſſon. γλοσσοκομον, quod vocabulum in Evangelio D. Joannis *c.* 12. *v.* 6. *&* *c.* 13. *v.* 29. vetus interpres *loculos* vertit. Sed & Galenus *lib.* 2. *Comment.* εις το περι αγμων *in Hippocratis de fracturis textum* 65. *p.* 218. *Tom. XII. operum* machinam quamdam chirurgicam, fracto femori vel cruri, ubi callus circumdatur, adcommodatam γλοσσοκομον adpellari docens : *Gloſſocomum*, ait, secundum versionem latinam ab Atticis adpellatur arcula illa, qua servare solent homines eas res, quas in pretio habent, & scripta, quæ recondi volunt, qua nonnulli ad itinera utuntur. Hesychius cum Suida : γλοσσοκομον, θηκη, σωρος ξυλινη των λειψανων, *Gloſſocomum, theca, item arca lignea, qua reliquiæ mortuorum continentur.* Ac plane etiam *loculum*, numero singulari, pro arca, qua mortui corpus conditur, usurpavit Plinius *lib.* 7. *c.* 2. & Fulgentius *lib. de priſco ſermone, ſtatim initio*, pro *feretro*.

Locuples *a locorum copia dictus*, ut ait Quinctilianus *lib.* 5. *c.* 10. Cic. *lib.* 2. *de republ.* citante Non. Marcello : Olim, inquit, res erat in pecore, & locorum possessionibus, ex quo pecuniosi & locupletes adpellabantur. Add. Plin. *lib.* 10. *c.* 5. Festus *locupletes*, multorum locorum domini. Igitur & locuples in *l.* 5. *l.* 18. *§. ult. D. qui & a quib. manum.* qui solvendo est, ut in *l.* 29. *D. eod. tit.* Verum tamen *locuples* numquam habetur, qui rem alienam defendit *l.* 166. *D. de reg. jur.* id est, sit licet solvendo, numquam tamen satisdatio remittitur. Nemo enim alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione *l.* 110. *§.* 1. *D. de reg. jur.* Nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur *§.* 1. *Inſt. de satisd. Locupletior* esse, vel fieri dicitur is, ad quem aliquid commodi ex re aliqua pervenit *l.* 28. *D. de dol. mal.* Pupillus autem, cui sine tutoris auctoritate solutum est, quomodo locupletior factus intelligatur, vide *l.* 45. *D. de solut.* Metus caussa actionem prætor in heredem eatenus pollicetur, quatenus locupletior factus est, seu, quatenus ad eum pervenit *l.* 16. *§. ult. l.* 17. *l.* 19. *D. quod met. cauſſ.* Ceterum si ipsa res, quæ ad heredem pervenit, interiit, non esse locupletem dicemus, sin vero in pecuniam, aliamve rem conversa sit, nihil amplius quærendum est, quis exitus sit, sed

omnino *locuples* factus videtur, licet postea deperdat *l.* 18. *D. eod. tit.* In donationibus inter virum & uxorem jure civili impeditis hactenus revocatur dominium ab eo, ab eave, cui donatum est, ut si res consumta sit, condicatur, quatenus *locupletior* quis eorum factus est *l.* 5. § *ult. D. de don. int. vir. & ux.* Cujus rei quæ ratio habeatur, vide *l.* 7. *pr.* §. 1. *& l.* 9. §. 1. *D. eod. tit.* Bonæ fidei possessores, a quibus hereditas petitur, in id dumtaxat tenentur, in quo *locupletiores* facti sunt. Quod uti accipiendum sit, vid. *l.* 23. *l.* 25. *pr. & §. seq. D. de hered. pet.* Porro locupletior esse non intelligitur, qui populares actiones habet *l.* 7. *D. de popul. act.* nec qui libertum adquisierit *l.* 126. §. 1. *D. de reg. jur. Locupletior* vero factus censetur pupillus debito liberatus *l.* 66. *D. de solut. Locupletior* quoque ex viri patrimonio facta mulier intelligitur, quæ ære alieno suo interventu viri liberata est *l.* 99. *D. de donat. int. vir. & ux.* Ceterum, quum quæritur, an quis locupletior factus sit, litis contestatæ tempus inspicitur *l.* 47. *D. de solut. l.* 34. *D. de minor. l.* 39. *D. de negot. gest. l.* 7. *de donat. int. vir. & ux.* excepto eo, quod in bonæ fidei possessore rei judicatæ tempus spectatur *l.* 36. §. 4. *D. de hered. pet.* Edicto cavetur, ut fidejussor judicio sistendi caussa datus pro rei qualitate *locuples* detur *l.* 1. *D. de in jus voc.* Talis vero fidejussor *locuples* videtur dari, non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate *l.* 2. *l.* 6. §. 1. *D. qui satisd. cog.* præterquam in necessariis personis, in quibus qualiscumque fidejussor pro locuplete accipitur *l.* 1. *l.* 3. *D. in jus voc. ut eant.* Plane si ab arbitro, ad probandos fidejussores constituto, ut fieri solet per *l.* 9. *D. qui satisd. cog.* probati sunt fidejussores, pro locupletibus habendi sunt *l.* 10. *D. eod. tit.* Unde Caius in *l.* 5. § 1. *D. eod. tit.* Qui pro rei, ait, qualitate evidentissime *locupletem*, vel si dubitetur, adprobatum fidejussorem judicio sistendi caussa non acceperit, injuriarum actio adversus eum esse potest. *Locuples* reus in *l. ult.* §. *ult. D. de reb. cred.* & passim, *id est*, idoneus, & qui solvendo est. *Locuples* (vindex) Caio interprete in XII. Tabul. habetur is, qui satis idonee cavet pro magnitudine rei, quam actor petit *l.* 234. §. 1. *D. de verb. signif.*

Locus est, ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* ubi quid locatum esse potest, item, ubi quidpiam consistit. Et alias *eod. lib. Corpus ubi agitatur locus est.* Ex *loco* atrox injuria æstimatur, veluti si cui in theatro, vel in conspectu prætoris injuria facta sit §. 9. *Inst. de injur.* Si *locus* in jubendo judicare non est comprehensus, videtur eo *loco* judicare jussisse, quo solet judicari sine incommodo judicantium *l.* 5. *D. de judic. Locus* facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit *l.* 16. §. 4. *D. de poen.* Eum *locum* compromisso inesse, de quo actum sit, ut promitteretur. Impune igitur ei non parebitur, si alio *loci* adesse jusserit *l.* 21. §. 10. *D. de justit. & jur. Loco* plus petitur, veluti quum quis id, quod certo loco sibi stipulatus est, alio loco petit sine commemoratione istius loci, in quo sibi dari stipulatus fuerit §. 33. *Inst. de action.* De eo quod certo *loco* dari oportuit. Vid. *sub art. Condictio de eo quod cert. loc.*

Locus pro parte fundi. *Locus* enim est non fundus, sed portio aliqua fundi *l.* 60. *D. de verb. signif.*

signif. ubi tamen non magnitudinem, sed opinionem nostram, constitutionem, & adfectionem *locum* a fundo separare, Ulpianus ait. Quo fit, ut a *fundo* vel *agro locum* plerumque auctores nostri separent *l.* 54. *in fin. D. de evict. l.* 38. *in fin. D. de usurp. l.* 10. §. 2. *D. quib. mod. usufr. vel us. amitt.* § 3. *Inst. de usuc. Loci* adpellatio non tantum ad rustica, verum etiam ad urbana ædificia pertinet *l.* 60. §. *ult. D. de verb. signif.* Plane in edicto prætoris, *ne quid in loc. publ. fiat* loci adpellatio & ad areas, & ad agros, & ad villas, itineraque porrigitur *l.* 2. §. 1. *D. ne quid in loc. publ.*

Locus pro ministerio vel sparta ponitur in *l.* 41. §. 1. *D. de his, qui not. infam* Unde & ἀξία, vel gradus militaris *locus* adpellatur *l.* 14. *C. Th. de re militar.*

Locus in *l.* 22. *C. Th. de pæn.* pro regione, seu tractu aliquo minore quam qui provinciam per se constitueret. Vid. Jac. Gothofr. *in Comment. ad d. l.*

Loca data pro agris adsignatis *l.* 1. *C. Th. de fin. reg.* Cujacius aliter *lib.* 19. *obs. c.* 16.

Locus jurisconsultis erat etiam caput, vel segmentum libri. Libros enim in titulos, hos in *locos*, vel capita dividere solebant, ut ostendit Bynkersh. *lib.* 5. *obs. c.* 15. Exempla sunt in *l.* 8. *pr. D. de inoff. testam. l.* 30. §. 7. *D. ad Leg. Falcid.* nec non ex viri ejusdem sententia apud Juvenalem *sat.* 6. *v.* 245. *Principium atque locos Celso dictare paratæ*, quamvis ibi non de libro aliquo, sed de libello accusatorio loquatur satyricus. *Hein.*

Similiter & legum segmenta, vel capita *loca* vocabant. Unde formula: *Ad locum* auctoribus Codicis Gregoriani & Theodosiani, nec non consultationis veteris Jurisconsulti, & collationibus Legum Mos. & Rom. admodum familiaris, de qua supra sub art. *ad Hein.*

Locus certus *l.* 1. *D. de his, qui effud.* opacus, & contra, solis plenus *leg.* 17. *D. de serv. præd. urb.* profanus *l.* 29. *D. de religios.* publicus, vel privatus *l.* 1. *D. de his qui effud.* purus *l.* 1. *D. de mort. infer.* religiosus *l. ult. D. de mort. infer.* sacer, sanctus *l.* 17. §. 3. *D. de aqu. & aqu. pluv.* item *loca* sacra, religiosa *l.* 23. §. 1. *D. de rei vind. locus* serviens *l.* 20. *D. de servit. præd. urb. Loco* rem movere *leg.* 3. §. 18. *D. de adquir. vel amitt. possess. l.* 15. *D. ad exhib. l.* 3. *D. de term. mot.* De loco sacro, & *publico* interdictum vid. infra art. *Sacer*, item *publicus.*

Primo *loco* heredem instituere, vel scribere *l.* 27. *D. ad Leg. Falcid. l.* 88. §. 4. *D. de leg.* 2. primum *locum* tenere *l.* 1. §. 14. *D. de insp. ventr.* Qui eodem testamento, vel posteriore loco manumitterentur *l.* 243. *D. de verb. signif.* secundo loco datum fideicommissum *l.* 55. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* factum testamentum id est, posterius *l.* 29. *D. eod. tit.*

In *locum* filii adoptare *l.* 22. §. *ult. D. de adopt. l.* 2. *D. de vulg. & pup. subst.* & alibi. In alterius *locum* succedere dicuntur heredes, similesque personæ, quæ in universum jus defuncti succedunt *l.* 42. *D. de reg. jur.* In *locum* alterius datus tutor *l.* 28. *D. de excus.* tutores dari *l.* 1. *C. in quib. caus.* In interdicto *quod Legatorum* in *locum* successisse accepimus, sive per universitatem, sive in rem his sit successum *l.* 1. §. 13. *D. quod legator.* Simili modo in *l.* 7. *& l.* 8. *D. de jurejur.* Neque eos, qui in

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

in locum ejus, cui jusjurandum delatum est, succedunt, etsi in rem successerint. In suorum *loco* succedere *l.* 1. §. 7. *D. de conjug. cum emancip. l.* 13. *D. de injust. rupt. loco* patrum succedentes nepotes *l.* 3. *C. de his, qui num. lib. vel paupert. excus. Locum* obtinere adoptivi *l.* 27. *D. de adopt.* parentis *l.* 16. *D. solut. matrimon.* liberorumve §. 1. *Inst. de nupt.* rei *l.* 4. *D. de fidejuss.* servitutis §. 9. *Inst. de legat. Loco* esse absentis *l.* 124. §. *ult. D. de reg. jur.* aviæ *l.* 23. *D. de adopt.* Pactionis *loco* accipi *l.* 7. §. 12. *D. de pact.* Prædonis loco intelligendus *leg.* 46. *D. de hered. pet.* Pretii *loco* haberetur *l.* 4. *D. de dol. except.* Qui accessionis *loco* promittunt *l.* 34. *D. de fidejuss.* id est, tamquam alienæ obligationi accedentes.

Loco solutionis cedit jusjurandum *l.* 27. *D. de judiciis.*

Locus est, vel non est, huic vel illi rei, & *locum* habet, vel non habet ea res, idem valent, ita ut cessare dicatur id, cui locus non est, vel quod locum non habet *l.* 1. §. *ult. l.* 12. *D. de SC. Maced. l.* 9. *D. quod met. causs.* Sic *locus* est actioni *l.* 10. §. 5. *D. quæ in fraud. credit. & aliis locis* adpellationi *l.* 1. §. 1. *D. quæ sent. sin. adpell.* bonorum possessioni *l.* 4. *D. de bon. poss. contr. tab.* cautioni *l.* 1. §. 16. *D. ad Leg. Falcid.* & sic porro de aliis multis. Sic *locum* habent, vel non habent accessiones *leg.* 13. §. 12. *D. de adquir. vel amitt. possess.* actio *l.* 15. *pr. D. de injur. &c.* Eodem sensu veteres utuntur phrasi *Locum facere rei*, id est, efficere, ut illi locus sit. Sic e. g. Personæ conditio *locum* facit beneficio *l.* 68. *D. de reg. jur. Locum* facere edicto *l.* 27. *D. si quis omiss. caus. test.* exceptioni *l.* 1. §. 3. *D. quar. rer. act.* falcidiæ *l.* 5. §. 5. *D. de legat. præst.* fisco, id est, bona alicujus præscribi *l.* 1. *C. Th. de curat. calend.* Sibi *locum* facit postumus *l.* 5. *D. de injust. rupt.*

Locus pro conditione. Deteriore *loco* libertus est *l.* 2. *D. ne quis eum, qui in jus voc.* Homo honestioris loci *l.* 3. §. 5. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* humilis loci *l.* 38. §. 8. *D. ad Leg. jul. de adult.* Humiliori *loco* positus *l.* 1. §. *ult. D. ad Leg. Cornel. de sicar.*

LOCUSTARUM edaci pernicie vitium sterilitatis interceſſit *l.* 10. *C. de locat.* qua de re vid. Plin. *lib. c.* 29. ubi frequentem hanc perniciem in Africa esse, & coortas inde locustas Italiam aliquando infestare, testatur. In Syria Neronis temporibus exorta vis locustarum ambederat, quidquid herebidum, aut frondosum, teste Tacito *lib.* 15. *Annal. c.* 5. Similia exempla sunt apud Gregor. Turon. *lib.* 4. *hist. cap.* 20. & Nicol. Burgund. in *vita Ludovici IV. Imp.*

LOCARIUM, rationum libellus. Chartæ ad ratiunculam, vel ad *legarium* paratæ *l.* 3. §. 10. *D. de poen. leg.*

LOGISTA Græcis & curator reipublicæ vel civitatis *l.* 3. *C. de mod. mulct.*

LOGOGRAPHUS *l. ult. D. de muner. & honor. l.* 1. *l. ult. C. de tabul. scrib. & logogr. l. un. C. Theod. ne conlat. per logogr. l.* 8. *eod. C. de cohortal. princip. Novell.* 128. *c.* 13. His tributorum rationes conscribebant, & tabulariorum ea in re munere fungebantur. Eos certe absoluto tormentorum periculo obnoxios fuisse, ait *l. un. C. Theod. de conlat. per logogr.* Logographi civitatum *l.* 3. *C. Theod. de tabu-*

lar.

lat. chomatum *l. 6. C. Theod. de patroc. vicor.*

LOLIUM *l.* 27. §. 14. *D. ad Leg. Aquil.* Illud Plin. *lib.* 22. *c. ult.* inter frugum pestes aperte ponit, & a Virgilio *lib.* 1. *Georg. v.* 153. infelix dictum esse sed notat *lib.* 18. *c.* 17. *Lolium* ut & tribulos, & carduos inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes numeranda censet. Ceterum locus ex *d. l.* 27. §. 14. *D. de Leg. Aquil.* mirifice illustrat parabolam Christi, de homine inimico zizaniam spargente in agro bene consito. *Matern. v.* 24. ad quem locum de voce ζιζάνια videndus Jo. Contr. Schwarz. *ad Jo. Olear. de stilo nov. testam. p.* 176.

LONGÆVUS homo *l.* 56. *D. de usufr.* usus *l.* 2. *C. quæ sit long. consuet.*

LONGE pro valde poni, Serv. *in Aen.* 5. *v.* 406. notat, & ita passim in libris nostris.

LONGINQUA taciturnitas *l. un. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.* excursio *l.* 13. §. *ult. D. de alim. vel cib. legat.*

LONGINQUITAS soli *l.* 14. *D. de damn. infect.* temporis *l. ult. C. de long. temp. præscr.*

LONGINQUO abfuturus *l.* 44. *D. de procurat.* absens *l.* 39. *D. de legat.* 1.

LONGUS, *a, um Longa* consuetudo, id est diuturna *leg.* 1. *D. de mun. & hon. Longi* temporis *l.* 1. *C. de servit. Longior* dies *l.* 16. *l.* 18. *D. de pact. dotal. l.* 15. §. *ult. D. de in diem addict.* Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 9. §. 1. id est, longius tempus. Sic longiorem diem dare *Plin. lib.* 10. *Epist.* 85. *Longa* differentia *l.* 31. *D. de solut. Longa* manu tradita pecunia. Vid. sub *art. manus. Longæ* naves *l.* 2. *D. de capt. & postl.* Gell. *lib.* 10. *c.* 25. Varro *de ling. lat.* Ceterum navem *longam* definit Isidorus *lib.* 19. *c.* 1. dromonem dictam eo, quod longior sit ceteris, cui contrarius musculus, brevius navigium. *Longa* possessio. Per *longam* possessionem capere *l.* 26. *D. de adquir. possess.* id est, decennium, vel vicennio. *Longum* enim tempus decennii inter præsentes, vicennii inter absentes spacium comprehendit, auctore Paullo *lib.* 5. *sent. tit.* 2. §. 3. *& tit.* 5. §. 8. Justiniano *pr. Inst. de usucap.* Gratiano *can. placuit* 6. *quæst.* 3. Et ita *longam* possessionem in pandectis accipere oportet, in quibus hæc verba, usucapioni a Triboniano attributa legimus. Nam quod Jurisconsulti biennio capere dixerunt, id ipse post usucapionem a Justiniano transformatam *longa* possessione, vel *longo* tempore capere dixit, ut pandectis cum codice conveniret *l.* 2. §. 6. *l.* 4. *l.* 7. §. *ult. D. pro emtor. l.* 76. *in fin. D. de contr. emt. l.* 3. *l.* 11. *in fin. D. de div. temp. præscr. & passim.*

LOQUI, & *fari* diversa facit Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* his verbis: *Loqui* ab *loco* dictum, quod, qui primo dicitur *fari*, & vocabula & reliqua verba dicit ante, quam suo quidque loco dicere potest. Hunc Chrysippus negat *loqui*, sed *ut loqui*. Quare ut imago hominis non sit homo, sic in cornicibus, pueris, primitus incipientibus *fari*, verba non esse verba, quod non *loquantur*. Igitur is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit.

Sed & testamenta, & leges, & reliqua in scriptura redacta *loqui*, vel auctores eorum per illa *loqui* dicuntur. *Loqui* dicitur testamento, qui sermonem dirigit ad heredem, vel legatarium *l.* 47. §. *ult. D. de fideic. libert.*

LORICATIO pro tectoria, incrustatione parietum ex marmorato, arenato, & hujusmodi *l.* 79. *in fin. D. de verb. signif.*

De

De latiore hujus vocabuli usu apud architectos, (nam & omnem contignationem contabulationem significat,) & Vitruv. *lib. 7. c. 1.* ejusque interprete Philandro, quædam monuit Ducker. *de Latin. vet. juriſc. p.* 424. Hein.

LORUM, scutica, qua quis cæditur. *Loris* cæsus *l.* 43. §. 5. *D. de Aedil. edict.* rumpere *l.* 15. *D. de injur.* Cic. *phil.* 13. *c.* 12. Quos Antonius deliciarum caussa *loris* in convivio cædi jubebat a servis publicis. Alias *lorum* pro quavis corrigia ex corio facta. Unde mulum ad pollicem adligare de loro *l.* 27. §. 34. *D. ad Leg. Aquil.* Inde *lorarii* adpellati, qui magistratus in provincias euntes sequebantur, &, quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant, sicuti Gellius eos describit *lib.* 10. *c.* 3. *in fin.* Vid. Pet. Fab. *lib.* 2. *semestr. c.* 24. Eorumdem & inter privata mancipia sæpe numero meminit Plautus, veluti *in Captivis*, ubi & inter personas sunt *lorarii*. Erant servi, qui conservos vel de fuga suspectos, vel delicti reos dominorum jussu vel vinciebant, vel cædebant loris.

LUBRICÆ mentes *l.* 3. *C. Th. de apostat.*

LUBRICUM pro lubrico loco *in l.* 7. § 2. *D. ad Leg. Aquil. serv. in* 2. *Aen. v.* 474. ad hæc verba *lubrica terra*: *Lubricum*, inquit, dicitur, quod labitur, dum tenditur, ut piscis, serpens, & locus, in quo labimur, ut sese oppositi Salio per *lubrica* surgens.

Metaphorice *lubricum* tribuitur ei, ob quod facile quis labitur. Sic *lubricum* ætatis *l.* 11. §. 5. *D. de minor. l. ult. C. si adv. delict.* pro inconsulta facilitate, juvenili levitate, ac denique infirmitate ætatis, ut loquitur *l.* 18. *D. de minor.* Sic & *lubricum* consilii *l.* 3. §. 5. *D. de test* linguæ *l.* 7. §. 1. *D. ad Leg. jul. majest.* tutelæ *l.* 4. §. 1. *D. de usur.*

LUCANIA, Italiæ regio, quæ per correctores regebatur. Ejus fit mentio in *l.* 6. *C. Th. quib. equor. us. l.* 7. *eod. C. de indulg. debit. & Novell. Valens. & Martiani de suariis*, Lucaniæ autem correctorem, ad similitudinem correctoris Apuliæ, & Calabriæ officium habuisse, Marianus *in Notitia* docet.

LUCENTES divini sacerdotii integritate *l.* 2. *C. Th. de episcop. judic.*

LUCERNA a lychno dicta, & hinc brevis est Lucillio, & Horatio, ut Serv. *in Aen.* 11. *v.* 657.

Lucernam accendere monimento *l.* 44. *D. de manum. test.*

LUCIDIUS intelligetur *l.* 1. *D. de dol. mal. except.*

LUCIUS *Titius*, ut & *Caius Seius* exempli loco pro *o δεῖνα*, seu *quidam* poni solet a juris-consultis, ut Dionis & Theonis nomen a philosophis in exemplis usurpatur, ceu Plutarch. *ἐν αἰτίοις*, vel *Quæst. Rom.* 29. adnotavit. Cujus rei testimonia, in pandectis passim obvia, nimiæ, ne dicam putidæ essent diligentiæ conquirere. Illud unum monuisse sat erit, non prudentes modo, verum etiam prætores ipsos in edictis suis hoc nomine personas quaslibet designasse, ut adparet ex *l.* 1. *D. de tab. exhib. l.* 10. *D. quæ in fraud. cred.* Addenda hic, quæ de talibus nominibus, a jureconsultis in arte sua adhibitis, observavit Bynkersh. *obs. lib.* 1. *c.* 22. Hein.

LUCRARI. *Lucrati* duumviratus curas, id est, liberati & soluti a duumviratu, & officio curatoris civitatis *l.* 1. *C. Theod. de honor. codicill.*

Lu-

LUCRATIVA causſa adpellatur, ex qua accipienti nihil abeſt, veluti donationis, vel legati *l.* 82. §. 2. *D. de legat.* 1. *l.* 13. §. 25. *D. de act. emt.* & aliis locis. Ex promiſſione dotis lucrativa causſa non eſt, ſed quodammodo creditor aut emtor intelligitur, qui dotem petit *l.* 19. *D. de oblig. & act. Lucrativa* poſſeſſio, i. e. quam quis ex lucrativa causſa nactus eſt. *Lucrativas* res eas tantum volumus adpellari, quæ hereditatis, legati, fideicommiſſi jure, mortis causſa donatione, vel cujuslibet poſtremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio, ſimplici liberalitate confecta *lucrativæ* merebitur & nomen, & ſarcinam. Si vero vel ſocer futurus filii, vel nepotis, vel pronepotis ſponſæ, adfinitatis coeundæ causſa donaverit, vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem, curiali, ſeu extraneo nubentem, donaverit, licet caſus eventu res ejus, cui data eſt, vertatur ad lucrum, inter lucrativas non numerabitur *leg. un. C. de impon. lucrat. deſcr. Lucrativa* in dicto titulo *C. Juſtin. & C. Theod.* Jac. Gothofr. interpretatur de iis, quæ non curialis de ſubſtantia, curialis ex lucrativa causſa percepit *l.* 16. *in fin. C. Theod. de agent.* ſeu de poſſeſſionibus, quas quis ex lucrativa causſa detinet, quum antea fuerint curalium *l. un. C. Th. de imp. lucr. deſc. l.* 123. *Cod. Theod. de decurion. l.* 173. *eod. tit.* puta, ſi quis non curialis legitimus vel teſtamentarius heres, fideicommiſſarius, aut legatarius curialis fuerit, vel etiam viventis locupletatus fuerit liberalitate *l.* 107. *C. Theod. de decurion.* Hujusmodi *lucrativis* certa deſcriptio imponebatur, a poſſeſſore præſtanda *l.* 16. *C. Theod. de agent. l.* 107. *C. Theod. de decurion.*

LUCRIFACERE dotem *l.* 10. *D. ſol. matr. l.* 6. *D. ad leg. Falcid. l.* 29. *D. l.* 29. *D. de religioſ.* hereditatem *l.* 1. §. 4. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* ſervum *l.* 14. §. 8. *D. de ſerv. corrupt.* ſuperficiem *l.* 86. §. *ult. D. de legat.* 1. *Lucrifit* aqua *l.* 5. §. 3. *D. de aqu. quot. & æſtiv.*

LUCROSA bona *l.* 8. §. 2. *D. qui teſtam. fac.* hereditas *l.* 17. *D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l.* 3. *D. de bon. poſſeſſ.* §. 1. *Inſt. de auct. tut.* ignorantia *l.* 6. §. 10. *D. quæ in fraud. cred.*

LUCRUM facere, & *damno affici* adverſantur *l.* 22. *D. ex quib. cauſſ. major. Lucrum* adventitium *leg.* 4. *D. de manum. Lucro* ejus cedit *l.* 22. *D. ſolut. matrim.* Si quod lucrum ex emtione deſcendit *l.* 7. *D. pro ſoc. Lucrum* extorquere *leg.* 5. §. 1. *D. de calumniat. Lucrum* facere ex alterius poena vel damno *l.* 18. *D. ex quib cauſſ. major. Lucrum* non intelligitur, (in ſocietate) niſi omni damno deducto, neque damnum, niſi omni lucro deducto *l.* 30. *D. pro ſoc. Lucrum* quod (quis) ſenſit *l.* 25. *D. de hered. pet.* ſuo *lucro* non meo commodo ſtudet *l.* 6. §. 2. *D. de neg. geſt.* De *lucro* quoque minoribus ſubvenitur *l.* 7. §. 6. & §. 8. *D. de minor.* Multum intereſt, utrum damnum quis faciat, an lucro, quo adhuc utebatur, uti prohibeatur *l.* 36. *D. de damn. infect.*

LUCTAMEN. Adpellationis injuſtæ diſcrimen competenti ſubire *luctamine l.* 40. *C. Theod. de adpell.* Etiam ſi quod poſſit tribui de proprietate *luctamen l. un. C. Th. quor. bon.*

LUCTUOSA hereditas *leg. ult. C. de inſtit. & ſubſtit.* portio *l.* 28. *C. de inoff. teſt.* ut & *luctuo-*

luctuosum lucrum *l. ult. C. commun. de succeſſ.* adpellabatur hereditas liberorum, quæ ad parentes redibat. Similes loquutiones & alibi paſſim occurrunt. Sic eadem hereditas vocatur triſtis ſucceſſio §. 2. *Inſt. ad SC. Tertull.* item non grata hereditas, ſed triſte lucrum *l.* 11. *C. comm. de ſucceſſ.* quia nimirum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul & parentum commune votum *l.* 7. §. 1. *D. ſi tab. teſt. null. exſtab.* vel, quia illis non debetur filiorum hereditas, propter votum parentium, & naturalem erga liberos caritatem, ſed quia turbato ordine mortalitatis non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet *l.* 25. *pr. D. de inoff. teſtam.* id eſt, quia lucrum iſtud parentes non niſi cum luctu, & gemitu & contra votum capiunt. *Hein.*

LUCTUS ægritudo eſt in ejus, qui carus fuit, interitu acerbo. Lamentatio vero eſi ægritudo cum ejulatu. Cicero 4. *Tuſcul.* quæ ad bonorum fortunæ amiſſionem aliquando extenditur: Juvenal. *Sat.* 13. De luctu minuendo exſtat lex hæc XII Tabularum: *Mulieres genas ne radunto, neve leſum funeris ergo habento*, i. e. Mulieres ne genas unguibus dilanianto, ſeu faciem carpunto, neque lugubrem ejulationem, ſeu fletum in funeribus adhibento. Vid. Feſt. in verbo radere. Hic vero luctus domeſticus adpellabatur. Luctus annuus lege firmatur *l.* 1. *D. de his qui not. infam.* Luctus vero feminarum minutus fuit ampliſſimo decreto, quo triſtior habitus, aliaque triſtitiæ inſignia mulieribus remittuntur *l. decreto C. ex quib. cauſſ. infam. irrog.* At, quæ nondum a viro cognita fuit, illum lugere debet *l. denique D. de rit. nupt.* Tempus *luctus* continuum eſt *l. genero D. de his, qui not. inf.* Non ſolent autem lugeri hoſtes, vel perduellionis damnati, neque ſuſpendioſi, neque qui ſibi manus intulerunt, non tædio vitæ, ſed mala conſcientia Cujac. *lib.* 15. *obſerv. c.* 34. Vid. *l. minime D. de religioſ.* Viri uxores lugere non compelluntur *l. uxorem D. de his, qui not. inf.* Qui luget a conviviis, ornamentis, purpura, & alba veſte abſtinere debet Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 23. Luctum publicum matronarum Romæ tradit Livius *lib.* 2. Dionys. *lib.* 5. Cauſſas minutionis luctus Feſtus profert *in verbo minuitur.* At militibus & Ducibus jus hoc ſingulare legibus fuit conceſſum, ut ſi eorum corpus non compareret, lugerentur *l. fin. §. fin. D. de his qui not. infam.* Dn. Giron. Vid. in *lugere.*

Luctum habere memoriæ *l. ult. D. de his, qui not. infam. Luctus* tempus legitimum vid. ſupra ſub art. *legitimum.* Luctu liberorum & parentium *l.* 11. *D. eod. tit.* Sponſi nullus *luctus* eſt *l.* 9. *D. eod. tit.* Vid. infra *lugere.*

LUCULENTA conſonantia §. 2. *procem. Inſt.*

LUDERE aleam *l.* 26. *D. de injur.* Suet. *Aug. c.* 71. de Auguſto epigramma ſcribit vulgatum ejuſmodi: Poſtquam his claſſe victus, naves perdidit, aliquando ut vincat, *ludit* aſſidue aleam. *Ludere* pila *l.* 11. *l.* 52. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.*

Ludere pro *eludere.* Si poſt has conteſtationum voces longa debitoris abſentia vel redhibitio proteletur, vel novatio juſta *ludatur l. un. C. Th. ſi cert. pet. de chirogr.* Sic in *l.* 5. *eod. C. de denunc. vel edit. reſcr.* Nullis eum temporum moris eſſe *ludendum*, hac lege decernimus.

LUDIBRIO corporis ſui quæſtum facere *l.* 15. *C. Th. de ſcenic.*

Lu-

Ludibrio habere filium vel servum *l. 26. D. de injur.*

LUDICRAS artes agitari *l. 2. C. Theod. de majuma.* De iis vide supra art. *ars.*

LUDIFICANTE mora in longum protrahere *l. un. C. Th. de petit. & desist.* Ludificatur possessor *l. 8. §. 8. D. quib. mod. pign.*

LUDIFICATIONES admitti non convenit *l. 1. C. Th. quæ adpell. non rec.*

LUDUS pro spectaculo. Tales in jure nostro *l. 10. D. ad Leg. jul. de vi publ.* & alibi memorantur *ludus* bestiarius apud Senecam *Epist. 70.* qui & simpliciter *ludus* dicebatur, & pœnæ mediocris genus statuebatur a Paullo *lib. 5. Sent. tit. 17. §. 3.* Ludi Circenses *lib. 122. D. de legat. 1. l. 2. l. 4. l. ult. C. Th. de præt. & quæst.* curules, vel curule certamen *l. 1. C. Th. de equ. curul.* de quibus vide suis locis, vel equorum circensium spectacula, uti in *l. 1. D. de mun. & honor.* Ludus gladiatorius *l. 1. C. Theod. ad leg. Fab. l. ult. C. de gladiat.* B. Cyprian. *lib. 2. epist. 2.* Paratur ludus gladiatorius, ut libidinem crudelium hominum sanguis oblectet. Isidor. *lib. 18. etymol.* Ludus gladiatorius inde dictus, quod in eo juvenes usum armorum condiscant, & modo inter se aut gladiis, aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes subeant ferale certamen. Quinctilian. *Declam. 302.* Non sumus magnæ legis interpretes, non *ludum*, non arenam, nec armorum scientiam complexa est. Tertullian. *de patient. c. 7.* Quum denique ludo, & castris se locant. Lactant. *lib. 6. divin. Inst. c. 20.* Hos tamen *ludos* vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. *Ludi* Scenici *l. 122. D. de legat. 1. l. 2. l. 4. C. Theod. de præt. & quæst.* & apud Cic. *lib. 3. de orat. c. 1.* Iidem & *ludi* theatrales *l. 2. C. Theod.* ludus venatorius *l. 8. §. ult. D. de pœn.* vid. infra art. *venatio.* Et ad *ludos* hujusmodi ferales pertinent loquutiones *Ludo* adjudicari *l. 8. C. Theod. de pœn.* Quam pœnam irrogari Christianis vetant Impp. Valentinianus, & Valens *d. l. 8. C. Theod. de pœn.* Et caussa est, cur in constitutione quadam Constantini, in qua scriptum fuerat; *Si quis in ludum fuerit, vel in metallum damnatus*, Tribonianus tantum *metalli* mentionem fecerit *l. 17. C. de pœn.* ut patet ex *l. 2. C. Theod. eod. tit.* Servi in ludum venatorium dari solent *l. 8. §. ult. D. de pœn.* vel ad *ludum* damnari *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 1. §. 7. l. 2. C. Th. de pœn.* Plin. *lib. 10. epist. 40.* Quidam vel in opus damnati, vel in *ludum*, & similia his genera pœnarum. Tertull. *de spectac. c. 19.* Etiam qui damnantur in *ludum*, quale est, ut leviore delicto in homicidas emendatione proficiant. Clemens *Constit. Apostol. lib. 5. c. 1.* Εἰ τις χριστιανος καταχριθη υπο ασεβων εις λυδον, η θηρια, η μεταλλον. *Si quis Christianorum ab impiis in ludum, vel ad bestias, vel in metalla damnatus sit.* Et ad hoc pœnæ genus spectant verba hæc Senecæ *lib. 2. de clement. c. 6.* Catenas solvi jubebit, & *ludo* eximet.

Ludus & pro schola liberalium artium accipitur. *Ludi* litterarii magistri *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.* Seneca *Epist. 94.* Si ludum litterarium intraveris, scies, ista, quæ ingenti supercilio philosophi jactant, in puerili esse præscripto. Idem tamen *Epist. 71.* Ludum quoque philosophorum dixit. Ceterum *ludi* litterarii magistri, teste Ascon. *in Divinat.* proprie sunt *ludimagistri*; omnem enim scholam *ludum* dixere Romani.

Te-

Terent. *Phorm. Act.* 1. *sc.* 2. In quo hæc discebat ludo. Vetus glossarium: Ludimagister, γραμματοδιδασκαλος. In officio quoque militari omne negotium, vel pugnam esse, vel *ludum*, ait Donat. *in Phorm. Act.* 2. *sc.* 2.

LUERE, significat solvere, teste Varrone *lib.* 4. & 5. *de ling. lat.* & Festo Pompeio non uno loco. Idem Varro in εκατομβη περι θυσιων, citante Nonio, *in verbo lutavi*: In quo ego, ut puto, quoniam est *luere solvere*, *lutavi*. Vetus Glossarium: *luere διαλυσαι. luit*, απετισεν. Eo pertinent sequentia: Capite *luendum*, vel minore supplicio *l.* 16. §. 4. *D. de pœn.* Luere debitum *l.* 3. *C. Th. de denunc. vel edit. resc.* fundum a testatore obligatum *l.* 78. §. 6. *D. ad SC. Treb.* id est, liberare nexu pignoris soluto debito. *Luere* ornamentum pignori positum *l.* 33. §. *ult. D. de legat.* 3. pignus *l.* 7. §. 22. *D. commun. divid.* pœnam *l.* 8. *D. de juriſd.* Serv. *in lib.* 10. *Æn. v.* 32. *luant* peccata ait, id est, absolvant. Dicimus autem & *luo* pœnam, melius & *luo* peccatum. Nam peccatum solvitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxius, eum pœna a pristina liberat obligatione. Contra *luo* pœnam si dixeris, non præcedit, quare pœna solvatur. Tamen auctoritas ita licenter confundit, more, quo solet poni vel a sequenti, quod præcedit, vel præcedenti, quod sequitur. *Luere* prædium a creditore *l.* 52. §. 1. *D. de act. emt.* rem obligatam *l.* 57. *D. de legat.* 1. Luere se *l.* 8. *C. de re milit.* quod faciunt, qui alterius pecunia ab hostibus redemti ab eo se liberant: quia nexu quodam pignoris pro ea pecunia tenentur. Ejusque nexus solutio, quæ fit præstito redemptionis pretio, *luitio* adpellatur *l.* 1. §. 4. *D. de suis & legit. l.* 15. *D. de capt. & postl.*

LUGDUNUM. Plinius coloniam vocat *lib.* 4. *c.* 18. Olim vero hanc urbem insulam adpellatam, quod in confluente Rhodani & Araris sita esset, non male colligi videtur ex Polyb. *lib.* 3. *c.* 49. *p.* 280. *edit. Gronov.* ubi hanc ipsam urbem digito demonstrare videtur, quum ait, secundum latinam interpretationem: Hannibal quarto die, postquam a Rhodano erat profectus, ad insulam, quam vocant, pervenit, regionem, & cultoribus frequentem, & frumenti feracem, e re ipsa ita nominatam, siquidem hinc Rhodanus, inde Arar latera duo illius præterfluens, qua in unum confluunt, fastigiatam ejus figuram reddunt. Est autem similis regio ista tum magnitudine, tum figura illi, quod in Ægypto Delta nuncupant. Quem Polybii locum ita verbum fere verbo Livius *lib.* 21. *c.* 31. reddit. Quartis castris ad insulam pervenit. Ibi Arar, Rhodanusque omnes, diversis ex Alpibus confluentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in unum, mediis campis Insulæ nomen inditum. Hæc quidem Livius. Verba autem hæc in Lugdunum cadere palam est. Neque enim alibi, ut oculis hodieque cernitur, Rhodano Arar miscetur, & hodiernus urbis situs vetusto hac in re congruit. Testis locuples Strabo *lib.* 4. *p.* 283. Πλησιον υπερκειται της Ουιζιννης το Λουγδουνον, αφ' ου συμμισγουσιν αλληλοις ο, τε Αραρ, και ο Ροδανος. Paullo supra Viennam est Lugdunum, ubi Arar & Rhodanus confluunt. Ptolomæus *lib.* 2. *cap. de Gallia Celtica Narbonensi*, de Rhodano agens: *Inter flumina* (ait ex versione latina) *hæc una ruentia Arar & Dubis septentrionalem Lugduni partem influunt, invicem con-*

confluentes, *ac commixti*. Verum in Polybii Græco exemplari Arar (de quo sensisse eum Livius evincit) perperam Σκοραs vocatur, nisi quis Σκοναs σαυκοναs emendandum esse dicat, quo quidem vernaculo nomine a quibusdam Latinis auctoribus, maximeque ab Ammiano Marcellino adpellatur fluvius ille, quem Cæsar *de bell. Gall. lib.* 1. *c.* 12. tradit *per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum influere incredibili lenitate, ita ut oculis, utram in partem fluat, judicari non possit.* Sed quum a Græcis auctoribus Strabone & Ptolemæo Αραρ adpelletur, religio esset, Gallicam Polybio vocem inferere. Enim vero ad has nostras litterarias epulas minorum gentium auctorem Henricum Monachum, qui Caroli Calvi Imperatoris temporibus floruit, invitare non pigebit. Nec enim ασυμβολος veniet, sed imi lecti conviva, non modo in aliorum sententiam lingua ibit, verum etiam originem Gallicæ Lugduni vocis, vulgo incognitam patefaciet. Ex ejus ergo vita *B. Germani* Antissiodorensis Episcopi *lib.* 4. excerptos quatuor versus lectorem plausu excipere jubeo. Sic autem habent: *In Lugdumenses æquis processibus arces Vexit, Arar Rhodano sese sub mœnibus abdens Lugduno celebrans Callorum famine nomen Impositum quondam, quod sit mons lucidus idem.*

Lugdumensis colonia apud Senecam *Epist.* 91. ex qua discimus, Neronianis temporibus eam urbem totam, quod vix post hominum memoriam oppido cuiquam accidebat, incendio ita absumtam, ut ad aream redigeretur: atque eo casu eleganter inter *urbem magnam & nullam* unius tantum noctis intervallum interfuisse ait. Eadem Epistola de eadem urbe agens Seneca: Civitas, ait, arsit opulenta, ornamentumque provincialium, quibus & inserta erat, & excepta: uni tamen imposita, & huic non altissimo monti. Deinde aliquot interjectis: Huic coloniæ ab origine centesimus annus est, ætas ne homini quidem extrema. Deducta in hanc frequentiam loci oportunitate convaluit. Eusebius in Chronico interprete D. Hieronymo *Olympiade* 188. Munacius Plancus, Ciceronis discipulus, orator insignis habetur, qui quum Galliam Romanam regeret, Lugdunum condidit.

Lugdunenses Galli *l. ult. D. de censib. Lugdunensis* legatus *l.* 15. *§. ult. D. de excusat.* provincia Ulpianus apud *Auctorem Collationis Legum Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2.

LUGERE non est simpliciter amissos maritos, parentes, liberos, propinquos deflere, mortuosque lacrymis, ploratu, & questu prosequi, sed hoc amplius eo nomine lugubria, seu luctus insignia sumere, gestare, aliaque mœroris indicia recepta dare, Paull. *Sent. lib.* 1. *tit.* 21. §. 14. Qui *luget*, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura, & alba veste. Liv. *lib.* 34. *c.* 7. Quid aliud in *luctu* mulieres, quam purpuram atque aurum deponunt? Quid, quum *eluxerunt* sumunt? Si quis in bello occiderit, etsi corpus non compareat, lugebitur *l. ult. D. de his qui not. infam. Lugeri* more majorum non solebant hostes, perduellionis damnati, suspendiosi, nec qui manus sibi attulerant, non tædio vitæ, sed mala conscientia *l.* 11. §. 1. *D. de his qui not. infam.* Add. *l.* 35. *D. de relig. & sumt. fun.* Imprimis per annum, & olim per decem menses lugendus erat maritus, adeo ut eum, qui absentem accepit uxorem, deinde rediens a cœna juxta Tiberim periit,

ab uxore *lugendum* reſponſum ſit *l.6. D. de rit. nupt.* Plane ſi mulier poſt legitimum tempus virum mortuum reſciſſet, ipſa die & ſumebat lugubria, & deponebat *l. 8. D. de his, qui not. infam.* Parentes & liberi utriuſque ſexus, nec non & ceteri adgnati, vel cognati, ſecundum pietatis rationem, & animi patientiam, prout quiſque voluerit, *lugendi* ſunt *l. 23. D. de his, qui not. infam.* Parentes & filii majores ſex annis anno *lugeri* poſſunt, minores menſe, mariti decem menſibus, & cognati proximioris gradus octo Paull. *lib. 1. Sent. tit. 21. §.13.* Sponſæ nulla erat ſponſi mortui lugendi neceſſitas impoſita *l. 9. D. de his, qui not. infam.* Viris quoque nullum legitimum tempus eſt, quia, ut Paullus ait, viri uxores lugere non compellebantur *d. l. 9. eod. tit.*

LUGUBRIS veſtis *l. 15. §. 27. D. de injur.* pro quo uſurpatur neutrum plurale *lugubria* in *l. 8. D. de his, qui not. infam. l.15. C. ex quib. oauſſ. infam. irrog.* & apud Ovid. *lib.11. metam. v. 669. lib.4. triſt. eleg. 2. Propert. lib.4. eleg. ult. v. 96.* Lucan. *lib. 2. v. 365.* Lugubria autem Tacit. *lib. 2. Annal. cap. 8.* inſignia lugentium vocat. Πενθημα vocant Appian. *in par. περι πρεσβειων c. 2.* & Maximus *in Schol. Epiſt. Dionyſ. ad Demophilum.* Sumere *lugubria*, & contra *deponere l.8. D. de his, qui not. inf.*

LUITIO, ſolutio, liberatio *l. 14. C. Th. de nav.* Luitio pignoris *vubr. C. de luit. pign.* Vid. ſupra *luere.*

LUMEN, quo cœlum & aër adſpicitur, ſoliſque, ac diei claritas, fulgor in ædes, cœnaculave admittitur. *Lumen*, ait Paullus, id eſt, ut cœlum videretur, & intereſt inter *lumen*, & *proſpectum.* Nam *proſpectus* etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt *l. 16. D. de ſerv. urb. præd.* Hinc *lumina* excipere & minuere *l. 4. D. eod. tit.* Lumina immittere *l. 13. §. 7. D. de uſufr.* id eſt, aperto pariete feneſtras immittere. Eos, qui jus *luminis* immittendi non habent, aperto pariete communi, nullo jure feneſtras immiſiſſe *l. 40. D. de ſervit. præd. urb.* Officere luminibus, & obſcurare ædes *l. 10. D. eod. tit.* Jura altius tollendi, & officiendi luminibus vicini *l. 2. D. eod. tit.* Servitus *luminum*, & ne luminibus officiatur *l. 4. l. 15. l. 25. D. eod. tit.* Alia autem eſt *luminum* ſervitus, alia, ne *luminibus* officiatur. Etenim *luminum* in ſervitute conſtituta, id adquiſitum videtur, ut vicinus lumina noſtra excipiat. Quum autem ſervitus imponitur, ne *luminibus* officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus ſit vicino, invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina ædificiorum noſtrorum *l.4. D. de ſervit. præd. urb.* Præterea inter ſervitutes, ne *luminibus* officiatur, & ne *proſpectus* offendatur, aliud & aliud obſervatur: quod in *proſpectu* plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum: in *luminibus* autem non officere, ne lumina cujuſquam obſcuriora fiant. Quodcumque igitur faciat *luminis* impedimentum, prohiberi poteſt, ſi ſervitus debeatur *l. 15. D. eod. tit.* Si ſervitus impoſita fuerit, *lumina* quæ nunc ſunt, ita ſint *l.23. D. de ſervit. præd. urb.* Lumine unico *l. 6. §. D. de offic. præſ.* id eſt, cœnaculo vel cubiculo unico, quod modico *lumine* lucem e cœlo accipit. Cujuſmodi cœnaculum ſeu fuſcam cellam *tenebras*, propter obſcuritatem, vocat Juvenalis *Sat. 3. v. 22*

In *lumen* pervenire dicuntur

talla eruta. Forte enim arbitramur, ut etiam complures saxorum nitentium venæ in lumen, usumque perveniant *l.* 2. *C. Th. de metall.*

Lumen pro lucerna. *Lumina* accendere Diis *l.* 12. *C. Theod. de pagan.* Lumine adhibito *l.* 10. §. 3. *D. de Ædil. edict.* Edicto *de inspiciendo ventre custodiendoque partu*, de conclavi, in quo mulier paritura erit, ita cavetur: *Tria lumina, nec minus, ibi sint*, scilicet, quia tenebræ aptiores ad subjiciendum sunt *l.* 1. §. 10. *D. de inspic. ventr.*

Lumen cælestis lavacri pro baptismo *l. ult. C. Theod. de spectac.* Lumen de lumine, Christus filius Dei *l.* 6. *C. Theod. de hæret.*

Lumina pro oculis. Et ita luminibus captus dicitur cæcus *l.* 17. *D. ad municipal.* utrisque luminibus orbatus *l.* 1. §. 1. *D. de postul.*

LUNATICUM mancipium *l.* 43. *D. de Ædil. edict.* Lunaticum vero morbum quidam explicant insaniæ genus, quo ægri per intervalla divexantur. Alii hoc nomine epilepsiam significari censent, vel quod lunæ incremento invalescat, vel quod interlunio nati ei morbo obnoxii sint. Cui sententiæ suffragatur D. Matthæus *Evang. c.* 4. *v.* 24. Lunaticos σεληνιαζομενους vocans. Apud eumdem quoque *c.* 17. *v.* 15. σεληνιαζεσθαι dicitur, qui morbo comitiali laborat, ut verba ipsa indicant, quæ ita habent: οτι σεληνιαζεται, και κακως πασχει πολλακις, γαρ πιπτει εις το πυρ, και πολλακις εις το υδωρ. *Lunaticus* est, & dira patitur. Sæpe enim in ignem, sæpe in aquam incidit. Aret. *diuturn. morb. lib.* 1. scribit, quosdam existimasse caducum morbum a luna immitti flagitiosis hominibus, unde σεληνιακων nomen ipsis tributum. Idemque sensit Seren. Sammon. quum de morbo comitiali tractans *c.* 25. ait: *Ipse Deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.* Ubi ruinæ adpellatione casum, & prolapsum caducorum accipe. Firmicus tamen Maternus *lib.* 4. *lunaticos* a caducis distinguit. Ac plane Ulpianus *furioso lunaticum*, licet sub disjunctione adjungens, satis aperte significat, in animo habuisse se de insaniæ magis specie, quam de comitiali morbo loqui.

LUPANARIUM jurisconsulti dicunt, quod alii *lupanar l.* 21. §. 11. *D. de recept. arbitr.* ubi inter inhonesti loci exempla Ulpianus & *lupanarium* ponit. Quæ in *lupanario* perceptæ pensiones *l.* 27. §. 1. *D. de hered. pet.* Quo loco Ulpianus *inter multorum honestorum virorum prædia lupanaria exerceri*, ait. De his in prædiis quædam etiam observavit Merill. *lib.* 2. *obs. c.* 12. Habebant venalia hujusmodi mancipia domini, quorum ex lascivia quæstum facerent, eoque etiam pertinet *l.* 38. *D. de oper. libert.* ubi Jurisconsultus: Nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quamvis adhuc corpore quæstum faciat. *Hein.* Porro D. Hieronymus *in Chron.* Arcam Laurentiam propter rapacitatem corporis quæstuosi a vicinis lupam adpellatam, indeque meretricum cellulas *lupanaria* dici scribit. Lactant. *lib.* 1. *divin. instit. c.* 20. de eadem Laurentia: Fuit enim Faustuli uxor, & propter vulgati corporis utilitatem *lupa* inter pastores, id est, meretrix nuncupata est. Unde etiam *lupanar* dicitur. Vid. & Serv. in *Æn.* 1. *v.* 277. Isidorus *lib.* 19. *c.* 42. Idem & *lupanar* vocatum ab iisdem meretricibus, quæ propter vulgati corporis utilitatem *lupæ* nuncupantur. Nam lupæ me-

retrices sunt vocatæ, a rapacitate, quod ad se miseros rapiant, & adprehendant.

LUPINUS aliis *lupinum* inter fruges numeratur a Juliano *l.* 77. *D. de verb. signif.* Virgil. *Georg.* 1. Tristisque *lupini* sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem. Unde probabile est dictos *lupinos απο της λυπης, a tristitia*, quia vultum gustantis amaritudine contristant, dicente Isidoro *lib.* 17. *c.* 4. Lupini autem non in comœdiis tantum, sed extra eas etiam, nummorum vice erant, ut Marcilius Torrentiusque docent ad istud Horatii 1. *epist.* 7. 23. *Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis.* Hinc Jurisconsultus in *l.* 2. *C. de aleat.* Sed & si quis sub specie alearum victus sit lupinis, vel alia materia, cessat adversus eum omnis exactio. Ubi legi merentur, quæ de lupinis adnotavit Turneb. *lib.* 1. *adversar.*

LUSCITIO, ubi homo, lumine adhibito, nihil videt *l.* 10. §. 3. *D. de Ædil. edict.* Quibus Nonius consentiens: *Luscitiosi*, inquit, qui ad lucernam non vident, & *μιωπες* a Græcis vocantur. Varro *lib.* 8. *disciplinar.* Vesperi non videre, quos adpellant *Luscitiosos.* Idem *in Andabatis*: Ædepol, idem cæcus, non luscitiosus est. Isidor. *lib.* 9. Luscus, inquit, quod lucem ex parte sciat, sicut *luscitiosus*, qui vespere nihil videt. Non absre autem Ulpianus in *d.* §. 3. de myope ait: *Quidam putant.* Nec enim inter omnes constat. Quinimmo sunt, qui *luscitiosos* dictos censent eos, qui plus vespertino, quam matutino aut meridiano tempore videant. A quorum partibus stant Festus Pompeius & Fulgentius. Ille enim *lib.* 20. *Luscitionem* vitium esse oculorum definit, quum quis clarius vespertino tempore, quam meridie cernit. Hic vero *in libello de prisco sermone*, *Luscitiosos*, inquit, dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Græci *μιωπας* vocant. Plaut. *in milit. glorios.* mirum est, lolio victitare, tam vili tritico. Quod jam *luscitiosus.* Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obscurentur. Seneca *lib.* 3. *de benef.* Luscitiosi oculi sunt, qui lucem reformidant, cæci qui non vident. Dio Cassius *lib.* 17. vitio hoc laborasse Tiberium ita scribit: *πλειστον γαρ τω σκοτους βλεπων ελαχιστα της ημερας εωρα.* Plurimum enim noctu, minimum interdiu videbat. Quod & Suetonius confirmans, eumdem Principem *etiam noctu in tenebris vidisse* scribit.

LUSITANIA Hispaniæ regio, quam a Luso Liberi patris comite nomen inveniisse, Plin. *lib.* 3. *c.* 1. tradit, cujus descriptionem vide apud eum *lib.* 4. *c.* 21. In *Lusitania* vel *Lysitania* Pacenses, sed & Emeritenses juris Italici sunt *l. ult. D. de censib.* A *Lusitanis* capti *l.* 21. *D. de negot. gest.* Seneca in *versib. ad Cordubam.* Non *Lusitanus* quateret quum mœnia latro.

LUSOR *l.* 1. §. 1. *D. de aleat.* Seneca *lib.* 2. *de benef. c.* 17. Necesse est, *lusor* bonus aliter illam collusori, aliter brevi mittat. Et mox: Ubi malignis *lusoribus* propositum est, collusorem traducere.

LUSORIE agere dicitur, qui cum adversario colludit *l.* 50. §. 1. *D. de legat.* 1.

LUSORIÆ naves, amnicæ, ad impediendas barbarorum excursiones in fluminibus ultro citroque discurrentes. Quod *ludum* dixit Senec. *Epist.* 4. his verbis: Momento mare vertitur eadem die, ubi luserunt navigia sorbentur. Tales *Lusoriæ* Danubii *rubr. C. Theod. de lusor. Danub.* Sane in

No

Novellæ Theod. & Valentin. de ambit. & loc. limitan. ubi vulgo: *Castrorum quin etiam ipsis luxuriarumque, pro antiqua dispositione curam refectionemque mandamus*, quidam *Lusoriarum* emendandum existimant, alii *clausurarum*, quorum utrumque ferri potest. Simile vitium inuasit *l.* 4. *C. de offic. milit. judic. & l.* 4. *C. de offic. magistr. offic.* ubi pro *clausurarum, luxuriarum*, *lustrationum* legendum *Lusoriarum*, ceu luculenter probat Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 475. *Lusorias* porro limiti Mysiaco deputant Imperatores *l. un. C. Theod. de lusor. Danub.* Lusorias marinas quoque naves facere videtur Seneca his verbis: Cui triremes, & cerastas non mitterem *lusorias*, & cubiculatas, & alia ludibria regum, in mari lasciuientium. Vid. art. *navis.*

Lusorium, derisorium, inane & sine effectu. Sic *Lusoria* erunt hujusmodi edicta *l.* 75. *D. de judic.* Alioquin inane & *lusorium* prætoris imperium erit *l. ult. D. ne quid. in loc. publ. Lusoriæ* minæ *l.* 4. *pr. D. si cui plus quam per Leg. Falcid.*

Lusorium ii, locus ubi se Principes privatim conficiendis feris oblectabant. Seneca *Epist.* 80. Lactant. *de mort. persequut. c.* 21. Scholiast. Juvenal. *Sat.* 4. *v.* 100. Hein.

LUSTRALE aurum, quod a negotiatoribus & mercatoribus uno quoque lustro pendebatur *rubr. C. de lustral. aur. collat.* cujusmodi collatio χρυσοστυπτικὴ συντέλεια vocatur *l.* 1. *l.* 2. *C. eod. tit.* Atque hoc tributum ab Anastasio sublatum narrat Evagr. *lib.* 3. *hist. eccles.*

Auri hujus *lustralis* inventor Constantinus Magnus, de quo Zosim. *lib.* 2. *hist.* cujus verba sic latine reddita: Idem & auri, argentique collationem imposuit omnibus ubique terrarum negotiationes exercentibus, & dardanariis oppidorum, ad vilissimos usque, ne miseris quidem meretriculis hac collatione exemtis. Idem Zosimus exactorum hujus auri acerbitatem ac truculentiam multis exagerat verbis, ostenditque, eò adactos hac exactione esse homines, ut patres liberos vendiderint, filiasque prostituerint. Attamen jam ante Constantinum M. tale ab Imperatoribus exactum esse tributum, auctor est Lampridius *in Alex. c.* 22. & 32. A meretricibus vero id tributum magis veterum injuria, quam Constantini M. jussu exactum esse, patet ex Theodosii junioris Novella 18. *de lenonibus*. Addatur Jac. Gothofr. *Commens. ad C. Th. Tom.* 5. *p.* 3. *seq.* Hein.

Lustralis census apud Ulpian. *tit.* 1. §. 8. dictus est a lustro, quod censum semper sequebatur, de quo Livius *lib.* 1. *c.* 44. Ad lustrum hoc inprimis respiciebant Jurisconsulti, quoties de effectu professionis censualis quæstio incidebat; adeo, ut si servus per censum esset manumissus, libertatem non prius consequeretur, quam condito lustro, ac interim pœnitere liceret domino. Cic. *de Orat. lib.* 1. *c.* 40. *Fragm. vet. Jurisc.* apud Pithoëum §. 17. Vid. Cujac. *lib.* 3. *obs. c.* 22. & Schulting. *jurispr. antejust. p.* 564. Hein.

Lustralis possessio, id est quinquennalis *l. un. C. Theod. de quinquenn. præscr. Novell. Theod. & Valent. de lenonibus.*

LUSTRAMENTUM in *l.* 3. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* ex quorumdam sententia, nihil aliud est, quam ἀσελγεια, ἀφροδισιασμος a *lustris*, id est lupanaribus dictum.

LUSTRUM, quemadmodum Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* scribit, nominatum tempus quinquennale, a luendo, hoc est, solvendo,

quod quinto quoque anno vectigalia & tributa per censores persolvebantur. Festus Pompeius: *Lustrum*, quum prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem Serv. *in Æn. 1. v. 287. Lustris*, inquit, *quinquenniis*. Lustrum autem dictum, quod post quinquennium unaquæque civitas lustraretur. Isidor. *lib. 5. cap. 37.* Lustrum est πεντετηρις, id est, quinquennium, quod quinto anno dicitur condi propter Olympiadas à Romanis. Adhuc enim consules, adhuc Æræ nondum erant. Est enim quinquennale tempus. Ideo vero sic vocatur, quod censu per quinquennium in republica peracto, urbs Roma lustrabatur. Ovid. *lib. 4. ex Ponto eleg. 6.* In Scythia nobis quinquennii Olympias acta est: Jam tempus lustri tranſit in alterius. Apuleius *in Apolog. 7. p. 330.* Annos computat, quod sexaginta mulieri adsignabat, probat quinque & quinquaginta, Lustro mentitus est. In *lustrum* utique, id est, in quinquennium tam privatorum prædia, quam publica, & vectigalia olim locari consueviſſe, adparet ex *l. 9. §. 1. l. 13. §. 11. l. 24. §. 2. & §. 4. D. locat. l. 3. §. 1. D. de adminiſtr. rer. ad civit. pert. l. 25. §. ult. D. ſolut. matr. l. 18. §. ult. D. de ſtipul. ſerv. l. 3. §. 6. D. de jur. fiſc. l. 48. D. de act. emt. l. 17. D. de liberat. leg. l. 4. §. ult. D. de reb. cred. l. 89. D. de verb. oblig.* Ovid. *lib. 4. ex Ponto eleg. 9.* Nunc longi reditus haſtæ ſupponere lustri. Hygin. *de limitib. p. 206.* Solent vero & hi agri accipere per ſingula lustra mancipes.

Lustrorum sacrificia, quæ votis publicis, diebus festis, conviviisque sollemnibus, vel pro frugibus & fœcunditate agrorum, vel pro tutandis finibus, aliisve ex causſis fiebant *l. 5. Cod. Th. de Epiſcop.* & ibi Jac. Gothofr. *Lustralis* sacrificii etiam meminit Livius *lib. 1. cap. 28.* his verbis: Sacrificium *luſtrale* in diem posterum parat.

Lusus aleæ *l. 2. D. de a. leat.* Lusus gratiæ *leg. 3. D. de ſerv. corrupt.*

Lutulentulum prodigium in *l. 17. C. Th. de pœn.* vocatur Eutropius, sacri cubiculi quondam præpositus.

Lux baptiſmalis *l. ult. C. Theod. de ſpectac.* dignitatis *l. 1. §. 1. D. de offic. præf. præt.* inſtructionis *l. 26. C. Th. de petit.* probationum *l. ult. C. ſi min. ſe major.* veritatis *l. 21. D. de teſtib.* Lucis munere excedere, id est, mori *l. un. C. Theod. de hered. pet.*

Luxuria (vel ut in *l. 11. D. de incend. ruin. naufr.* αφειδως legitur, *luxoria*, vid. Auſon. Pomp. *de uſu antiq. loquut. c. 1.*) teste Nonio Marcello, est contra pudorem, & supra modum profusio. Cic. *lib. 1. de offic.* Intelligimus, quam sit turpe diffluere *luxuria*, delicate ac molliter vivere. Idem Non. alibi: *Luxum*, id est, vulsum, & loco motum, quod nunc luxari ignari Latine dicimus. Inde *Luxuria*, quia a recta vivendi via sit excluſa, & ejecta. Ex damni infecti æstimatione ob tectoria, & picturas moderata æstimatio facienda, quia honestus modus servandus est, non immoderata cujusque luxuria subsequenda *l. 40. pr. D. de damn. infect.* Per *luxuriam* id factum, id est, per lasciviam, petulantiam, insolentiam *l. 1. §. 10. D. de Ædil. edict.* Tam lata culpa, ut *luxuria* sit *l. pen. D. de incend. ruin.* id est, deperditi, & nimis securi hominis, ut in *l. 3. D. de jur. & fact. ignor.*

Luxuriose vivere *l. 15. pr.*

pt. D. de curat. furios. §. 23. *Inst. de act.*

LUXURIOSUS adolescens *l.* 8. *D. pro emt.* qui luxu, lascivia, & mollitia diffluit. *Luxuriosa* uxor dicitur, quæ commune lavacrum cum viris libidinis caussa habere audet *l.* 11. §. 2. *C. de repud. Novell.* 22. *c.* 16.

LYCIA, minoris Asiæ regio, cujus fit mentio *l.* 66. §. 20. *D. de legat.* 2.

LYNPHARII pro linifarii in *l.* 13. *C. de murileg.*

LYNTRARII immo potius Lintrarii *leg.* 1. §. 9. *D. naut. caup. & stab.* qui lintres agunt, seu lintrium exercitores, quod navis fluviatilis genus esse indicat Jul. Cæs. *lib.* 1. *de bell. gall. c.* 12. his verbis: Id flumen Helvetii ratibus ac lintribus junctis transibant. Nec vero *lintres* in navium generibus, nominibusque recensitis prætermisit Gellius *lib.* 10. *c.* 25. Græcis dicuntur *καμβοι*, & inter armamenta nonnumquam numerantur. Qui vero illis præest *καραβιτης* adpellatur. Dan. Heins. *Exercit. ad Nov. Test. lib.* 5. *c.* 15.

LYTAS olim Græco vocabulo adpellatos quarti anni studiosos Justinianus tradit in prooem. Digestorum, seu *Const. Omnem reip.* §. 1. & 2. Ubi Turneb. *lib.* 8. *Adversar. c.* 19. *Lytas* magno sine flagitio *solutos* quosdam interpretari scribit, quum *solutores* potius dici debebant, qui jam tantos in jure progressus fecerint, ut de eo respondere prope possint, & quæstiones solvere. Hos enim esse, qui respensis prudentum, & quæstionibus operam dederint. Unde eo trahit versum Juvenal. *sat.* 8. *Qui juris nodos, legumque ænigmata solvit.* De *prolytis* infra suo loco.

In Accursiano exemplari pro *Lytæ* absurde legitur *Hirei*, & pro *prelytæ*, *liritæ*, pro quo alii æque inepte *coloritæ*, alii *colobitæ* legunt, ubi Constant. Landus in *Exercit. p.* 1391. *Tom.* 3. *Thesaur. jur.* cui viro, non indocto, has nugas placere potuisse, miror. *Hein.*

M

MACEDO fuit quidam filius familias *qui* juxta SCi, cui occasionem dedit Macedoniani verba, *inter cæteras sceleris caussas, quas illi natura administravit, etiam æs alienum adhibuevit l.* 1. *D. de SC. Maced.* Theoph. *in paraphr.* §. 7. *Inst. quod cum eo qui in alien. pot.* Etsi autem reliqua SCi verba, *qui pecuniam incertis nominibus credant*, fœneratori conveniant, non tamen ex iis fœneratorem, sed filium familias, qui fœnori sumpserit pecuniam, *Macedonem* ibi adpellari existimandum est.

MACEDONIA. Hujus provinciæ inter inclytas relatæ fit mentio *in l. ult. C. de divers. offic. l.* 8. *C. Theod. de metall. & metall.*

MACEDONIANI hæretici *l.* 5. *C. de hær. l.* 11. *l.* 13. *l.* 59. *C. Theod. eod.* ita vocabantur *πνευματομαχοι*, qui Spiritus S. Divinitatem negabant, nomen sortiti a Macedonio Constantinop. Episcopo, hujus hæreseos auctore. Epiphan. *hæres.* 74. August. *hæres.* 52. Hinc macedonia institutio *l.* 12. *C. Theod. de hær.* Negant Deum esse spiritum sanctum. *Causs.* 24. *qu.* 3. *c.* 39. §. 43.

MACEDONIANUM SCum, utrum Claudii Imp., an Vespasiani temporibus factum sit, non adeo expeditum est ob loca Tacit. *Annal.* 11. *c.* 13. & Suet. *Vesp. c.* 11. Probabilior videtur P. Fabri conjectura *semestr. l.* 25. Vespasianum nimirum Cos. suffectum,

ctum sub Claudio retulisse ad Senatum, & hinc SC. modo Claudio, modo Vespasiano tribui. Eo autem cautum est, ne cui, qui filio famil. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem ejus, cujus in potestate fuisset, actio petitiove daretur *l.* 1. *pr. D. de SC. M.* hinc exceptio SC. Macedoniani *l.* 19. *D. eod.* Illud & absolute SCum vocatur *l.* 10. §. *ult. D. de minor.*

MACELLARIUS, seu lanio vendens carnes *in Clem.* 1. *de vit. & bon. cler.* item qui opsonia lautiora vendit, ferinam, aves &c. vid. Varr. R. R. 3. 2. 11. *tit.* 3. 4. 2. Suet. *Cæs. c.* 26.

MACER. Aemilius Macer. Vid. *Aemilius.*

MACERIA idem est Menagio *amœn. jur. civ. c.* 32. ac quam dicit αιμασιαν *l. ult. D. fin. de V. S.* & *sepem* vertit vet. Glossut & Burgundio alias Berguntio, *parietem* vero idem Menag. Et est quidem Maceria saxorum sicca quædam constructio sine ligamine. Cassiodor. *in psalm.* 61. *item* 89. *&* 143. Terent. *Adelph.* 5. 8. *& ibi* Donat. Confer & Sicul. Flacc. *de cond. agror.* Maceriarum Varro R. R. 1. 14. 4. quatuor genera ponit. Quasdam enim fieri lapide, quasdam e lateribus coctilibus, quasdam e lateribus rudibus, quasdam & ex terra & lapillis compositis. Maceriam ducere *l. pen. D. comm. præd.* Maceria sepulchrorum *l.* 73. *de contr. emt.* de qua agit Brisson. *Antiqu. Select.* 2. *c.* 6.

MACHINA *l.* 1. §. 8. *D. de mort. inf. l.* 5. §. 7. *commod.* est instrumentum oneribus agendis, pellendis in altum tollendis aut demittendis inserviens. Videntur & machinæ fuisse carceres quidam, in quibus servi, aut etiam liberi includebantur. Hinc Servum in machina ponere *d. l.* 5. §. 7. vel in quibus quis volens operis quid agebat, veluti picturam, de qua Plinius his verbis: paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper rogatus, quamquam in machinis. Carcer ejus artis domus aurea fuit. *Machina* frumentaria *l.* 12. §. 10. *D. de instruct. vel instrum. leg. Machina* translate pro quavis fraude, dolo malo, & machinatione *l.* 4. *l.* 5. C. *Theod. de famos. libel. l. ult.* C. *Theod. fin. vegund. l. ult.* C. *eod. tit.*

MACHINAMENTUM callidum *l.* 6. C. *Theod. de curios.* Sunt & machinamenta, veluti organa apud Apul. *de doctr. plat.* 1. *p.* 9.

MACHINARI adversus hostem, latronemve *l.* 1. §. 3. *D. de dolo.*

MACHINARIUS *l.* 31. *D. ad leg. Aquil.* qui machinas conficit, aut, juxta Gothofr. *ad d. l. litt. K.* est qui in machina operatur, vel est qui machinis supra dictis agendis, ut *in d. l.* 31. item aquis ad libellam exigendis, & per canales dispensandis adhiberi solet. Idem Tacito *annal.* 15. *c.* 42. *mochinator* adpellatur. *Machinarius asinus l.* 60. *fin. D. de legat.* 3. *l.* 12. §. 10. *de instruct. & instrum. leg.* An animal machinarum gerulus, seu machinis movendis, transportandisve deserviens, quale Apul. *de asino aur.* 8. *p.* 194. describit? An machina ipsa quædam græcis ὄργανα, animalis nomine dicta, ut aliæ aliorum animalium nominibus designantur, qualia sunt aries, testudo, grus? Posterius adversus Turneb. *adversar.* 8. *c.* 9. adserit Brissonius *de V. S.* ex Suid. *Tom.* 2. *p.* 757. *edit. Kusteri*, & ex Athen. 14. *c.* 3. *p.* 634. Machinarius mensor *leg. ult. D. si mens. falsi. mens.* est qui norma artificiosa, nempe a decempedali di-

distincta, in metiendo utitur, ut ii qui probant opera a fabris mercenariis facta.

MACHINATIO, dolus, techna *l.* 2. §. 2. *D. de dol. l.* 36. *de V. O.* Et ita in numero plurali machinationes *l.* 7. C. *de natur. lib. l.* 28. C. *de inoff. test.*

MACHINATOR qui dolos nectit *l.* 53. C. *Theod. de hæret.* machinator scelerum *l. un.* C. *de latur.* accusationis Apul. *in apolog. p.* 274.

MACTARE (seu afficere) animadversione *l.* 7. C. *Theod. de malef. & mathem.* ultimo supplicio *l.* 9. §. 1. *D. de Leg. pomp. de parricid.* æternis suppliciis vivos mortuosque. Cic. *in Catil.* 1. *c.* 13.

MACULA Sordes qua quid inficitur. Translate, maculam religioni infligere *l.* 19. C. *Theod. de hæret.* macula scenicarum mulierum *l.* 13. §. 1. C. *de nupt.* turpitudinis vel levis notæ macula *l.* 27. C. *de inoff. test.* macula violati pudoris *l.* 11. C. *de quæst.* servilis *l.* 9. C. *de liberal. caus.* servitutis macula *l. ult. D. de natal. rest.*

Macula pro stigmate. Corporales maculas exsequutoribus imponere *l.* 3. C. *de spect. & sumt.*

MACULARE. Maculati absolute pro criminis alicujus macula adspersis *leg.* 41. C. *Theod. de Episc.* hominis cæde maculatus *l.* 6. C. *Th. de indul. crim.* Maculari nota *l.* 2. §. 2. *D. de decur.* maculata opinio *l.* 3. C. *de injur.*

MACULOSÆ (seu turpes) interversorum fraudes *l.* 10. *C. Th. de jur. fisci.*

MADEFACERE. Madefacta humore ædificia *l.* 57. *D. locati.*

MADERE. Madente adhuc filiæ cruore *l.* 2. §. 24. *D. de O. J.*

MÆCENAS vid. infr. *Mecænas.*

MAECIANUS. vid. inf. *Volusius.*

MAENIANA sunt e genere projectorum, utpote quæ ita provehantur, ut nusquam in alieno requiescant *l.* 241. *D. de V. S.* Plin. *lib.* 35. *c.* 10. & Valer. Max. *lib.* 9. 1. Sic autem adpellata fuisse ædificia a Maenio Festus *lib.* 11. scribit, quod is primus in foro ultra columnas ligna (seu provolantia tabulata) projecit, quo ampliarentur superiora spectacula. De eo vide Ascon. *in Divinat. cap.* 16. Græci ἐξωσας adpellant auctorib. Honor. & *Th. in l. pen.* C. *de ædif. priv.* itemque ξολων εξοχας, ἐξοσαρια, nec non παραπετασια. Vide Herodian. *lib.* 8. *extr.* Etiam solaria dicta fuisse, quod soli pateant, scribit Isidor. *lib.* 15. atque ita a Zenone non semel vocantur in *Const.* περι καινοτομιων. i. e. de novi operis nuntiat. quæ est *l.* 12. §. 1. C. *de ædif. priv.*

MAGI apud Persas dicebantur, quos græci philosophos adpellant: Sicut in Evangelio Magi illi quoque accipiuntur. Alio plane sensu Magi dicuntur, qui vulgo malefici, ob facinorum multitudinem nuncupantur. Hi sunt, qui permissu Dei turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Dæmonibus autem accitis, audent ventilare, ut quoscumque suos perimant malis artibus inimicos, ii & sanguine utuntur & victimis, & sæpe contingunt mortuorum corpora. His verbis de magis *in c. nec mirum caus.* 26. *quæst.* 5. quæ ex Augustini libro 21. *c.* 6. *de civit. Dei* petita sunt.

MAGICI adparatus *leg.* 7. C. *Theod. de malef. & mathem. magica* ars. *Plin.* 11. *c.* 37. & 30. *c.* 1. 2. *Paull. rec. sent.* 23.

FACULTAD DE FARMACIA BIBLIOTECA GRANADA

23. §. 16. Magicæ artes *l. 6. C. Theod. d. tit. Magica* carmina *l. 7. C. de malef. & mathem.* cantamina. Apul. *metamorph. 2. p.* 111. *&* 114. incantamenta carminum. Plin. 22. *c.* 11. magici libri improbati *in l.* 4. §. 1. *D. famil. erciſc.* magici ſuſurri §. 5. *Inſt. de publ. jud.*

MAGIS. Magidis fit mentio *l.* 36. *D. de cond. indeb.* Eam inter eſcaria Vaſa Varro de *ling. lat.* 4. ponit, & a magnitudine ita adpellatam dicit. Græcum tamen hoc verbum eſſe (μαγις) & ſignificare vas, in quo τα αλφιζα ματτεται *farina pinſitur*, quod & μακτρα edpellatur, Jul. Pollux *Onomaſt. 6. c.* 10. *ſegm.* 64. *item 7. c.* 5. *ſegm.* 22. ſcribit. Idem *lib. 6. c.* 12. *ſegm.* 83. μαγιδας ſuo tempore adpellatas menſas, quæ adponi tollique potuerint, reperirique apud Sophoclem hoc verbum notat, cujus verba emendatius apud eundem auctorem referuntur *libro* 10. *c.* 23. ubi memorat eas tabulas quoque ſacrificiis inſerviiſſe. Ex hoc autem loco ſuperius ille emendari poteſt. Plinius *lib.* 33. *c.* 11. refert lances ab antiquis *magidas* adpellatas eſſe.

Magis adverbium, quo frequenter utuntur Icti cum ſignificare volunt duorum ſententiarum alteri eſſe præferendam: ut *magis* accipiendum eſt *l.* 10. §. 1. *D. de uſufr.* dicendum eſt *l.* 24. *de inſtr. vel inſtrum. legat.* Et Sic paſſim *magis* eo ſenſu cum variis ſententiam proponendi, agnoſcendi, vel adprobandi verbis jungitur. Quemadmodum & *magis eſt* particulis *ut* vel *ne* frequenter eo ſenſu conſtruitur, pro *verius eſt*, aut *potius eſt*, ut in *l.* 27. § 8. *D. ad leg. jul. de adult. l.* 38. *pr. l.* 72. §. 4. *de ſolut.* Sic quoque ſignificat præſtat, ut apud Paull. *rec. ſent.* uxores eorum, qui operarantur, magis eſt ut inſtrumento cedant. Sæpe autem in tali comparatione, particula *magis* per ellipſin ſubintelligitur, ut *in l. 7. D. depoſ.* Quum poſſet non ſuſcipere talem cauſſam quam decipere, & in *l.* 2. §. 6. *D. de jud.* Alioquin compellitur judicium accipere, quam invenire eos, qui ſatis pro eo dent. Similis occurrit locutio paſſim in Legibus noſtris, & in Cod. Theod. ut *l. 9. de ſuſcept. l.* 8. *de pagan.* & apud Plaut. *Rudent.* 4. *v.* 70. Tacit. *annal.* 4. 61. Curt. 7. *c.* 7. Nec igitur eſt quod illam tamquam hebraiſmum cum Ant. Auguſtin. *emendat.* 4. 8. *p.* 293. maxime tribuamus Ulpiano utpote ſyrophoenici, ac pene ſemi judæo homini. Eam enim græciſmum quoque eſſe obſervarunt Lam. Bos in *ellips. græc. p.* 327. Lipſ. *Epiſt.* 5. *queſt.* 23. Jo. Gottl. Heinecc. *de Ulpiani Icti hebraismis, in Syllog. diſſ. p.* 699. *ſequ.* Hæc de verbo eo comparative ſumpto.

Magis porro ſumitur non ſemel poſitive, ſeu elective, ita ut alterum rejiciat & removeat, ſive ea vox ſubintelligatur, ut *in l.* 2. §. 1. *D. de R. C.* & ibi Gothofr. *in not. n.* 23. contra Zaſii opinionem, ſive *magis* exprimatur, ut in *l.* 1. *D. comm. divid. l.* 6. §. 11. *D. de inſt. act.* Plaut. *in perſa.* Magis lubet (vendere) quam perdere. Unde *in l.* 22. *D. de heredit. petit.* particula negativa τω magis opponitur, his verbis: an hic magis poſſeſſor audiendus ſit - - - - - non petitor.

MAGISTER. Ita adpellari Paullus ſcribit, eum, cui præcipua cura incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præeſt, debet: ac proinde & cujuslibet artis ac diſciplinæ præceptores, a monendo, vel monſtrando, *magiſtros*, & ipſos magiſtratus per deri-

derivationem a magistris cognominatos scribit *l.* 57. *pr. D. de V. S.* Festus vero *lib.* 11. magistrare ait regere vel temperare. Magistrare est moderari. Unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt. Quidam derivant a voce Magorum, qui apud Persas populo præfuerunt doctrina, & simul astrologi fuerunt, de anni vicibus, & tempestatibus homines commonefacientes, ut scribit Laërt. Addatur *Menag. amœn. jur. civ. c.* 39.

Latissime ergo patet hoc vocabulum, quippe quod plerisque, qui vel publico officio, vel privato ministerio fungebantur tribui solebat. Erant enim *Magistri* admissionum *l. un. C. Theod. qui a præbit. vivon.* de quorum officio vide supr. voc. *Admissio Magister* æris *l. un. C. de annon. & capitat. admiistr.* idem est cum Rationali summarum. *Magister* agentium in rebus *l.* 4. *C. de agent. in reb.* qui & magistri inter agentes. Const. Justin. *de Justin. C. confirm.*

Magister armorum. Marcellin. *lib.* 25. *c.* 8. *lib.* 26. *c.* 5. idem cum magistro militum.

Magister bonorum, seu auctionis, qui a creditoribus electus erat, per quem bona debitoris distraherentur *l. ult. D. de curat. bon. dand.* Theophilus *ad pr. Inst. de succes. subl.* Cic. *lib.* 1. *ad Attic. Epist.* 1. *lib.* 12. *ad fam. epist. ult.* Huc pertinet jocus ejusdem apud Quinct. 3. 6. De meretrice cujus bona post mortem auctione veniere, Eam dum vixisset ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse.

Magister census *l.* 23. *C. de testam. l.* 30. *de donat.* qui & vir clarissimus dicitur in *l.* 32. *C. de donat.* Ita dicti apud quos professiones edebantur, testamenta ceteraque instrumenta publicabantur, non aliter quam hodie apud graphiarios insinuationum, ut & *Nov.* 44. *c.* 1. §. 4. probat. Quod ipsum in municipiis apud defensores fiebat, id ipsum testante *Nov.* 16. *Magister* convivii Apuleio, & aliis dicitur qui græcis συμποσιαρχος, βασιλευς quo sensu Cic. dicit magisterium convivii *in Catone c.* 14.

Magistri curiæ. Plaut. *Aulul.* I. 4. videtur esse, qui Græcis τριτιαρχης qui præest tertiæ parti tribus. Ut enim curia pars est tribus Romanis, Sic τριττυς tribus tertia pars. Pollux. *lib.* 8. & ut pagorum erant magistri, sic curiarum. Magistri seu Comites dispositionum *l.* 2. *C. Theod. de proxim. comit. dispos.* qui dispositionum scriniis præerant, de quib. Gothofr. *ad Tit. C. Theod. de Magist. scrin.* Magistri epistolarum *l.* 14. *C. Th. de extraord. & sord. mun.* Symmach. *lib.* 7. *ep.* 60. Spartian. in Hadr. & Sidon. Apoll. *lib.* 9. *Ep.* hi erant qui Epistolarum scrinia curabant, qui civitatum legationibus, postulatis, ac precibus audiendis, & ad principem referendis præerant. Eratque alius epistolarum latinarum, alius græcarum magister, ceu docet Notitia Imp. & Eunap. in *Nymphidiano p.* 177.

Magister equitum, ait Varro de *ling. lat.* 4. dicebatur, quod summa potestas hujus in equites, & accensos, ut est summa in populum Dictatoris, a quo is quoque Magister populi est appellatus. Porro Pomponius in *l.* 2. §. 19. *D. de O. J.* Dictatoribus magistri equitum jungebantur, quomodo regibus tribuni celerum, quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum Prætorio. Denique Aurel. Arcad. in *l.* 1. *D. de*

off.

off. præf. præt. Quum apud veteres Dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, & Magistros equitum sibi eligerent, qui adsociati principales curæ militiæ gratia secundam post eos potestatem gererent. Sed & insequentibus temporibus, qui exercitum ducebant, dicebantur magistri equitum, & peditum *l.* 38. C. *Theod. de decur. l.* 7. C. *Th. de re milit.* & viri illustres dicuntur in *l.* 30. C. *Th. de curs. publ. & l.* 44. *eod. tit.* Magistri equitum speciatim fit mentio *l.* 1. C. *Theod. de bon. mil. l. un. de præf. urb.*

Magistri libellorum in inscriptione *l. un. D. de off. præf. præt. l. un.* C. *Theod. de curs. publ.* erant, qui supplices libellos a privatis oblatos tractabant. Vocantur etiam Carthophylaces & libellarii.

Magistri ludi litterarii *l.* 1. §. 6. *D. de extraord. cogn.* Ascon. Pæd. in Divinat. magistri ludi dicuntur, qui primas litteras docent. *Magistri* memoriæ in *l.* 11. C. *de excus. munerum*, qui memoriæ præerant, quemadmodum alii vel epistolis, vel libellis, vel responsionibus præfecti erant magistri. Sane magister memoriæ, ut Marianus *in Notitia* tradit, adnotationes omnes dictabat, emittebat, atque respondebat tamen precibus. Estque αντιγραφευς της μνημης Petro Patricio *in Ecloga legationum. pag.* 21. *Tom.* 1. *Script. ver. Byzant. edit. venet.* Nec confundendi sunt magistri memoriæ cum iis, qui memoriales dicebantur, de quibus infra.

Magister militiæ utriusque *l. un.* C. *Th. de off. jud. milit. l.* 24. C. *Theod. de erog. milit. annon.* Iidem sunt *magistri militum*, qui & στρατηλαται in Novellis, quorum crebra in noviffimis constitutionibus fit mentio, in quibus eminentissimi, & magnifici, excelsi, & illustres adpellantur *l.* 8. C. *de defens. civit. l.* 2. §. 20. & 24. *de off. præf. præt.* Eodem illo nomine græco designantur apud Socrat. *hist. Eccles.* 2. *c.* 13. & στρατηλατην vertit *Magistrum militum.* Cassiodor. *Hist. tripart.* 4. *c.* 13. Eos in locum legatorum, qui & consularibus ad exercitus mittebantur, substitutos, Veget. 2. c. 6. scribit. Erant autem magistri tam equitum, quam peditum, quorum quatuor erant præsentales, seu in re præsenti, duo in occidente, totidem in oriente: His adjuncti erant alii equitum, & peditum per Illyricum, equitum & peditum per Gallias: quæ omnia ex Notitia liquent. Iisdem etiam Honorius & Theodos. Impp. inter militares viros, vel privatum actorem, & reum militarem, atque etiam civilium actionum audiendi facultatem concesserunt *l.* 6. C. *de Jurisd.* Hinc ad magistros militum militaris persona referenda *l.* 2. C. *Th. de exhib. & transs. reis.*

Magister navis accipitur, cui totius navis cura mandata est, qui navi ab exercitore est præpositus, navemque exercet *l.* 1. §. 2. *D. naut. caup. stab. l.* 1. §. 1. *de exercit. act. l.* 2. *pr.* §. *pen. ad L. Rhod.*

Magister officiorum leg. 1. C. *Theod. de quæst. & magistr. offic. l.* 6. *de proxim. com. dispos. l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. C. *Theod. de fabric.* Ævo Constantini M. Tribunus idem & Magister officiorum dictus fuit, ceu ex *l.* 1. C. *Theod. de distrab. pign. & l.* 1. *de pagan.* ostendit Gothofr. *ad d. l.* adversus Guthier. *lib.* 3. *de offic. dom. Aug.* Eodem sæculo ad Magistrum officiorum litteræ a Magistratibus cum urbanis tum provincialibus mitti solebant de præcipuis quibusque, quæ ad scientiam Principis perferenda essent.

Idem

Idem deinceps factitatum ostendunt duæ Symmachi epistolæ *lib.* 10. *ep.* 37. & 57. Et sub ejus dispositione erant epistolarum memoriæ, libellorum & dispositionum scrinia *l.* 6. 11. 17. C. *Th. de proxim. Comit. l.* 1. *de commeat. l.* 29. *de hæret. l.* 7. & *seq.* C. *eod. tit.* Porro erant sub Magistro officiorum Constantinopoli *officia* palatina scilicet, (non magistratuum officiales, ut putavit Baronius & post eum alii) id est Scholæ scutariorum, Clibanariorum, gentilium armaturarum &c. *l.* 4. C. *Theod. de his qui super relig. contend.* & ibi Gothofr. Ideo Magister officiorum apud Græcos των εν τη αυλη ταξεων ηγεμων, seu μαγιστρος dictus, ut ex Zosimo pluribus locis aliisque patet. Item ηγεμων των βασιλειων apud Theodoret. 5. *c.* 10. Denique ad eum cursus publici potestas spectabat, ut adparet ex *l.* 9. C. *de curs. publ.* Vocatur etiam simpliciter *Magister* in *l. ult.* §. *ult.* C. *de delator.* *l.* 4. C. *Th. de primicer. & notar.*

Magistri pagorum ita dicti a Siculo Flacco *de condition. agror.* *pag.* 9. inter scriptores rei agrar. παγαρχοι apud Isidor. Peleusitam *lib.* 2. *ep.* 9. in Justiniani Novellis & in Edicto 3. *in præf.* & *c.* 24. Magistratus vocantur in *l.* 2. C. *Theod. de Salgamo.* Hi per pagos singulos, inter cætera, operas exigere solebant ab agrorum possessoribus ad tuendas vias ad alteras publicas pervenientes. Etiam annonæ militaris exigendæ, suscipiendæ, & vicissim erogandæ curam præstabant.

Magister populi olim dictus Dictator. Cic. *de finib.* 3. *c.* 22. Senec. *Epist.* 108. *Magister* rei privatæ erat veluti procurator fisci; de eo *l.* 2. C. *Theod. de jure fisci l.* 26. *D. de decur. l.* 5. C. *ubi caus. stat.* quem distinguit Gothofr. *ad d. l.* 2. ab eo qui in *l.* 1. C. *de annonis & capit.* a Theodosio juniore magister æris, sive privatæ rei Rationalis per Ponticam atque Asianam Diœcesin nominatur, idem cum Rationali summarum, a quo ille differt.

Magistri Scriniorum omnium, i. e. quorumcumque & singuli singulorum, de quibus intelligenda *l. un.* C. *de magistr. scrinior.* ceu ostendit Gothofr. ad *l. un.* C. *Th. eod. tit.* Alias magister scriniorum dictus fuit qui catholicus magister erat scriniorum, vel saltem trium, nempe memoriæ, epistolarum, & libellorum, cui singuli horum magistri suberant, non tamen quarti ordinis, nempe dispositionum magistri. Guther. *de offic. dom. aug.* 3. *c.* 3. & 2. *c.* 10. Gothofred. *ad Rubr. tit.* C. *Th. de proxim. Comit.*

Magister scrinii libellorum. Const. de Justin. C. *confirm.* §. 2. *Nov. Valent. tit.* 3. idem est, qui supra magister libellorum.

Magistri scripturæ dicebantur, qui ejus vectigalis societati præerant. Cic. *Epist. famil.* 63. *lib.* 13. & *ad Attic. lib.* 5. *Ep.* 15. *in Verr.* 2. *c.* 74. *orat.* 2. *c.* 70.

Magister societatis, Cic. *ad famil. ep.* 19. *lib.* 13. *Pro Planc. c.* 13. Unus aliquis e sociis dicebatur, qui Romæ societati alicui, id est, aut scripturæ, aut portorii, aut vectigalium ita præerat, ut & decumanos quasi Senatum cogendi, & ad eos de societatis negotiis referendi potestatem haberet, curamque omnem gereret tabularum, & rationum, quæ undique ab iis, qui operas dabant, Romam mitterentur, denique is est, cui earum rerum, quæ ad societatem pertinent, præcipua cura incumbit. Hic promagistrum in provincia habebat, sui quasi muneris vicarium, & societati præfectum, qui etiam Magister interdum adpellatur *l.* 14. *D. de pact.*

Ma-

Magister studiorum *l. 7. C. de profess. & med.* studiorum liberalium *l. 37. pr. C. de inoff. test.* magistri qui civilium munerum vacationem habent *l. ult. §. ult. de mun. & honor.*

Magistri vestium, item privatæ vel litterariæ vestis *l. 14. C. de murileg.*

Magistri vicorum. Suet. *Aug. c. 30. & ult.* quos uno vocabulo Vicomagistros Pub. Victor adpellat. Dicti etiam γειτοναρχοι, quales singulis urbis vicis præerant. Magister universitatis *l. 9. D. rat. rem. hab. Magistri* etiam accipiuntur pro custodibus, ut in Terent. *Phorm. act. 1. sc. 22. v. 2.* Me filiis relinquunt quasi magistrum.

Magister sacri palatii S. Pontificis consuevit esse ex ordine prædicatorum; & ordinarie quando fit consistorium, legit in palatio publice aliquid in theologia. Ad hunc spectat ordinare, qui debeat facere sermones in capella Apostolica, & eorum sermones prævidere, curareque, ut nihil dicatur puritati fidei, & gravitati illius loci contrarium.

MAGISTERIA dignitas Cassiod. *Var. 6. c. 6.* potestas *l. 6. C. de jurisd. l. 3. ubi senat.* quam Suidas μαγιστεριαν αρχην magisterialem magistratum vocat.

MAGISTERIANI sunt agentes in rebus, sic dicti, quod ex eorum schola executores litis magistro officiorum attribuerentur, ut Martianus Scotus testatur. De his *Nov. 17. & 124.* Itaque Julianus *Nov. 86.* docte agentes in rebus vertit.

MAGISTERIUM pro dignitate Magistri qualicumque, vel magisteria potestate *l. 2. C. Th. de quæst. magistr. off.* Magisteria, inquit Festus, dicuntur in omnibus rebus, quæ magis ceteris possunt.

Magisterium equitum, peditumque *l. 2. C. Th. de præf. prat. sive urb.* militare *l. un. C. Th. de præf. sacr. cubic.* municipale, Suet. *in oct. 3.* palatii, Eumen. *orat. pro schol. instaur. c. 11.*

MAGISTERIUS, *a, um*, adj. construitur cum voce dignitas Cassiod. *lib. 6. Var. c. 6.* & potestas *l. 6. C. de jurisd. omn. jud.* & passim.

MAGISTRATUS a Magistro, dictus, Varr. *lib. 4. de ling. lat.* Paull. *l. 57. pr. D. de V. S.* Festus ait, a magistrando dictum, & ejus vocis duos notat significatus, quorum unus personam demonstrat, ut quum dicimus, magistratus jussit, alter honorem, ut quum dicimus, Titio magistratus datus est; & eo sensu usurpatur in *l. 57. D. de re judicat.* ubi princeps qui ei magistratum dedit, similiter in magistratu esse *l. 12. judic. solv.* magistratu abire *l. 32. D. de injur.* item magistratum gerere *l. 13. §. ult. ad SC. Trebell.* in magistratu positus *l. 3. §. ult. de recept. arbitr.*

Magistratum ait Festus eum fuisse, qui judicium auspiciumque haberet, quemadmodum Cicero in L L. scribit, Magistratus omnes judicium auspiciumque habento. Horum vero auspicia in diversas potestates divisa sunt, maxima sunt Prætorum, Consulum, Censorum, quorum tamen omnium non inter se eadem, aut ejusdem potestatis sunt. Reliquorum vero Magistratuum minora sunt auspicia, ideo illi majores, hi minores magistratus adpellantur, de quibus vide fusius dicentem Aul. Gell. *lib. 13. c. 14.* In Jure nostro autem *l. 2. D. de in jus voc. l. 12. §. 1. D. de judic. l. 26. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 32. de injur. l. 18. pr. de minor.* Majores dicuntur Magistratus, qui imperium, potestatemque aliquam habent, quippe coërcere aliquem possunt, &

& jubere in carcerem duci, minores vero, qui sine imperio & potestate sunt: *Magistratus* apud Pompon. *l.* 2. *D. de orig. jur.* significat omnes, quibus judicandi functio commissa fuerat, non ut jus constitueretur, sed ut id quod constitutum esset, dicerent, quasi viva vox juris civilis. Tales autem Romæ habitos fuisse idem tradit Dictatores, Consules, Censores, Prætores, Ædiles, Tribunos plebis, Quæstores, Decemviros, Præfectum urbi, Tribunos militum, alios autem fuisse, qui etsi Magistratus non essent, extraordinem tamen, utilitatis causa constituti jus dicebant, ut Præfectum annonæ, & Præfectum vigilum, de quibus accipiendum est quod in *l.* 7. *in fin. D. de off. proconf.* scriptum est. Ulpianus Magistratum generaliter eum interpretatur, qui in potestate aliqua sit: Dicendum tamen eum a propria significatione paululum recedere; quod nec omnes magistratus potestate sint prædíti, ut dictum est supra, nec omnes publica potestate prædíti magistratuum nomen obtineant, & ob eam causam Magistratum potestatemque, ut diversa disjungi videmus in *l.* 1. *D. quod quisq. jur. l.* 3. *in fin. D. de arbitr. l.* 8. *D. de accus.* Sic *l.* 13. *D. de jurisd.* Magistratus vel is, qui in potestate aliqua sit, ut puta proconsul, vel prætor vel alii qui provincias regunt.

Magistratus populi Romani dicebantur non modo, ut ab aliis distinguerentur ii, qui in urbe jus dicebant sed, post divisionem provinciarum ab Augusto factam, ii etiam qui in provincias missi essent proconsules secernerentur a Præsidibus seu Rectoribus provinciarum. Quorsum spectare videtur *l.* 4. §. 1. *D. de inter. in jur.* his verbis: Quod ait Prætor *in jure*, sic accipiendum est, apud *Magistratus* populi Romani (qui nempe jus in urbe dicebant, vel in provincia erant a Præsidib. diversi) vel præsides provinciarum, vel alios judices. Ex quo cernitur quam late pateat, quod dicitur *in jure*. Initio quidem in provincias mittebantur Prætores, ut & jus redderent, & si res cogeret, bellum administrarent. Ex eaque ratione & numerus Prætorum cum ipso Provinciarum numero crevit, ut recte observavit Pomponius *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Postea exortis in una alterave provincia bellis ac tumultibus paulo gravioribus provinciæ quædam ipsis etiam Consulibus decerni cœperunt. Ex eo ergo tempore aliæ erant provinciæ Consulares, aliæ prætoriæ. Si vero aliquando visum esset Senatui, prorogare his imperium, ut exacto etiam anno magistratus in provinciis manerent (quod postremis liberæ reipublicæ temporibus frequentius, quam reipublicæ expedire, contigisse novimus) tunc demum *pro consule* vel *pro prætore* provinciam regere dicebantur. Eaque nomina & tunc manserunt, quum exacto consulatu, vel exeunte prætura anno, certæ provinciæ ex consulibus, vel ex prætoribus decerni cœpissent. Car. Sigon. *de jure antiqu. provinc. lib.* 2. *c.* 1. & Hein. *ad Brisson.*

Alii erant *Magistratus* municipales *l.* 3. *l.* 19. §. 1. *D. de tut. & cur. dat.* seu municipii *l.* 38. *D. de negot. gest.* quales magistratuum generali nomine designantur, & intelligendi sunt in *rubr. De magistrat. conveniend. & l.* 27. *l.* 3. *D. de negot. gest. l.* 11. *l.* 13. *ad municip.* Municipalium autem nomine Coloniarum quoque magistratus intelligendi; & tales fuerunt in plerisque Duumviri, de quibus *l.* 3. *D. qui pet. tut. vel cur. l.* 1. §. 9. *D. de magistr.*

con-

conven. l. 3. C. *eod. tit.* in aliis quatuor viri ut apud Cic. *lib. famil.* 13. *l. un.* C. *de solut. & lib. debitor. civit.* in aliis, ut Arpini, Ædiles erant. Cic. *lib. famil.* 13. *& in l.* 30. §. 1. *D. locat. cond.* In aliis veluti Lanuvii Dictator. Cic. *pro Milon.* Capuæ autem quo primum tempore colonia facta est, Prætores vocati sunt Cic. 2. *in Rull.* De hisce autem summis coloniarum municipiorumque magistratibus, illud singulare, ac notatu dignum est, prætextis eis uti jus fuisse, quemadmodum ex Livii locis intelligitur. Ad magistratus municipales pertinent hæ phrases in jure nostro. Magistratus census Antiochenæ per Syriam civitatis *l.* 169. C. *Theod. de decurion.* item magistratus civitatis *l.* 3. C. *Theod. de superexact.* magistratus & ordines civitatis *l.* 5. C. *Th. de exhib. & transmitt.* magistratum petere in municipio *l. un.* §. 1. *D. de leg. jul. de ambit.*

MAGNIFICERE pro magnifacere in Florentin. legitur *l.* 2. §. *pen. D. quod vi aut clam.* ita Brissonius. *in parerg.* §. 55. Sed, ne hæc forma librariis potius, quam Ictis debeatur, veretur Heinecc. Est autem magnificere in pretio habere, eoque sensu legitur in *l.* 4. §. 5. *de off. proconsul.* magni æstimare dicit Paull. *in l.* 26. *D. ad L. Aquil.*

MAGNIFICENTIA est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atque demonstratio. Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 54. magnificentia mea *l.* 1. C. *de veteran.* vestra *l.* 2. C. *de off. ejus qu. vic. alt. jud.*

MAGNIFICUS, *a, um.* Hoc titulo ornantur Præfecti prætorio, magistri militum, magistri officiorum, magistri inter agentes, quæstores, Comites domesticorum *l.* 16. C. *de testam. milit. l.* 33. *de adpell. l.* 8. *de defens. civit. l.* 8. *de mod. mulct. l.* 6. *l. ult. de adv. div. jud.* Hinc magnifici judices *l.* 32. C. *in fin. de adpell. & magnifici viri l.* 34. C. *eod.*

MAGNITUDO æris alieni *l.* 36. *D. de bon. libert.* facinorum *l.* 5. C. *de malef. & mathem.* patrimoniorum *l.* 17. *pr. D. de excus.* vel rerum aliarum passim in LL.

MAGNUS, *a, um*, consanguineorum, & adfinium quorumdam gradum removet, ut amita magna, i. e. avi soror *l.* 1. §. 6. *& l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* magna amita & matertera *l.* 17. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.* Avunculus magnus, aviæ frater, patruus magnus, avi frater *d. l.* 1. §. 6. *D. de grad. & adfin.* Socer magnus, uxoris avus, vel mariti avus, Socrus magna, avia uxoris meæ *l.* 4. §. 6. *eod.* Festus, ait: magnum socerum adpellat vir uxoris suæ avum: magnam socrum vir uxoris suæ aviam adpellat. Magnus dicitur Imp. Antoninus *in l.* 1. *D. de requir. reis.* De rebus quoque dicitur, ut de caussa *l.* 10. *D. de mun. & honor.* de damno *l.* 21. *D. de judic.* de machinatione *l.* 14. *D. de dolo malo*, & de rebus aliis passim in jure nostro.

MAGUS, sortilegus quam male audiat vide in *l.* 4. *l.* 7. C. *de malef. & mathem.* ut vivus exuratur juxta Paull. *Sent. v.* 23. §. 17. De magis vide supra in voce magia.

MAJESTAS dicitur a magnitudine, auctore Festo; Eam Deam honoris, & reverentiæ filiam fabulatur Ovidius *Fast.* 5. *v.* 23. Tribuitur illa Deo *l.* 32. §. *D. de recept. arb.* Cic. *de divin. l.* 38. *& de nat. Deor.* 2. 30. Sumitur quoque pro summa potestate, dignitate, summove in civitate imperio; eaque tribuitur populo Romano *l.* 7. §. 1. *D.*

capt. & postlim. rev. Cic. *partit. orat.* 30. *& de orat.* 2. 9. *& de invent.* 2. 17. majestas publica *l.* 3. *D. ad Leg. jul. maj.* majestas imperii populique Romani Quinctil. *Inst. or.* 4. 4.

Majestas & Imperatoribus vel principibus tribuitur. Sic majestas augusta *l.* 4. *C. de jur. fisci* imperatoria *l.* 1. *C. de thesaur.* regia *l.* 1. *C. ut nemo priv.*

Sed & *majestas* dicitur Magistratuum, veluti Consulis Cic. *philip.* 13. 9. *& in pison.* 11. prætoris *l.* 9. *D. de jurisd. l.* 33. *D. de injur. l.* 11. *in fine de just. & jur.*

Item legum, seu *sanctionis majestas* in *l.* 80. *C. Th. de decur.*

Denique, patrum tamquam familiarum principum, uti vocat Ulp. *fragm.* 4. 1. patris majestas dicitur variis locis, quos collegit Theod. Marcil. *in interpret. XII. Tab. c.* 24.

Majestatis crimen definitur in *l.* 1. *D. ad L. jul. majest.* quod adversus populum (Rom. qui libera Republica pro summo imperante erat) vel adversus securitatem ejus committitur, & Cicero monet, in hoc quoque crimen cadere, quod adversus principem, in quem populus omne suum imperium transtulit, committitur. Olim autem, ut Tacit. *lib.* 1. scribit, in judicium majestatis hæc tantum crimina veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta Repub. majestatem populi Rom. minuisset. Nec apud veteres majestatis crimen diversum fuisse videtur a crimine perduellionis, quod hodie ab illo subtilius secernitur, ut hoc sit, cum quis animo hostili in principem, vel populum fertur, & statum seu summam Reipublicæ labefactare conatur, ut est in *l. ult. D. ad L. jul. mai.* Illud vero, quod crimen majestatis tantum adpellant, perduellione est levius, ut quo non summa Reip. labefactatur, sed ejus pars quædam dumtaxat. Diversa itaque crimini utrique statuta est pœna. Perduellionis pœnam vide in *l.* 5. *C. ad L. jul. maj.* majestatis criminis in specie sic dicti pœna variat, cum ratione ipsorum delictorum, tum etiam circumstantiarum, id crimen limitantium, ut cernere est ex *l. fin. in fin. D. eod. tit. & l.* 24. *l.* 40. *de pœn.* Ziegl. *de jur. maj. lib.* 1. *c.* 2. *§. fin.*

Sub malis principibus semper acerrime vindicatum quidquid principibus displicebat. Qui eorum imaginem non habebat, aut ei non divinos habebat honores, qui nummum eorum vultu notatum in latrinam secum tulerat, qui non juraverat per genium, & salutem principis, majestatis fiebat reus. Plura ejus lanienæ exempla prodit Tacitus, plurima rerum Christianarum scriptores, nam & Christiani ejus criminis insimulabantur. Sed hos vel Plin. *in paneg. cap.* 42. absolvit, dum ait: Locupletabant & fiscum, & ærarium, non tam Voconiæ, & Juliæ leges, quam majestatis singulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacarent. *Hein.*

MAJOR, *us.* De eo dicitur, quod antecellit & eminet: Unde major & æqualis separantur *l.* 14. *D. de jurisd.* sic & *major* minori oppositus intelligitur, qui viginti quinque annos implevit *l.* 3. *§. ult. l.* 24. *pr. D. de min.* major quam viginti annis *l.* 14. *pr. D. de bon. libert.* qui & *majoris* ætatis esse dicitur *l.* 23. *de min.*

Major natu filia *l.* 77. *§.* 21. *D. de legat.* 2. Et hoc sensu dicitur major filius, & frater *l.* 21. *§. ult. D. de ann. legat.* Promovet quoque gradus, ut *Major* avunculus, proaviæ frater, patris

tris vel matris avunculus magnus, patruus *major* est proavi frater, patris vel matris proavus magnus: amita *major*, proavi soror, patris vel matris amita magna, matertera *major*, soror proaviæ patris vel matris matertera magna *l.* 1. §. 7. *l.* 10. §. 16. *D. de grad. & adfin.* patruus *major l.* 93. *D. de legat.* 3. Festus, major patruus est aviæ patruus, *major* amita, avi & aviæ amita, major avunculus avi & aviæ avunculus, *major* socer, uxoris meæ proavus, *major* socrus uxoris meæ proavia.

Major casus §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* causa *l.* 53. §. 2. *D. de re judic.* cautio *l.* 2. *C. de non num. pec.* quæstio *l.* 54. *D. de judic.*

Major centenario in Lege Papia dicebatur libertus, qui super sestertium centum millium rem, seu patrimonium reliquerat, (quam summam tamen Justinianus, ceu supra sub articulo *Centenarius* ostensum est, in centum aureos commutavit) *l.* 16. §. 3. *D. de jur. patron. junct.* §. 1. *Inst. de succeff. libert.*

Majores domus *l.* 38. §. 4. *D. de legat.* 3. *l.* 38. §. 1. *D. de damn. infect.* ubi utrobique domus sunt habitacula: Unde diversa significatio est illa, apud Francos recepta, quibus summi rerum administri, penes quos palatii, & aulæ regiæ, & totius regni cura erat, *Majores domus* dicebantur. De iis Car. Du-Fresne *Gloss. Lat.* sub ea voce, ut Petr. Faber *lib.* 1. *Semestr. cap.* 1.

Majus delictum *l.* 5. §. 2. *D. de pœn.* facinus *l.* 3. §. 6. *D. de tabul. exhib.*

Majores honores *l.* 2. *C. quem ad. civ.*

Major judex *l.* 1. §. 3. *D. de adpell. l.* 32. §. 7. *D. de recept. arb.*

Major magistratus. Vid. supra *magistratus.* Festus, major magistratus Consul dicitur. Majorem Consulem L. Cæsar putat dici, vel eum, penes quem fasces sunt, vel eum, qui prior factus sit: Prætorem autem majorem urbanum, minores ceteros.

Major pars, ubi de votis agitur, ea est, quæ prævalet. Sic major pars arbitrorum *l.* 17. §. 6. *l.* 27. §. 3. *D. de recept. arb.* Si in tres fuerit compromissum, sufficit duorum consensus, si præsens sit & tertius. Eo enim modo invenitur *major pars*, cujus arbitrio stabitur *l.* 17. §. 6. *D. eod.* Similiter de judicibus in *l.* 18. *eod. & l.* 39. *D. de re judic.* & de decurionibus *l.* 45. *C. de decur.* juncta *l.* 3. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 3. *quod cujusq. univ. nom.* Ita quod major pars curiæ effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint *l.* 19. *D. ad municipal.* Refertur enim ad universos, quod publice fit per majorem partem. In discessionibus quoque Senatus hæc formula usurpata: hæc pars major esse videtur, ceu ex Senec. *de vita beata lib.* 2. ostendit Brisson. *de formul.* Quæ pars major erit, ejus stabitur consilio. Liv. 29. *c.* 22. Major pars creditorum in specie *l.* 7. *D. de pactis* pro modo, & cumulo debiti, non pro numero personarum accipitur *l.* 8. *D. eod.* Quod si æquales sint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus est, in quo ineundo plures ejusdem pecuniæ reos stipulandi pro uno computamus *l.* 8. *l.* 9. *D. eod.*

Majores etiam dicti Judæorum Antistites. Nam majores judæorum & Patriarchæ occurrunt in *l.* 1. *C. Theod. de Jud.* Eorum etiam fit mentio *in Nov.* 146. *& l.* 23. *C. Theod. eod.* ubi Didascales junguntur. Quemadmodum ergo Didascalus est rabbinus, vel magister synagogæ, ita per *majores* intelligendi laici synagogarum ré-

rectores & consules quos *Parnosim* vocant, quique & synagogarum patres adpellantur in Constitutione Constantini *l. 4. C. Theod. eod.* De quibus vide plura apud Vitringam *de synagog. vet. jud. lib. 2. c. 1.*

Majores apud Romanos nominabantur parentes supra Tritavum, qui speciale nomen non haberent *l. 4. §. 2. D. de in jus voc. l. ult. §. 7. D. de grad. & adf.* Servius *in 8. Æneid. ad vers. lætique minores.* Minores, ait, non dicimus, nisi quoties deficit graduum nomen, ut filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos: ubi isti gradus defecerunt, merito jam dicimus minores, hic majores dicimus post patris, proavi, abavi, atavi vocabulum. Quamquam majoribus crebrius latini posteros opponunt. Atque hæc est vocis *majores* proprietas, quam tamen non usque adeo stricte rigideque servamus. Nam ex ascendentibus, supra patrem, & avum quoslibet, a quibus genus, gentemque ducimus, *majores* vulgo adpellamus, ut in *l. 3. D. de interdict. relegat.* Non enim hæc patrem, sed majores ei dedisse. Et *l. un. C. Theod. de his qui ven. etat.* quæ est *l. 2. pr. C. eod. tit.* ubi pro *majorum* vocabulo *avorum* reposuit Tribonianus.

Majores alias generaliter adpellantur omnes, qui ante nos fuerunt, vel ante aliquot secula, licet nullo nobis sanguinis vinculo sint devincti. Sic in *l. 26. D. de legib.* Non omnium, quæ a majoribus constituta sunt, ratio reddi potest, & alibi passim Cic. *Philip. 9. c. 2.* His enim majores nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt. Idem alibi passim. Hisque opponuntur posteri, ut Senec. *lib. 1. de benef.* Hoc majores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, eversos esse mores, regnare nequitiam. *More majorum* puniri *l. 9. pr. D. ad L. pomp. de parricid.* Suet. *in Neron. c. 49.* Se hostem a senatu judicatum, & quærit, ut puniatur more majorum, interrogavitque, quale id esset genus pœnæ? Et cum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi. *cæt.*

MAJORINA pecunia, de qua *l. 9. C. Theod. de falsi. mon. l. 1. si quis pecun. conflav. l. ult. D. eod. tit.* Qualis ea sit, disquirunt Jac. Gothofr. in *d. l. 6.* & Jac. Guther. *de off. dom. Aug. lib. 3. c. 19.*

MAJORITAS vox a Pontificibus & interpretibus usu recepta a majori ducta græco more. *Rubr. de majoritate, & obedientia in Decretal. lib. 1. tit. 33.* In Sexto *tit. 17.* in Extra Jo. XXII. *tit. 2.* & extra *Com. tit. 8. c. 3.* Eam in pluribus consistere scribit Andr. *c. si pluribus, de præbend.* In quibus spectetur, indicat latius Albericus *in alphabeto.*

MAJUMA ludi genus fuisse quoddam satis patet ex *l. 1. C. de majum. l. 2. C. Theod. eod. tit.* Svidas scribit a maio mense fictum vocabulum, quod cives Rom. certo ejus mensis die Ostiam, maritimam urbem se conferentes ludibundi oppugnarent, seseque in aquas marinas dejicerent. Mirum equidem, nullam ejus ludi in Ovidii fastis mentionem, & Arcadium Honoriumque Impp. non se civibus Rom. sed provincialibus, ejus ludi licentiam reddere scripsisse. Jac. Gothofr. *Comm. in C. Th. ad dict. tit.* Libanii & Juliani apostatæ testimoniis recte demonstrat, ipsos paganos hanc sollemnitatem tamquam pessimam damnasse. Intermixtæ enim maribus feminæ promiscue natabant in aquis, nihilque flagitii prætermit-

tebant. Majumam vero nobilem Gazæorum portum dici apud Nicephorum *lib.* 3. *c.*33. *lib.* 10. *c.* 4. *lib.* 12. *c.* 47. observavit Hottom. sed cum Christianam religionem recepisset, Constantiam ab Imp. Constantino ex filii ipsius nomine adpellatum esse. Enimundus Bonæfidius majumam syriacum vocabulum esse credidit a *Majim*, quod aquam significat; Gazeos enim in Syria collocari, & portum illum Majumam apud *Sozomen. lib.* 2. *c.* 5. adpellari. De ea festivitate, quam a Syris ad alios provinciales transiisse suspicari licet, vide Bart. Barrienti *Silv. adnot. c.*17. Andr. Rivin. *Diatribam de Majumi.*, *maicampis & Roncaliis* a Jo. Ge. Grævio *in Syntagm. Diss. varior. p.*537. recusam.

MALA in *l.* 11. *pr. D. de injur. & Collat. leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 6. est gena, vel maxilla; ab hac voce dictam, fuga syllabæ, quam consuetudo elegans latini sermonis submovit, auctor est Cicero *in oratore c.* 45. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Infra oculos, ait, malæ, homini tantum, quos prisci genas vocabant.

MALABATHRUM vel *Malobathrum* quod inter species ad vectigal pertinentes numeratur in *l. ult.* §.7. *D. de public. & vectigal.* quod & folium Indum vocatur. Dioscorid. *lib.* 1. *c.* 11. folium id esse sui generis scribit, quod Indicæ gignunt paludes &c. vide Plin. *lib.* 12. *c.* 26. *lib.* 14. *c.* 26. *& lib.* 23. *c.* 4. Horatius *lib.* 2. *od.* 7. nitentes, ait, malabathro syrio capillos. Inde malabathrati qui malabathri oleo delibuti sunt apud Sidon. Apollin. *lib.* 8. *epist.* 3. Guarchias ab Orto *malabathrum* in procera arbore procul ab aquis nasci scribit mali medicæ folio simile, angustius tamen, per extremum colore viridi, tribus per longitudinem excurrentibus costis (qua nota facile dignoscitur) odoratum cariophyllos redolens, quodam modo, non tam vehementis odoris ut nardus, & macis, neque tam subtilis aut acuti, ut est canella: De malabathro accuratissime egit Isaac. Vossius *ad Pompn. Mel. lib.* 3. *c.*7. erudite quoque Claud. Salmas. *ad Solin. p.*755.

MALE adverbium denotat quid perperam fieri. Sic minor male consumsit pecuniam *l.* 32. *D. de minor.* Prodigi qui male dissipant bona. Ulp. *fragm.* 2. §. 3. Filium quem male pater contra pietatem adficiebat *l. ult. D. si quis a pat. manum.* Nisi me Fronto, pater vester, male accepisset *l. ult.* §.1. *de dol. except.* Judex si male absolvit, i. e. inique vel non ex jure *l.*28. *D. de condict. indeb.* Male conceptum instrumentum *l.* 8. *D. de statu hom.* male dicetur, i. e. non ex ratione *l.* 1. §. *ult. D. ubi pupil. educ.* Si degustando male probavit vinum *l.* 15. *D. de peric. & com. rei vend.* Hoc adverbium jungitur aliquando nomini, ut vilescat res, aut persona tanquam nomine ea indigna. Sic *male homines*, *male matrem* veteres dixere, de quorum verborum significatione Casp. Barth. *ad Script. ver. venatic. p.*163. *Male contractus* heic a Brissonio notatus non legitur *in l.*52. *D. de re jud.* sed *ex malo contractu & delicto oritur.*

Male in specie est non ex fide vel officio. Ut cum tutores male gerere, vel versari dicuntur in *l.* 3. §. 1. *&* §. 7. *D. de suspect. tut. l.* 1. §. 7. *de offic. præf. urb.*

Male parum caute, non tuto: quo sensu male accipere venit in *l.* 20. *D. solut. matrim.* Non male contrahitur, quum contrahitur

tur cum tutoribus *l.4. D. de evict.* male contracta nomina *l. 6. D. de admin. & peric. tut.* male credita pecunia *l. 10. §. 7. D. mandat.*

Male agere, Male petere *l. 1. in fin. D. quando dies usufr. leg. eod. l.4. §.2. de pactis.* ubi juxta Cujac. *lib.3. quæst. papin. in l.26. D. de compens.* & Langebeccium *adnotat. c. 17. Tom. 1. Thesaur. jur.* male agere vel male petere ita est accipiendum, ut eo quis incideret in poenam plus petitionis, remque consumeret, juxta formam veterum judiciorum; a quo differebat *nihil* agere, quod alias extra id periculum erat.

Male pro non bonis conditionibus. Sic si male emtæ ædes. Plaut. Mustell. *act.3. sc.2.* male conciliate in Ter. Eunuch. *act. 4 sc.4.* Donatus interpretatur male emte, additque, *male*, magno significat. Sic etiam male vendere est vili pretio vendere *l. 3. D. ad L. falcid.*

MALEDICERE *l.9. D. de his quæ ut. indign. l. 15. §. 44. D. de injur.* Aliud esse accusare Cicero *pro M. Coelio c.3.* tradit, additque, accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius jactatur, convicium, Si facetius, urbanitas nominatur, vide Sylvium *in or. pro Front.* & Franc. Baldum. *in cathech. jurisc. civ. c.4.*

MALEDICTUM est infamandi causa dictum, quod tum demum in convicium transit, cum in coetu & cum vociferatione dictum est *l.15. §. 11. D. de injur.* Institutio heredis cum maledicto valet *l.48. §.1. D. de hered. inst.* non autem, si quis heredem non designet, nisi eo quod contumeliæ causa solet addi *l. 9. §. 8. eod. tit.*

MALEFICIATUS, quis sit discens *ex tit. de frigid. & maleficiat. extra. & ex summa Hostiens. eod. tit.*

MALEFICIUM dicitur, quidquid improbe admissum est, alias delictum. Ita ex maleficio obligari, & quasi ex maleficio teneri *l. 5. §. 1. 2. 4. 5. & ult. D. de O. & A. pr. Instit. de oblig. quæ quasi ex delicto.* Si res non ex maleficio veniat, sed ex contractu *leg. 58. pr. D. de jud.* In maleficio ratihabitio mandato æquiparatur *c. sicut. tit. de Simon. & cap. sicut dignum de homicid.*

Maleficium pro magicis aliisque illicitis artibus. Ita maleficiorum labe pollutus *l. ult. C. de malef. & mathem.* Eodem modo maleficii crimen accipiendum in *l. 4. Cod. Theod. de indulg. crim.* Et ita haruspicinam nullum cum maleficiorum cautis consortium habere censent Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus in *l.9. C. Th. de malef. & mathem.* de qua constitutione vide in verbo *haruspicina*.

MALEFICUS in genere qui damnum infert & nocet. Sed maleficorum nomen jam inde a Constantini M. temporibus ob facinorum magnitudinem illis vulgo impositum, qui magicis artibus exitium hominibus inferrent, ceu adparet ex *l.5. C. de malef. & mathem.* & *l. 7. eod.* item *l. 6. C. Theod. eod. tit.* Lactantius *lib. 2. divin. inst. c. 17.* de dæmonibus agens: Ut eos, ait, magi, & ii, quos maleficos vulgus adpellat, quum artes suas exsecrabiles exercerent. B. Hieronymus *ad Dan.2.* Maleficos ait esse, qui sanguine utuntur & victimis, & sæpe corpora mortuorum contingunt. vide Gratia-

num in *can. nec mirum 26. quæst. 5.* qui verba refert Augustini *de Civit. Dei.* Huc pertinent sequentia: In mortuos veneficus, sive maleficus *l. 8. Cod. Theod. eod. tit.* & verba hæc Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theodosii *in l. 6. Cod. Theod. de indulg. crim.* Qui noxiis quæsita graminibus, & diris immurmurata secretis, mentis, & corporis venena composuit. Et ita maleficos accipe in Edicto Athalarici Regis apud Cassiodor. *Var. lib. 9. cap.* 18.

MALEVOLUS, *a, um*, ita malevolum præpositum *l. 6. D. de suspect. tut.*

MALIGNE, seu mala mente. Non maligne accipiendum *l. 126. §. 2. D. de V. O.* Si maligne hoc fecit *leg. 43. D. de recept. arb.* maligne circa sanguinem suum inferentes judicium *l. 4. D. de inoff. test.* Si quid maligne interrogasse compererit *l. 6. §. ult. D. de custod. & exhib. reor.*

MALIGNITAS *l. 5. §. ult. C. de pact. conv.* Sine aliqua malignitatis interpretatione *l. 8. C. Th. de bon. proscr.*

MALIGNUS. maligno animo *l. 7. §. 8. D. de adquir. v. omitt. her.* maligna suspicio *l. 1. D. ubi pupill. educar. v. mor.*

ΜΑΛΙΣΤΑ i. e. maxime adsentientis est *l. 8. D. de legat. 3.*

MALITAS i. e. malum *l. 4. D. quod met. causs.* eodem modo, ut bonitas discimus. Excerpta e vetere glossario *malitas κακια.* Nihil ergo, ait Heinecc. heic mutandum videtur, nec audiendi qui in dicta lege rescribendum pro *malitatis* existimant *mali calamitatis*, vel *malignitatis.* Vid. Car. Labbei *Observ. & emend. in Syncps. Basilic. p 59.*

MALITIA. Cic. *de nat. Deor. 3. c. 30.* versuta, ac fallax nocendi ratio est, cui simplicitas opponitur *l. 3. D. de dol. mal.* Inde Cicero *ibid.* formulam de dolo malo a C. Aquillio repertam e. verriculum omnium *malitiarum* adpellat, Illam græci *κακιαν* adpellant Cic. 4. *Tusc. c. 15.* Malitia fidejussoris *l. 11. D. quod met. causs.*

MALITIOSE, i. e. dolose, callide, insidiose, fraudulenter apud Cic. *off. 3. 30.* Malitiose edere, & dolo malo idem valent *l. 8. D. de edend.* Malitiose in pignore versatur *l. 9. D. de pignor. act.*

MALITIOSUS, *a, um*, fallax. Calumniosa est, malitiosa interpretatio juris, ait Cic. *off. 1. 10.* Malitiosa litium semina comprimere *l. 1. C. Th. de Epiſc. judic.*

MALLEATUS, *a. um*, malleo tusum. Malleati libri *l. 32. §. 5. D. de legat. 3.* Sic & crudum, sed non malleatum spartum dixit Columell. 2. *c. 19.*

MALLEUS fabri *l. 2. §. 1. D. ad L. Rhod. de jact.*

MALO magis volo verbum de iis, quorum electio libera est, usurpari solitum *l. ult. §. fin. D. de novi oper. nunc. l. pen. de pollicit.* Et ei aliquando intendendi adverbia adduntur, ut magis malle *l. 52. §. 10. D. pro soc.* Maluit potius *l. 35. D. de mort. causs. don.*

MALOBATHRUM. v. *Malabathrum.*

MALUM substantive sumitur pro damno, incommodo, detrimento. Ita de duobus malis minus eligi oportet *Rubr. c. 7. non solum Causs. 22. qu. 4.* Malo alicui esse, seu nocere, apud Nepot. 7. 7. 3. & Cic. *Att. 14. 22.* omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. Cic. *in philip.*

MALUS est arbor navis fixa, in altumdi recto porrecta, cui an-

annectuntur vela, & funes cum rotulis, inde dictus quod sit instar mali (fructus) summitate, vel quod cingatur quasi quibusdam malis, quorum volubilitate levantur vela. De eo fit mentio in *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *D. de L. Rhod. de jact.* & in *l.* 242. *D. de V. S.* ubi pro navis parte habetur malus, quia plerumque naves sine malo inutiles essent; cum contra sine artemone esse possunt, hic pro navis parte non habetur.

MALUS, *a*, *um*, est improbus. Sic malo animo *l.* 3. §. 1. *D. ad L. Corn. de sicar.* Mala conscientia *l.* 11. § 1. *D. de his qui not. infam.* Mala fides *l.* 1. §. 3. *D. de tut. & rat. distr. l.* 1. *C. de fide instr.* Mali homines *l.* 3. *leg.* 19. *D. de off. præsid.* Malam litem persequi *l.* 6. *C. de adpell.* Mali mores *l.* 43. §. 4. *de ædilit. edict.* Mala ratione *l.* 3. *C. de re jud.* In eo malus est servus, quod de conditione sua dissimulat *l.* 4. *D. quib. ad libert. proclam.*

Malus pro damnoso, sic *malum* consilium *l.* 26. *D. de injur. l.* 96. *D. de solut. Mala* emtio apud Plin. *lib.* 1. *Epist.* 24. i. e. iniquo & immenso pretio facta. *Malus* emtor Cic. *lib. V. ad Attic. Epist.* 8. est non idoneus. Malum meritum *l.* 2. *D. de his quæ in testam. del.*

Malum pro gravi; Sic malo letho periturus *l.* 9. *D. de extra. crim.* quemadmodum male mori Plin. dixit 3. *Epist.* 16. Mala manfio, ad quam servi quæstionis habendæ causa adligari, & extendi solebant, de qua Ulpianus *l.* 7. *D. de depos. & l.* 15. §. 42. *D. de injur.* & Guil. Forner. *select. lib.* 2. *c.* 1. qui *malam* mensionem *lautumias* interpretatur, quod Heineccio non arridet, ob formam loquendi *ad malam mansionem extendi* in *d. l.* 7. usurpatam.

Malum etiam dicitur magicum, sive quidquid aptum ad artes magicas. Sic malæ artes in *l.* 6. *C. de malef. & mathem. & l.* 5. *C. Theod. eod. tit.* Et in XII. Tab. malum carmen est incantatio. Latiori tamen sensu malæ artes sumuntur *in l.* 1. §. *ult. de serv. corrupt.* & pro mala seu præpostera ratione apud Ammian. Marcell. *lib.* 28. *in libello rei bellicæ*, qui Mariani Notitiæ subjicitur.

MAMMILLARUM ornamentum ex cylindris triginta quatuor, & tympanis margaritis triginta quatuor *l.* 38. §. *ult. D. de aur.*, *& arg. legat.* Id genus ornamenti *mammillare* vocat Martial. 14. *epigr.* 46.

MANARE *l.* 11. *D. de aquæ & aqu. pluv. arc.* Aqua sudoribus manando *l.* 1. §. 8. *D. de aqua quotid. & æst.* Hinc *manalis* fons, i. e. perennis apud Fest.

MANCEPS, ait Festus, dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu sublata significat, se auctorem emtionis esse, qui idem Præs dicitur, quia tam debet præstare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo Præs factus est. At Ascon. Pæd. *in Divinat.* ait, Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæstus sui caussa, si decumas redimunt, decumani adpellantur, si portum, aut pascua publica, portitores aut pascuarii, quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, & reipublicæ repræsentant, providentes etiam in illa redemptione commodis suis. Dicuntur & hi, qui quinto quoque anno a Censoribus publica, i. e. populi vectigalia redimebant, hi vero si vectigales agros, ut decumani, redimebant, eos postea colonis & aratoribus elocabant. Papinianus *l.* 53. *D. locati*, ait: Qui fide-

jussor extiterit apud Mancipem pro Colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locavit, Reipublicæ non tenetur. Ciceroni *Verrin.* 4. publicanorum *principes* similiter dicuntur Mancipes.

Mancipes etiam conductores aliarum rerum esse notat Heinecc. ùt Mancipes balnearum, in marmore apud Reinef. *Classf.* 1. *Inscrip.* 120. officinarum ærariarum *Classf.* 11. *inscr.* 30. *Mancipes* porro cursus clabularii *l.* 26. *Cod. Theod. de curs. publ.* cursus publici *l.* 24. *l.* 34. *l.* 36. *C. Th. eod. tit.* hos per quinquennium eo munere functos ostendunt *l.* 36. *l.* 42. *C. Theod. eod. Mancipes* mutationum apud Cassiod. *Var.* 4. *cap.* 47. qui veredorum equorumque ad celeritatem commutari solitorum curam gerebant, de quibus Zeno sentire videtur in *l.* 18. *C. de curs. publ. Mancipes* etiam conductores salinarum interpretantur Imperatores *l.* 11. *C. de vectig.* Mancipes, qui thermarum exhibitionem Romæ curabant, etiam salivas conductas habuisse, indicat *l. un. C. Th. de mancip. term.* Mancipes salinarum pro *municipes* apud Symmach. *lib.* 1. *epist.* 85. legendum observat Brisson.

* *Mancipes* viarum Tacit. *annal.* 3. *c.* 32. quos Siculus Flacc. *de cond. agr.* redemptores dicit. Præterea Mancipes (μαγκιπες) Romæ adpellatos, qui præerant domibus, in quibus panis civibus distribuendus pinsebatur, ait Socrat. *hist. eccl.* 5. *c.* 8. adde Henr. Valef. *in adnot. ad hunc locum.* Eoque sensu verbum hoc accipitur *in l.* 1. *C. de frum. uvb. Const. l.* 2. *l. ult. C. Theod. eod. tit. l. un. de pistorib.* in qua tamen mancipiis vulgo vitiose pro mancipibus legitur.

MANCIPARE, vel ut ait Cicero *in top.* mancipio dare, est mancipationis adhibita solennitate rei dominium transferre. Ita familiam mancipare Ulp. *regul. tit.* 20. §. 13. Res mobiles non nisi præsentes mancipari possunt Ulp. *reg. tit.* 19. §. 6. Si proprium est quod quis libra mercatur & ære: Quædam, si credis consultis, mancipat usus. Hor. 2. *Epist.* 2. Etenim jure civili usu, i. e. possessione, res capi, i. e. earum dominium adquiri constat. Deinde, significatu translato, verbum illud aliis applicatur negotiis, in quibus mancipationis ritus non adhibetur, qui sensim exolevit. Sic Clericorum consortio se mancipare *l.* 163. *C. Th. de decur.* Curiæ mancipatus *l.* 35. 39. 124. *eod.* curiarum functionibus *l.* 125. *eod.* honoribus *l.* 46. *eod.* obsequio *l.* 26. *Cod. Theod. de episc.* otio *l.* 4. *Cod. Th. de re milit.* Tandem *mancipavi* pro adfici, ut mancipari præmio *l. un. C. Th. de his qui se defer.* capitali supplicio *l.* 8. *C. Th. de defert.*

MANCIPATIO, inquit Ulpianus *reg. tit.* 19. §. 3. 4. propria species alienationis est, & rerum mancipi, eaque fit certis verbis libripende, & quinque testibus præsentibus. Mancipatio locum habet inter cives Romanos, & Latinos colonarios, Latinosque Junianos, eosque peregrinos, quibus commercium datum est. Ter illa intercedebat in emancipationibus liberorum, de quibus vide in verbo *emancipatio*. Erat quoque familiæ *mancipatio* in testamento, quod per æs & libram fit. Ulpian. *Reg. tit.* 20. §. 2. ait: Hodie solum in usu est testamentum, quod per æs & libram fit, i. e. per mancipationem imaginariam, in quo testamento libripens adhibetur, & familiæ emtor, & non minus quam

quin-

quinque testes, cum quibus testamenti factio est. Idem memorat Justinianus Imp. §. 1. *Inst. de testam.* & Gell. *lib.* 15. *c.* 27. Adhibitus quoque fuit ritus mancipationis in donationibus, quo spectat mancipationis solemnitas, quam dicit *l.* 4. *&* *l.* 5. *C. Th. de donat.* ubi confirmat Constantinus constitutionem Antonini Pii, qua in donationibus inter parentes, & liberos, neque mancipatione, neque traditione opus esset. Erat autem hæc mancipatio, quam donationibus rerum mancipi accedere oportebat, ex capite tertio Legis Cinciæ de donis, & muneribus, ceu hic observat Heinecc. post Frid. Brummer. *Comment. ad leg. Cinc. c.* 13. *p.* 191. *& seq. edit. Paris. & c.* 14. *p.* 207. *sequ.* ubi hic ritus eleganter illustratur ex veteribus inscript. Vide & Cujac. *lib.* 10. *observ. c.* 37. & Ob. Giphan. *ad l. ult. C. de donation.* Plura vide in voce *mancipium*, verbis *Mancipio dare*.

MANCIPATUS, *us*, substantive, pro functione & munere, quo mancipes fungebantur *l. un. C. Th. de mancip. l.* 18. *C. Th. de pistor. & catabol.* Ita mancipatui sociari *l.* 23. *C. Th. de cohort. princ.*

MANCIPI res definit Boeth. *ad Cic. Top. c.* 5. Omnes, inquit ille, res, quæ abalienari possunt, i. e. quæ a nostro ad alterius transire dominium possunt, mancipi dictæ sunt. Mancipi res veteres adpellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quamdam nexus fieret sollemnitatem. Sed addendum fuit vel in jure cessione. Cicero enim dicto loco ait; Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. In universum rerum mancipi, & nec mancipi discrimen tantis tenebris obvolutum est, ut in eo eruendo multum relictum videatur eruditorum industriæ, quamvis jam pleraque expenderit Corn. van-Bynkersh. opusculo de reb. mancipi, & nec mancipi. *Mancipi* res enumerat Ulp. *tit.* 19. §. 1. prædia sc. in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis est domus, item jura prædiorum rusticorum, velut via, iter, actus, & aquæductus, Item servi, & quadrupedes, quæ dorso, & collo domantur, velut boves, muli, equi, asini, cæteræ *nec mancipi* sunt. Elephanti, & Cameli, quamvis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt, quia bestiarum numero sunt. Ceterum uti prædia in Italico solo *mancipi* res erant, ita provincialia ante Justinianum nec mancipi habebantur. Nam cum tributaria ea essent, vel stipendaria, non poterant mancipio a provincialibus dari. Usus dumtaxat, & fructus seu χρησις eorum ad provinciales pertinebat, mancipium, & proprietas populi Romani erat.

MANCIPIUM interdum pro abalienatione, dominiique ex jure Quiritario per mancipationis sollemnitatem facta translatione usurpatur. Paull. *in collat. leg. Mosaic. & R. tit.* 16. §. 3. Post mortem patris, ait, natus, vel ab hostibus reversus, aut ex primo secundove *mancipio* manumissus. Cic. *de haruſp. respons. c.* 7. Multæ sunt, ait, domus jure *mancipii*, & jure nexus. Hinc *mancipii* lex apud Cic. *de orat.* 1. *c.* 39. & Varron. *de ling. lat.* 5. Et *mancipio* dare, & accipere Cic. *Top.* Finge mancipio aliquem dedisse id, quo mancipio dari non potest. Tacit. *annal. lib.* 3. *c.* 67. Servos quoque Silani actor publicus *mancipio* acceperat. Plaut. *Curc.* 4. 2. 9. & in *Persa*, 4. 3.

55

55. At suo periculo is emat, qui eam mercabitur, *Mancipio* neque promittet, neque quisquam dabit. Nimirum in iis, quæ mancipio emuntur, præstatur evictio, & quidem ita, ut venditor auctoritatis nomine duplo tenus obligetur. Paull. *sent.* 2. *c.* 16. quod secus, cum res mancipio non dabatur; periculo enim emtoris ea erat, neque evictio a venditore præstari solebat, nisi stipulatio duplæ interponeretur, quod fiebat, si pretii alicujus res esset, vel simplæ *l.* 27. *D. de evict.* quæ quidem consuetudo ex alienatione mancipio facta fluxit, atque, ut ait Ulpianus, assidua facta fuit, ut etiam si forte ea stipulatio omissa fuisset, nihilominus in actionem ex empto, propter bonæ fidei naturam, tacite veniret. Ea enim quæ sunt moris, & consuetudinis in bonæ fidei judiciis debent venire *l.* 31. §. 20. *D. de ædilit. edict. l.* 2. *de evict. l.* 11. §. 14. *de act. empt.*

Mancipium porro est ipsa proprietas, quam ab usu, & fructu separant veteres, ut Græci κρησιν, & κτησιν Cic. *lib.* 4. *ad famil. Epist.* 29. 30. Et Lucret. 3. *v.* 985. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usus. In mancipio alicujus esse, i. e. in ejus dominio & potestate, in manu Ulp. *tit.* 9. & 10. *regul.* Adquiritur autem nobis, ait, etiam per eas personas, quas in potestate, manu, mancipiove habemus. De Uxore etiam Gellius *lib.* 4. *c.* 3. ait: Quæ juncta, consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii caussa foret. Nec esse ea effectu diversa, & uxorem, quæ in manum conveniisset, non minus quam liberos, & servos tum in manu, tum in potestate & mancipio fuisse ostendit Heineccius ex eo Gellii loco, & ex Catonis Uticensis viri recti exempli facto, qui uxorem Marciam remancipavit Hortensio, teste Plutarcho *in Cat. p.* 770. Neronem vero, Liviam uxorem, etiam prægnantem cessisse Octavio Augusto Tacit. *annal.* 5. *c.* 1. & Dio Cass. *lib.* 48. *p.* 384. memoriæ prodiderunt. Et quibus testimoniis patet, quod inter manum, & mancipium sibi deprehendere visus est Brissonius discrimen, puta jus alienandi solido fundamento niti.

Mancipium, inquit Isidorus, est quicquid manu capi, subdique potest, ut homo, equus, ovis, hæc enim animalia statim ut nata sunt, mancipium esse putantur, nam & ea, quæ in bestiarum numero sunt, nunc videntur mancipium esse, quando domari, sive capi coeperint.

In specie *mancipia* dicuntur servi, quod ab hostibus manu capiuntur §. 1. *Inst. de jur. pers. l.* 4. *D. de stat. hom.* Donat. *in Ter. adelph. act.* 2. *scen.* 1. mancipia dicuntur, quod manu capta sunt, servi, quia servati sunt, quum eos occidi oporteret jure belli *l.* 3. *D. de div. temp. præscr.* Longæ possessionis præscriptionem tam in prædiis, quam in mancipiis (rusticis) locum habere manifestum est.

MANCUS, quasi manu carens, &, ut Non. interpretatur, debilis. At Jurisconsultis *in l.* 12. §. *pen. de ædilit. edict.* est, qui imbecillitate dextræ sinistra utitur. Qua imbecillitate distinguitur ab eo, qui læva est.

MANDARE est gerendum quid alicui committere, quos his verbis explicari solet, mando, rogo, volo, peto *l.* 12. §. 12. *l.* 59. §. 5. *D. mand.* Id verbum a manus datione natum esse, censet Isidorus *orig.* 4. *c.* 24. Qui enim mandabant, id faciebant prehensa alterius dextra, quippe fi-

dei

dei consecrata. Terent. *Heautont. 3. scen. 1. v. 82.* Plaut. *Act. 2. scen. 3. v. 82.* Sic mandare administrationem *l. 60. §. 2. D. mand.* & mandata administratis *l. 6. §. ult. D. de procur. l. 35. §. 1. ex quib. caus. maj.*

Mandare quid, pro fieri jubere. Sic si servo suo fugam mandavit *l. 24. D. de noxal. act.* Quod patrem suum mandasset interficiendum *leg. 31. §. 2. D. de adim. legat.* Si parentis voluntas, vel testatoris aliquid super alienando eo mandasse deprehendatur *l. 3. C. quando decret. op. non est.*

Mandare pro decernere. Sic mandare magistratum *l. 6. D. de munerib. & honor.* munus *l. 17. §. 7. ad municip.*

Mandare est quoque delegare, ad alium transferre, ut loquitur *l. 1. D. de off. proconf.* Sic mandare actiones, i. e. cedere, & præstare *l. 51. D. de pecul. l. 23. pro soc. l. 24. §. 2. de pignorat. act.* ubi mandare, & suscipere opponuntur. Mandare cognitionem *l. 1. D. de off. ej. cui mand. jurisd.* jurisdictionem *l. 5. l. 6. D. de jurisd.* & passim in LL. nostris, ut & mandata jurisdictio *l. 12. §. 1. D. de judic.*

MANDATARIUS, qui mandatum suscipit. Ducker. *de latin. vet. jurisc. p. 446.*

MANDATIO. *l. 37. D. de aquir. rer. dom.* nec stipulatione nec mandatione.

MANDATOR in genere est, qui aliquid mandat *l. 22. §. ult. l. 46. l. 49. l. 58. D. mand.* Sic mandator cædis *l. 6. D. ad SC. Sil.* & Paul. *rec. sent. tit. 23. §. 11.*

Mandator qui alicui auctor est, mandatque, ut pecuniam det mutuo *l. 41. §. un. l. 71. & rubr. tit. D. de fidejus. & mand. l. 28. l. 59. l. 60. mand. l. 1. §. 19. si quid in fraud. patroni.*

Mandator verbis quibuscumque & absens litterisve mandare potest, fidejussor nonnisi præsens, verbisque solemnibus stipulandi. Mandatoris & fidejussoris præter illam differentiam Brissonius hanc ponit, quod hic contractæ jam obligationi accedat, ille contrahendi negotii auctor sit. Mandatorem ait, tamquam auctorem præcedere, fidejussorem vero alienam obligationem in se suscipere. Ista nonnihil obscuri habent; siquidem & mandator is quoque dicitur, qui alicui auctor est, mandatque, ut tempus solutionis proroget *l. 12. §. 14. D. mand.* & adhiberi fidejussor tam futuræ, quam præcedenti obligationi potest, dummodo sit aliqua, vel naturalis futura obligatio *l. 6. §. un. D. de fidei. & mand.* seu, ut ait Justinian. *§. 3. Inst. eod.* fidejussor præcedere obligationem & sequi potest. Igitur magis dicendum videtur hanc esse differentiam, quod fidejussor ita accedit alienæ obligationi, ut alieno nomine obligetur *l. 1. §. 8. de oblig. & act.* mandator contra proprio nomine nec per modum accessionis. Deinde, mandator prorogandi a creditore tempore solutionis, ab eo qui se pro alio soluturum constituit, ita differt, ut ad mandatorem periculum nominis pertineat *d. l. 12. §. 14. D. mand.* contra adversus constituentem cessat actio, si die constituto, vel etiam antea per actorem steterit, quominus debitum acciperet, etsi per casum fortuitum sit impeditus, modo reus in mora non fuerit; amittitur inquam hæc actio re quamlibet exstante *l 16. §. ult. l. 18. pr. D. pecun. constit.* Huber. *præl. ad pandect. h. t. §. ult.* quæ a mandati negotio sunt aliena. Ceterum mandator non est, qui faciendi nominis causa, quasi

si proxeneta intervenit. Hic enim monstrat magis nomen, quam mandat, tametsi laudet *l.* 2. *D. de proxenet.*

Mandator quoque caussæ, seu delationis dicitur, qui mandat alicui, & instruit delatorem, subornatque ad accusationem, dando probationes, adlegando accusationes *l.* 1. §. 1. *cum seq. l.* 22. *in fin. D. l.* 23. *l.* 24. *de jur. fisc.* Suet. *in Tito c.* 8. Inter adversa temporum delatores, mandatoresque erant ex licentia veteri.

Mandatores denique in re militari dicebantur mandata ducum ad milites celeriter perferentes, ex græco vertit Imp. Leo. Sic Suidas mandator, *ειδος αξιωματος*, species dignitatis militaris.

MANDATORIUS, *a*, *um*, mandatorio nomine *l.* 15. *C. ad SC. Vellej. l.* 19. *l.* 22. *Cod. de fidejus.*

MANDATUM contractus bonæ fidei consensualis, quo alteri negotium gratis gerendum committitur, & ab altero suscipitur, vide *l.* 1. *D. mand.* Aliud est generale, i. e. de universis negotiis *leg.* 23. §. *ult. D. de min.* quo non continetur transactio decidendi causa interposita *leg.* 60. *D. de procur.* aliud speciale. Quæ autem speciale mandatum desiderent vide *l.* 26. *D. de min. l.* 63. *de procur.* Ex eo contractu nascuntur utriusque actionis cognomina. Alia quidem *mandati directa* mandanti competens, quo judicio ob dolum vel culpam latam damnatus mandatarius fit infamis *l.* 6. §. 5. *D. de his qui not. infam.* juxta id quod ait Cicero *pro Rosc. c.* 38. In privatis rebus si quis rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi caussa, verum etiam negligentius, eum majores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque *mandati* constitutum est judicium, non minus turpe quam furti; credo propterea, quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur, quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, &, quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. *Mandati contraria* actio *l.* 54. §. *ult. D. mand.* competit mandatario, qui mandatum perfecit ejusve heredi, contra mandatorem, ejusve heredem, ad indemnitatem. Eam quoque habet fidejussor si solvit *l.* 10. §. 11. *D. mandati.* Hinc vetus glossarium, *mandati* actio, *αγωγη, οταν εγγυητης αποδω το τε πρωτοτυπε, κινησας αγωγην κατα τουτε ητι αναλαβει, ων αποφασιν υπερ αυτε.* est actio, quam fidejussor, qui expunxit debitum principale, instituit adversus eum, cujus ipse debitum susceperit.

Mandata seu præcepta principum, quæ præsidibus in provincias proficiscentibus dabantur, quibus omnia, quæ eorum muneri & officio incumbebant, continebantur *l.* 3. *D. de colleg. l.* 3. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux.* Atque interdum horum mandatorum capita quædam a præsidibus in provinciis sub edicto proponebantur, ut adparet ex *l.* 6. §. 1. *D. de custod. & exhib. reis.* At erant etiam arcana principum mandata, *κρυπτα αγγελματα*, & non publicanda, quæ incidentibus potissimum rebus novis extra ordinem mittebantur. Ea *καταστεγασμενα γραμματα εν τοις πυκτοις πιναξι*, litteras obsignatas in duplicibus tabellis, vocat Herodianus *Hist. lib.* 7. *cap.* 6. ceu observat Heinecc. *Mandata* principis Lucianus *εντολας* adpellat, in libello pro eo, qui lapsus interfalutandum fuerat. Sic & *mandata* Reipublicæ reperimus in

l. 36.

l. 36. *D. ad municip. & de incol.* Denique & *Mandata* morientium dicuntur apud Tacit. *in vit. Agricolæ c.* 45. Et talia sunt mandata de funere apud Suet. *in Aug. c. ult.* & suprema mandata apud Senec. *in Medea Act.* 3. *sc.* 2.

MANDATUS, *us.* Sæpe enim in LL. *mandatu* pro *mandato* legimus *l.* 35. *D. de procur. l.* 3. *D. de off. ejus cui mand. jurisd. l.* 26. *D. de minorib.* Mandatu creditorum *leg.* 32. *§. ult. D. mand.* mandatu meo, tuo *l.* 26. *§.* 2. *& §.* 5. *D. eod.*

MANDRAGORA herba soporifera & venenata. Plin. *lib.* 25. *c.* 13. Ea Annibal rebellantes Afros vino permixta sopore obrutos cepit, ut refert Jul. Frontin. *Stratagem. lib.* 2. Itaque eam inter venena adnumerat Marcian. *l.* 3. *§.* 1. *D. ad L. Corn. de sicar.*

MANERE est consistere in loco vel statu, vel caussa. Ut manet ædificium *l.* 6. *D. de rer. divis.* manet arbor in suo statu *l.* 7. *D. de serv. præd. urb.* Manere in civitate *l.* 17. *D. de procur.* in familia *l.* 5. *D. de his qui sui vel al jur.* in matrimonio *l.* 41. *§.* 4. *D. de legat.* 3. Si in eadem caussa maneat *l.* 38. *D. de solut.*

Manere, pro pernoctare, Hor. 1. *od.* 1. 25. Manet sub jove frigido venator, teneræ conjugis immemor. Sic manere in caupona viatores dicuntur *leg.* 5. *pr. D. naut. caup. & stab.* Unde ipsæ cauponæ, uti paullo post adparebit, mansiones dictæ sunt.

Manere dicuntur res incorporales, veluti actiones, obligationes & jura, aliæque, quæ non tolluntur, non dissolvuntur, non infirmantur, non mutantur, ita passim in LL.

Manere quoque est expectare, ut, quos necessitas obsequendi manet, non auctoritas imperandi *c. cum laicis ult. de reb. Eccl. alien. vel non.*

MANES, hæreticus, qui Manichæis nomen dedit, servilis conditionis homo, antea sive Scythianus, ut Theodoritus scribit, sive Curbicus. Verum & *Manetis* nomine ob invidiam ejus offensi ejus sectatores, eum Manichæum dixisse feruntur. Omnia hæc satis nota pervulgataque sunt ex scriptoribus de hæresibus, Epiphanio, Augustino, Philastrio, similibusque. *Hein.*

MANES, *ium.* Animæ corpore exutæ, ab antiquo manis vel manus, quod bonum significabat, auctore Festo in *manare*, & Non. Marcell. 1. 337. Sunt autem animæ melioris notæ, ut ait Apuleius *de dæmon.* Socrat. *p.* 50. *Manes* defunctorum propinquorum numina vocabant, ut adparet ex Ovid. *Hero.* 3. 105. ubi perque trium fortes animas, mea numina fratrum. Cic. *de LL.* 2. 9. Deorum manium jura sancta sancto. Iis nempe sepulchra erant consecrata. Unde formula: *Dis manibus sacrum.*

Manes defunctorum colebat antiquitas sub *Deorum Manium* nomine, quare eorum jura sancta esse voluerunt, & ab hominum injuria munita. Lex vetus erat: *Deorum Manium jura sancta sunto.* Manium ædificia Imperator Julianus *l.* 4. *C. Theod. de sepulcr. viol.* sepulcra vocat. Quis sit eorum favor propter publicam utilitatem *l. sunt personæ D. de religios.* Ibi requiescere mortuos crediderunt, & eorum sepulchra domum æternam, perpetuam securitatem, & quietem æternam nuncupabant: Gutherus *lib.* 2. *c.* 20. Manes adorari dicebantur, cum quis illos alloqueretur, illisque bene precaretur: Senec. *epist.* 86. Manes aut boni, aut mali sunt. S. Augustin. *lib.* 9. *de civit. Dei cap.* 11. Quos vero neque precabantur neque imprecabantur manes contentos nominabant. Proper-

pertius *eleg.*8. *lib.*2. Et tua contemnens transibit ossa viator. Tibullus *lib.* 2. *eleg.*6. Ne tibi neglecti mittant mala somnia manes. Ex Numæ instituto placandos manes Pontifex edocebat. Liv. *lib.* 1. Manes cum præfati essent, animam quasi ad vitam revocabant. Propertius *lib.* 1. *eleg.* 10. Sed frustra mutos revocabis Cinthia manes. Manium expiatio propitiationem respicit, quæ Diis, aut hominibus violatis debebatur Cicero *de Aruſp. reſp.* & etiam homicidæ expiabantur, Budæus *ad l. aut. facta* §. *eventus D. de pœn.* Manes suos unusquisque patitur, Virgil. *lib.* 6. Diis Manibus plures inscriptiones Romani fecerunt. Dn. *Giron.*

MANGO, *nis.* Ita in *l.* 207. *D. de V. S.* appellantur, quos Venalitiarios vocat Suet. *in Domit. c.* 7. qui mancipia venalia habent; tametsi magno non modo servorum venditores sit, sed aliarum quoque rerum. Senec. *de benef.* 4. *c.* 13. Mercator urbibus prodest, medicus ægris, mango venalibus. Idem *Epist.* 80. Mangones quidquid est, quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Et plane id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius esse ait Paullus *l.* 44. §. 5. *D. de ædil. edict.* Græcis autem est ἀνδραποδοκάπηλος: Harpocration in Lexico. Plin. *lib.* 37. gemmarum politores mangones vocantur. vide Gœdd. *ad l.* 66. *de V. S. n.* 2.

MANICA ferrea pro catena, qua manus reorum vincitur *l.* 1. *C. de custod. reor.* Non. Marcell. manicæ, quibus manus vinciuntur.

MANICHÆUS, hæreticus, a persa quodam Manete, de quo supra, dictus *tit. C. de hæret. & manich.* Hæc secta præter alia deliria, duo principia coæterna, bonum alterum, alterum malum statuit. Et matrimonium detestabatur *Dist.*30. *in pr. vers. causa fuit.* Philosophiam persicam Zoroastris miscuit doctrinæ Christianæ, & id somnium postea eo majore plausu auditum est, quod illud & in plerisque philosophorum sectis occurrere, viderent homines. Rem egregie demonstravit Jo. Christph. Wolff. Diatriba singulari de Manichæismo ante Manichæos.

MANIFESTARE est apertum facere. Sic opinionem suam per relationem manifestare *l.* 9. *D. de adpell. recip.* Quæ manifestabunt tot possessores *l.* 7. §. 3. *D. de bon. damnat.* Usucapionem processisse manifestatur *l.* 28. *D. ex quib. caus. major.*

MANIFESTARIUS, *a, um.* pro manifesto. Sic manifestarii pignoris caussa *in l.* 9. *D. in quib. causs. pign.* ita enim, non *manifestari* legendum esse probat Car. Hann. Fabrott. *in enarrat. ad Cujac. paratitl. C. quando fisc. vel privat. debit.* Pignus autem manifestarium interpretatur Cujacius expressum & diserte obligatum; quo differt ab eo, quod propter pensionem tacite obligatur. Gothofredus tamen *in not. ad d. l.* 9. *tit.* 6. speciale potius pignus ea voce indicari existimat. Ceterum dicitur maxime hoc vocabulum, quando de sceleratis hominibus, in ipso crimine oppressis, vel certe criminis convictis agitur. Ita *manifestarius* homicida apud Lactant. *de mortib. persequ. c.* 30. Quin furem, vel expilatorem *manifestarium* vocat Plaut. *in Aulul.* 3. *sc.*4. *v.* 10. ubi teneo hunc manifestarium. Vid. *manifestus.*

MANIFESTE, aperte. Sic manifeste adparere *l.* 32. *D. de recept. arb.* Nisi testatorem manifeste probetur voluisse *l.* 19. *D. de ann. leg.*

Ma-

MANIFESTO idem sonat *l.3. §.1. D. de capit. minut.*

MANIFESTUS, *a, um.* apertum, certum, indubitatum. Sic manifestum est, testatorem voluisse *l.40. §.11. D. de fideic. lib.* manifestius est *l.10. C. famil. ercisc.* manifestissimum est *l.48. D. de pact.* Manifesta calumnia *l.1. §.14. D. de ventr. in poss. mitt.* manifesta caussa *c. de manifesta 17. Causs.2. quæst.1.* offensa manifesta *cap. cum olim de verb. signif. extr.*

Manifestum furtum cui opponitur *nec manifestum.* Illud autem intelligitur, quandiu fur rem furtivam tenens visus, vel deprehensus fuerit, sive in publico, sive in privato, vel a domino, vel ab alio, antequam eo pervenerit, quo perferre, ac deponere rem destinaverit §.3. *Inst. de obl. quæ ex delict.*

Manifestus fur est, qui cum furto deprehenditur, & ut Græci dicunt επ' αυτοφωρφ *l.3. l.4. l.5. D. de furt.* vel, qui in faciendo deprehensus est, & qui intra terminos ejus loci, unde quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quo destinaverat, perveniret. *Nec manifestus* fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum feciisse, negari non potest. Plautus *manifestarium* furem adpellat *Aulul. Act.3. sc.4.* 10. Moechum manifestarium eadem loquendi figura idem in *Bacchid. Act.4. sc.8. v.77. Trinum. Act.4. sc.2. v.40.* vocat. *Manifestus* enim, & *manifestarius* utrobique dicitur, qui in flagranti delicto deprehensus ac veluti oppressus est. Moschopulus περι σχεδον φωρω, το πλεπτοντα καταλαμβανω αφ' ε το, επ' αυτοφωρω ηγουν επ' αυτη τη κλεπσια. Φωρω idem est ac furantem deprehendo. Inde est επ' αυτοφωρω, quasi in ipso furandi actu. Suidas Επ' αυτοπτφ, επ' αυτοφωρα. Idem: επ' αυτοφωρω επ' οφθαλμοις, επ' αυτφ τφ κλεμματι αλως, Επ' αυτοφωρφ, idem est, ac sub oculis, in ipso furandi actu captus.

Manifestus est, hoc facere, pro manifestum est, eum id facere. Ulpianus: Nullamque competentem ei curam inferre, manifestissimus est. Item: Sin vero dotem ita dissipaturus, ita manifestus est, dotem quoque relegasse *leg. 22. §.8. D. solut. matrim.* Julianus manifestus est dotem quoque relegasse *l.3. D. de dote præleg.* Paullus: Nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est, utrumque eorum accipere voluisse *l. 33. D. de legat.1.* Similis hellenismus occurrit in *l.11. D. de rit. nupt.* Postquam apertissime fuerit pater ignotus, ubi degat, & an superstes sit, quod ita exprimunt Basilici *lib. 28. tit. 4. l.7.* αγνωστος ο πατηρ, οπου τε εστι, και ει περιεστι. vide & Tacit. *annal.2. c. 57. & 15. c.54. 60. 66.* Bynkersh. *obs.7. c.24.* Ducker *de latin. vet. Ictorum p.347.*

MANILIUS. vide *Marcus Manilius.*

MANIPULARIUS *l.3. C. Th. ad Leg. jul. repetund.* fuit miles, qui in manipuli numeris erat. Apud Senecam 3. *de ira c. 22.* est manipularis, ut & apud Varronem *lib.5.* ubi: Quum jungit plures manus manipulus. Unde *manipularis* miles.

MANIPULUS Varro *lib. 4.* manipulos adpellabant exercitus minimas manus, quæ unum sequuntur signum. Ita autem dictum Donatus *ad Terent. Eunuch. 4. sc.7.* ad verba *manipulus furum*, ait, a ferto & corona ex manipulo herbæ confecta, quem pro signo sequebantur milites. Veget. *lib.2. c.14.* inter pedites ma-

manipulum & Centuriam adpellari ait, uti inter equites turmam.

Manipulus etiam fuit sacrum indumentum subdiaconi. Antiquitus erat linteum, seu sudariolum ad extergendum sudorem vel lacrymas, & subdiaconus illum ferebat præcipue ad polienda sacra vasa; quare diversa nomina sortitus fuerat. Adludit ad funem, quo Christus in passione ligatus fuit. Indui debet ita, ut non excurrat brachii cubitum. Græci & Maronitæ duos manipulos pro unoquoque brachio gestant.

MANSER, is. *c. nisi cum pridem* 10. *§. 6. in fin. X. de renunciat.* Ibi opponuntur Manseres nothis, ut naturales spuriis. Unde secundum Abbat.

Manseribus scortum, sed mœcha nothis dedit ortum,
Ut seges a spica, sic spurius est ab amica.
Dant naturales, quæ nobis sunt speciales.

Capitular. Caroli M. & Ludov. Pii *lib. 6. c.* 49. Nec ingrediatur eam (Ecclesiam) manser, hoc est, de scorto natus. Unde non perpetuum est, quod ait Isidorus, manseres eos dici, qui nascuntur ex virgine vel vidua nobili, patre vero ignobili. Manseris nomen barbarum est, nec aliis notum esse potest, quam quorum ex lingua desumptum est. Suspicor autem esse germanicæ originis vocem compositam ex *Mann*, quod homo est, & *Zerre*, quo nomine venit meretricula, a verbo *Zerren* trahere, quia juvenes in rete trahit, & ab illis vicissim attrahitur. Vide Jo. Georg. Wachteri *glossar. germanic.* in verbo *Zerren*.

MANSIO & in plur. mansiones Græcis αλλαγαι sunt diversoria, in quæ se recipiebant militis expeditionis tempore; erantque stationes ad iter metiendum tam militum officialiumque, quam animalium, cursui publico deputatorum, dispositæ, quæ annonis & pabulis ex collatione vicinorum instruebantur *l. ult. §.* 10. *D. de muner. & honor. l.* 8. *C. de annon. & trib. l.* 2. *C. de lucr. advoc. l.* 2. *C. de cond. in publ. horr. l.* 9. *C. de susceptor. l.* 2. *C. Theod. de concuss. advoc. l.* 9. *C. Theod. de annon. & trib.* Sueton. *in Tito Vespas. c.*10. Spectaculis absolutis, Sabinos petiit, deinde ad primam statim mansionem sobrium nactus. Lamprid. *in Alex.* Ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, & si Dii voluerint. Deinde per ordinem mansiones, per ordinem stativæ &c. Mansiones quomodo differant a mutationibus seu stationibus, vide in *mutationibus*. Sed in *lib. feud.* mansio Domo seu ædibus sumitur; & apud Gregor. Turon. *hist. lib.* 3. his verbis: Ille ingressus mansionem Domini sui, apprehendit scutum ejus, & frameam. Helmodus in *hist. Slavor.* 5. Occupavit montem qui antiquitus alberg dicitur, imposuitque illic mansiunculas, intendens ibidem commanere castellum.

Mala *mansio* quid sit, dictum est supra in articulo *malus*.

MANSUEFACTUS *a, um*, idem ac cicuratus. Mansuefacta animalia emitti, ac reverti solent *l.* 4. *D. de A. R. D.*

MANSUETUDO. Mansuetudinem suam adpellare solent Imperatores, ut in *l.* 3. *C. de præf. præt. l.* 6. *C. Th. de divers.* & alias non raro.

MANSUETUS, *a, um*, qui ad manum venire suetus, Fer. Cervos ita quidem mansuetos habent, ut in Silvas eant, & redeant

quorum feram esse naturam nemo ambigit. E fero fit mansuetus facile, & e mansueto ferus numquam ait Varro *lib. 2. de re rust. c. 6.* de onagro.

MANUALIS, *e.* Manualium libros scripsit Paullus tres, quibus, ceu ex fragmentis patet, differentias juris exsequutus est, eamdemque perpolivit materiam, quam postea & Modestinus scriptis libris *differentiarum* tractavit. Em. Merill. libello singulari differentiar. juris, restituto ex libello Manual. Julii Paulli. *pag.* 1638. ubi & *cap. 7.* ostendit, Paullum libros suos *Manuales* inscripsisse, non ob brevitatem, quo vola manus, tamquam enchiridium, seu pugio, comprehendi posset, sed quod isti libri semper præ manibus haberi debeant. De his enim Sex. Pompejus: Manticularia dicuntur ea, quæ frequenter in usu habentur, & quasi manu tractantur. *Hein.*

MANUBIÆ adpellatæ sunt pecuniæ a quæstore ex *prædæ*, id est ex corporum ipsorum captarum rerum venditione redactæ Gell. *lib. 13. Noct. Att. c. 23.* Tamen tropica quadam figura *prædam* pro *manubiis* sumi a quibusdem non ignobilibus ipse fatetur. Quin non prædam, sed ipsam deprædationem, seu expoliationem *manubias* vocant Arcad. & Honor. Impp. *in l. ult. §. 5. C. de modo mulct.*

MANUMISSIO est de manu datio. Nam quam diu quis in servitute est, manui & potestati suppositus est. Manumissus liberatur potestate *pr. Inst. de libertin.*

Manumissio per Censum fiebat: Si servus nomen suum in Censum jussu Domini conferebat. Ulp. *fragm. tit. 1. §. 8.* qui deinde intererat lustro. Cic. *de or. lib. 1. c. 40.* qui modus jam Justiniani tempore pridem ab usu recesserat.

Manumissio per Testamentum directe fit, vel indirecte. Directe, cum Dominus jubet servum liberum esse, vel diserte, aut saltem tacite, veluti eum heredem vel tutorem instituendo §. 1. *Inst. qui & ex quib. caus. manum. l. pen. C. de necess. serv. hered. inst. §. 1. Inst. qui testam. fac. poss. l. 32. §. 2. D. de testam. tut.* Indirecte, i. e. per modum fideicommissi cum testator vel heredi vel legatario injungit, ut servum manumittat §. 2. *Inst. de reb. sing. per fideic. relict.* Circa manumissionem Testamentariam, notanda veniunt ea, quæ in fraudem legis Fusiæ Caniniæ, numerum manumittendorum testamento limitantis, fiebant, servorum nomina in circulo, seu in orbe tereti ita adscribendo, ut qui prior, qui posterior non posset agnosci. De qua fraude meminit Caius *lib. 1. Inst. tit. 4. §. 2.* quem describendi modum egregie exponit Merill. *obs. 7. 40.*

Manumissio per vindictam, qua manumitti dicebatur, qui vindicta imposita, apud Magistratum populi Romani potestatemve, apud quem legis actio esset, pro tribunali, vel in transitu manumittebatur *l. 15. §. 2. l. 17. D. de manum. vind. l. 15. §. ult. D. qui & a quib. manum.* Ulp. *tit. 1. §. 7.* Imperator utique quum manumittebat, vindictam non imponebat, sed quum vellet, liber fiebat is, qui manumittebatur, ex lege Augusti *l. 14. D. de manumiss.* Quin etiam apud Consulem in villa, recte manumissum servum, etiam si lictoris præsentia non esset, Ulpianus testatur *l. 8. D. de manumiss. vind.* Hermogenianus vero suis temporibus manumissionem per lictores, domino tacente, expediri consuevisse, verbaque solemnia, quæ a Festo perstringuntur, licet non dicerentur,

tur, pro dictis accepta tradit in *l.* 23. *D. eod.* vide amplius in voce *vindicta.*

Manumissio novis minusque solemnibus modis fiebat per epistolam, vel inter amicos, vel per convivium, vel per nominationem filii. Per epistolam & absens manumittebatur *l.* 38. *pr. D. de adquir. vel amitt. poss.* sed justiniani constitutione nonnisi subscribentibus quinque testibus *l. un.* §. 1. *C. de lat. lib. toll.* Inter amicos, quando Dominus servum, quippe convocatis testibus, liberum esse jubebat *l. un.* §. 2. *C. eod.* Per *convivium*, si Dominus servum adhiberet menſæ Caius *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. §. 11. Vid. supra art. convivium. Per *nominationem filii*, quæ ex constitutione Justiniani actis intervenientibus fieri debuit; nec tamen amplius ad adoptionem, sed ad libertatem sufficiebat §. 12. *Inst. de adopt.* Alios modos minus solemnes omittimus fere innumerabiles *d. l. un. C. cit.*

Manumissio in SS. Ecclesiis, quam, loco manumissionis per censum, Constantinus M. introduxit *l.* 1. *&* 2. *de his qui in Eccl. manum.* Conf. Sozom. *Hist. eccl. l.* 9. In Ecclesiis nempe, recitatis jussu domini tabulis a clero signatis, servus libertatem consequebatur Augustin. *Serm.* 5. a Sirmond. edit. Papinian. *in respons.* 13. *p.* 829. Videtur quidem Constantinus exemplum gentilium sequutus, qui & ipsi subinde vel in templis ad aras Deorum, vel in publicis populi cœtibus manumittebant, ceu observat Jac. Gothofred. *ad l. un. C. Th. de manum. in SS. eccles.*

Ante Justinianum, ex Lege Junia Norbana, qui modis minus solemnibus erant manumissi, non fiebant Cives Romani, ut mos fuerat antiquissimis temporibus, sed Latinorum tantum jura consequebantur Ulp. *fragm.* 1, 10. Cai. *Inst. lib.* 1. *tit.* 2. Ex Lege porro Ælia Sentia non quivis servus vindicta, aut testamento manumitti poterat. Quin ex capite legis ejusdem, erant qui manumissione non aliam obtinebant conditionem ac dedititiorum. Hanc legem totam, una cum probationibus egregie exhibitam vide apud Heinecc. *in antiquit. Rom.* ad *Iust. lib.* 1. *tit.* 6.

MANUMISSOR *l.* 22. *l.* 2. *D. de bon. libert. l.* 3. *D. de obsequ. parent. & patron.*

MANUMITTERE est de manu, i. e. de potestate dimittere, seu potestate liberare & dimittere, ut loquitur Caius *in l.* 28. *D. de adopt.* Manumissus vero liberatur potestate juxta *l.* 4. *D. de just. & jure.* Eo tenore manumissi, & obligati ordini clericali, quod manumittendi Ecclesiæ, dum vixerint, deberent impendere stipulatum in obsequiis divinorum *l. eo libentius* 6. *de servis non ordin.*

Manumitti dicuntur non solum servi, sed & liberi *l.* 2. *D. de offic. procons. l.* 28. *D. de adopt. l.* 107. *D. de verb. oblig. l.* 1. §. *si a parente quis manum* Ulp. *frag. tit.* 10. §. 1. Filius quidem ter mancipatus, ter manumissus, juris fit. Id autem propterea quod dicis causa ter a patre liberi vendantur, & in imaginariam quandam servitutis conditionem recipiantur priusquam exempta sit patria potestas *l.* 3. §. *ult. D. de capit. minut.* Crebrius tamen manumissio de servis, emancipatio de liberis usurpatur *l.* 1. §. 4. *quand. act. de pecul. ann.*

MANUPRETIUM quod artificis opera datur *l.* 30. §. *D. locat.* his verbis: Qui aedes faciendam locaverat, in lege locaverat. Quod in opus lapidis operis erit, pro lapide & manupretio

minus redemptori in pedes singulos septem dabit Ulp. *l.* 13. §. 1. *D. de V. S.* Quoniam plerumque plus est in manus pretio quam in re ibi Gœdd. n. 5. Ascon. Pædian. *in Verr.* 3. Manupretium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur Tertullian. *de idolatr. c.* 3. sed de mercedibus & manupretiis interest.

MANUS. Hujus vocis usus multiplex admodum est, cujus præcipuæ partes ex LL. nostris hic notandæ. *Manus* abstinere a patrimoniis *l.* 5. *C. Theod. ad L. jul. repet. Manu* adscribere *l.* 2. *l.* 4. *C. de his qui sibi adscr. Manus* collatione adstruitur scriptura *l. un. C. Th. si cert. pet. de chirogr.* Ad *manus*, & præ manu quid habere *l.* 19. §. 5. *D. ad SC. Vell. l.* 27. *de act. pign.*

Manu captus ager *l.* 16. *D. de aquir. rer. dom.* est ager quem quis sublata manu a publico emit, de quo vide in verbo *manceps*.

Manus pro eo quod manu scriptum est. Sic manum suam fateri, manum defuncti probare *l. un. C. Th. si cert. pet. de chirogr.*

Manum injicere in rem dicitur quando quis eam nulla judicis auctoritate expectata pro sua vindicat *l.* 20. *D. de manumiss. l.* 9. *D. de serv. export.* Ovid. *amer.* 1. *eleg.* 4. *v.* 40. Et dicam, mea sunt, injiciamque manus. Id. *lib.* 4. *fastor. v.* 90. Quem Venus injecta vindicat alma manu. Liv. *lib.* 3. *c.* 43. Virgini venienti in forum, minifer decemviri libidinis manum injicit, serva sua natam esse Augustinus *lib.* 1. *contra academ.* Jam tibi profecto injecisset manum, si hique juris te esse proclamans, & in bonorum possessionem traducens. Imperatores in *l.* 15. *C. Th. de bon. proscript.* Uxor prorias res, velut manu injecta mox vindicet *l.* 3. *C. Theod.* Ad pristinam sortem, velut manu injecta mox revocentur, & passim in dicto Codice. In LL. XII. Tab. Manum lendo jacito. Hinc in iisdem LL. Post deinde manus injectio esto. Hæc est rei ut juris nostri adprehendendæ abducendæque facultas *l.* 9. *D. de serv. expor.* Manus injectionem excepisse dicebatur, qui jus sibi prehendendi abducendique mancipii retinuerat *l.* 1. §. 4. *C. de lat. libert. toll.* Vid. supra art. *injectio manus*.

Manu factum opus opponitur naturali *l.* 2. §. 5. 6. *D. de aquæ & aqu. pluv. l.* 1. *C. de alluv. l.* 20. §. 1. *D. de serv. præd. rust.* Ita *manu* nocens aqua pluvia apud Cic. *in Top. c.* 9. quæ, Boethio interprete, est aqua, quæ ita aliquo loco excipitur, ut inde profluens vicino noceat, si locus is non sit naturaliter talis, sed manu hominis excipiendæ aquæ fuerit adparatus.

Manu fata dicuntur, quæ singulis annis seri solent, ut fructus eorum tollantur; & opponuntur eis quæ in perpetuum sata sunt, quæve ex stipulis nascuntur *l.* 80. *pr. D. de contrah. empt. Cæs. de bello civil. lib.* 2. *cap.* 44. Multaque erant intra eum locum manu sata, quibus interdum jumenta pascerentur.

Manu pungere. Vide in verbo *pungere*.

Manum mittere pro capere, ut: Ad eas quoque (res legatas) manum mittere oportet *l.* 14. §. 1. *D. de velig. & sumpt. fun.*

Manum porrigere ad aliquem, pro actum conveniendi, aut excutiendi ad eum extendere *l.* 14. *l.* 7. *l.* 13. §. 4. *D. de hered. pet.* §. 2. *C. quod quisque ordine conven. l. ult. C. de peric. nominat.*

Manus pro vi. Ita: Si filius patri aut matri impias manus infert *l.* 1. *D. de obsequ. par.* Re

fit injuria, quoties manus inferuntur *l.* 1. §. 1. *D. de injur.* Manus sibi inferre, i. e. mortem sibi consciscere *l. ult. D. l.* 1. *C. de bon. eor. l.* 38. §. *ult. D. de pœn.* Quum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur *l.* 11. §. 2. *D. de pœn.* Objicere manus his, qui ad rapienda bona alicujus venient *l.* 5. *C. de jure fisci.* Si audaces exsequutoribus objecerint manus *l. ult. C. de his qui latron. Manum* opponere *l.* 20. *D. quod vi aut cl.* Manu eripere *l.* 31. *C. de operib. publ.* Manu prohibere *l.* 50. *D. de aquir. rer. dom.* Manu committere, pro delinquere violenter *l.* 3. *D. de off. præsid.*

Manu brevi, *manu* longa. Priori modo quid fieri dicitur, quoties celeritate actionum conjungendarum unus actus occultatur, & interceſſiſſe jure civili fingitur *l.* 43. §. 1. *D. de jur. dot. l.* 3. §. 12. *D. de don. inter vir. & ux.* ut accidit in ſpecie *l.* 15. *D. de reb. cred.* Nam ſi tibi debitorem meum juſſero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis meos nummos non acceperis. Quod igitur in duabus perſonis recipitur, hoc & in eadem perſona recipiendum eſt, ut cum ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & convenerit, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & a me ad te profecta *Manu* longa, i. e. flexuoſe & adhibito circuitu. Javolenus in *l.* 79. *D. de ſolut.* Pecuniam, inquit, quam mihi debes, aut aliam rem ſi in conſpectu meo ponere te jubeam, efficitur, ut & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat, nam tum quod a nullo corporaliter ejus poſſeſſio detineretur, adquiſita mihi, & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt.

Manus præterea pro turba, & collectis hominibus accipitur *l.* 9. *pr. D. quod met. cauſ.* Manufacta, i. e. multitudine collecta *l.* 6. *D. ad L. jul. peculat. Tertull. ad Scapul. c.* 4. Omnes illius civitatis Chriſtiani ante tribunalia ejus ſe manu facta obtulerunt. *Manu* militari officio judicis poſſeſſio transfertur *l.* 68. *D. de rei vind.* id eſt cohorte civili, ſeu miniſtrorum judicis, ſeu adparitorum & exſequutorum litium: Nam poſt *manum militarem*, interpretationis loco additur, *officio judicis*, i. e. officialibus judicis, ejusmodi puta manu militari. Etenim officia pro officialibus dici certum eſt ex *l.* 6. §. 5. *D. de off. præfect. urb. C. de lucr. advocat. & cuſtod. officiorum ſeu adparitor.* Bynkershoek *obſ. jur. Rom. lib.* 3. *c.* 14. Græcis eodem ſenſu χειρ uſurpatur. Appian. *de bello civili lib.* 1. χειρα τε πολλον αφανως ητοιμασμενην. Et manum magnam occulte paratam habuit Socrat. *Hiſt. Eccl. l.* 3. *c.* 13. Ως δε επεχειτο Ερμογενης δια στρατιωτικης χειρος απελασαι τον Παυλον. Quumque inſtaret Hermogenes, ut Paullum militari manu expelleret.

Manus pro poteſtate *l.* 4. *D. de juſt. & jur.* Ulp. *reg. tit.* 19. §. 18. Adquiritur nobis etiam per eas perſonas quas in poteſtate manu, mancipiove habemus. V. de ſupra in voce *manumittere.* manu quoque mariti uxores dicebantur eſſe eo ſenſu Gell. *lib. c.* 3. Quæ juncta conſuetaque eſſet cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii cauſſa eſſet. Idem *lib.* 18. *c.* 6. familias adpellatam eſſe, ait, folam, quæ in mariti manu mancipioque eſſet. Item uxor dicitur in manum convenire. Cic. *c.* 3. Si ita Fabiæ pecunia ſua ta eſſet a viro, ſi ei viro milias eſſet, ſi ea in manum convenerat, nihil debetur. Genus eſt, inquit, uxor duæ formæ, una matrum

hæ sunt, quæ in manum convenerunt. Donat. in Andr. Ter. *Act. 1. sc. 5. v. 62.* ad hæc verba, *hanc mihi in manum dat*: Confirmatæ, inquit, sunt legitimæ nuptiæ per *in manum conventionem.* Manus de regia quoque potestate dicitur. Ita Pomponius in *l. 2. pr. D. de orig. jur.* Omnia manu a Regibus gubernabantur.

Manus impositio est positio manus super caput alterius. Ordinaria est, qua diaconi presbyteri Episcopi ordinantur *Act. 6. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1.* Alia Reconciliatoria fit per quam poenitentes, hæretici, sive excommunicati ecclesiæ reconciliantur. Triplex hæc fuit in poenitentia publica Sirmond. *hist. pœnit. publ. l. 7.* prima per quam publicorum criminum rei ad poenitentiam agendam admittebantur ab Episcopo, altera, quæ non una, sed multiplex fuit in ipso poenitentiæ decursu, tertia, in qua poenitentes omnibus rite peractis ecclesiæ reconciliabantur, & hæc dicitur manus impositio reconciliatoria. Fuit etiam manus impositio in confirmatione catechumenorum & recens baptizatorum *Concil. Eliber. c. 38. seq.* in baptismo *Concil. Carth. IV. c. 3. 85.* super infirmos *Matth. 28.* & energumenos. Per manus impositionem ab hæreticis baptizatos in nomine Patris, & filii, & spiritus S. purgari debere, observat Zacharias P. *in P. Epist. ad Bonifac. Mog.*

MANZER Vid. *Manser.*

MAPPA *in Novell. Justiniani 105. de Consulibus. cap. 1.* Spectaculum certantium equorum, quam mappam vocant. Fuit igitur ludus Circensis. Juvenal. *Sat. 11.* interea Megalesiacæ spectacula mappæ. Quia mappa dicebatur panniculus candidatus, quem prætor sive ludorum editor mittebat sive attollebat, daturus signum committendis ludis: inde & Quinctil. 1. 5. usurpatum Circo nomen ait. Imaginem prætoris seu editoris mittentis mappam ex marmore antiquo Phil. Rubenius exhibuit *Elector. 1. 30.* Sueton. *in Neron. c. 22.* Universorum se oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam unde magistratus solent. Et inde mappam mittere pro signum quodlibet dare, proverbialiter dixerunt Tertullian. *adv. Valentinian. c. 16.* Quanto meliores, qui totum hoc tædium de medio amoliti, nullum æonem voluerunt alium ex alio per gradus revera geminos structum, sed mappa, quod aiunt, missa, semel octojugem istam ex patre & Ennæe ejus exclusum.

Mappæ etiam dicti libri lintei veterum. Sic in *l. 1. C. Theod. de alim. quæ imper.* Mappis linteis scripta lex Vide ibi Gothofr. *in Commentariis.*

Mappa, mappula, baldachinum, umbraculum, quod defertur super episcopi caput, dum procedit ad altare sacra facturus, seu stationes facit diversis imaginibus adornatum, quatuorque baculis innixum, quod a quatuor ministris tenetur, qui inde *mappularii* dicuntur. Significat etiam *mappula* instratum equi candidum, clericis proprium, quod Paullus II. cardinalibus mutavit in rubrum. Apud scriptores ecclesiasticos præterea mappula est sudarium, quod in sinistro brachio sacerdos defert, quod interdum *manipulus* dicitur, de quo supra.

MARCELLUS Ulpius juris consultus. Fuit vir toga sagoque celeberrimus, quem in consilio Antonini Pii fuisse testatur Jul. Capitolin. *in Antonino Pio c. 12.* Floruit sub Marco, ut patet ex *l. 19. D. de testam.*

tut. sub quo non præfectus quidem prætorio, quod Jo. Bertrando *Jurisperit.* 1. *c.* 17. visum est, sed legatus pro Prætore Pannoniæ inferioris fuit. Ita enim intelligendus vetus titulus apud Gruter: *Inscr. p. C.* 4. Sub Commodo in Italiam missus cum imperio, non modo incredibilia continentiæ, frugalitatis, & vigilantiæ specimina edidit, sed & rempublicam ibi præclare gessit, ut parum abesset, quin a sævissimo principe, cui omnis eminentior virtus suspecta erat, occideretur. Quas ejus res gestas accurate refert Dio Cassius *lib.* 22. *p.* 820. & *in Excerpt. Peiresc. p.* 724. Mireris homini negotioso, & sæpius in castris, quam in musæo, morato, tantum ocii superfuisse, ut vel commentariolum de jure scriberet. Et tamen præter notas ad Julianum & Pomponium, reliquit Digestorum libros 31. Ad Leges, puta Juliam & Papiam libros 6. De officio præsidis librum singularem. De officio consulis libros saltim 5. Publicorum libros 2. & librum singularem responsorum. Addit. Jac. Curtius *lib.* 1. εικαζων *c.* 36. Notas ad Papinianum, quarum mentionem fieri ait *l.* 7. *D. ad L. jul. de adult.* Marcellum saltim laudasse ait Papinianum *l.* 1. *D. ad SC. Turpillian.* Quum vero multo antiquiorem Papiniano Scevolam ad Marcellum notasse constet *leg.* 11. §. 6. *D. de donat. inter vir. & ux.* laudatus Curtius duos floruisse Marcellos jurisconsultos existimat: *Ulpium* alterum, de quo hic agitur, alterum C. *Quinctilium.* Sed potuisset Curtius non errare. Qui enim ad Papinianum scripsit, eumque laudavit, non est Marcellus, sed Ael. Marcianus Ulpiano æqualis. Adeoque ad illorum temporum jurisconsultos non pertinet ille *Caius Quinctilius* Hein. *Hist. jur. civ. lib.* 1. *c.* 4. §. 319.

MARCIANISTÆ *l.* 65. *C. Theod. de hæret.* a Marcione stoico philosopho adpellati, qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum Deum affinxit tanquam duo principia creationis, & bonitatis *caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 20.

MARCUS aliquando nomen, quod exempli caussa usurpatur, quemadmodum Caius & Lucius. Sic apud Persium *sat.* 5. *v.* 78. Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.

MARCOS Aurelius Antoninus Imperator *l.* 56. *D. de manumiss. testam. l.* 67. §. *ult. D. de legat.* 2. in qua a Papiniano princeps providentissimus, & juris religiosissimus adpellatur, ut & a Justiniano prudentissimus princeps & philosophiæ plenus in *l.* 11. *C. ad SC. Silanian.* Hic passim *Divus Marcus* dicitur, & *Divus Augustus Marcus* ab Ulp. *reg. tit.* 20. §. 10. Eum interdum cum fratre Lucio Vero, quem imperii consortem habuit, interdum cum filio suo Commodo, quorum itidem imperium fere communicavit, interdum per se i. e. solum, non adhibito, nec adjuncto fratris filiive nomine rescripsisse, constituisseve patet ex §. 6. *Inst. de excusat.* Enimvero, post excessum D. Pii Marcus hic Antoninus, ut *in ejus vita* Capitolinus *c.* 7. a senatu consultus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designavit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum adpellavit, Cæsarem atque Augustum fecit. Atque ex eo pariter cœperunt rempublicam regere, tuncque primum Romanum Imperium duorum Augustos habere coepit. Antonini mox nomen recepit, & quasi pater Lucii Commodi esset, & Ve-

rum eum adpellavit, addito Antonini nomine, filiamque suam Lucillam fratri despondit. Idem Capitolin. *in Vita veri c.* 3. Defuncto Pio, Marcus in eum omnia contulit, principatu etiam imperatoriæ potestatis indulto, sibique consortem fecit, quum illi soli Senatus detulisset imperium. Dato igitur imperio, & indulta tribunitia potestate, proconsulatus etiam honore delato: Verum vocari præcepit, suum in eum transferens nomen, quum ante Commodus vocaretur. Marco itaque frater Lucius Ceionius Commodus Verus Antoninus a Scævola a Papirio Justo additur hunc in modum, Imperatores Antoninus & Verus Augusti *leg.* 29. *D. de prob. l.* 71. *de contrah. emt.* Divus Marcus & Lucius Imperatores rescripserunt *leg.* 57. §. 1. *D. de vit. nupt.* Divi Marcus & Verus *l.* 24. *D. de tut. & cur. dat.* Divus Marcus & Lucius Verus rescripserunt *leg.* 11. §. 23. *D. de legat.* 3. Idem sunt, qui Divi fratres toties in libris nostris, interdum & fratres Imperatores vocantur. At post Lucii obitum solus ipse Marcus rescripsisse memoratur, ut Divus Marcus constituit *l.* 2. *D. de collus. deteg. l.* 2. *C. de impub. & al. subst. l.* 4. C. *de re milit.* & passim. Item ejusdem Semestria memorantur, de quibus infra. Nec vero post Lucii fratris mortem solus Marcus imperavit, verum etiam in societatem imperii Commodum filium adhibuit. Sic enim de eo Capitolinus *in ejus vita c.* 16. scribit. In filium Commodum, & quidem scelestum atque impurum, cito nomen Cæsaris, & mox sacerdotium, statimque nomen Imperatoris, ac triumphi participationem, & consultatum contulit. Inde hæc: Oratio Imperatorum Antonini & Commodi *l.* 16. *D. de sponsal.* Illic enim Divi Antonini divum Marcum intelligi, adparet ex *l.* 67. §. 3. *de rit. nupt.* Divi Marcus & Commodus Imperatores rescripserunt *l.* 64. *D. de legat.* 2. *l.* 7. *ad leg. Cornel. de fals.* Divus Marcus cum filio suo rescripsit *l.* 3. *D. qui sine manumiss.*

MARCUS *Brutus*, vir Prætorius eorum numero, qui jus civile fundaverunt, ponitur a Pomponio in *l.* 2. §. 39. *D. de orig. jur.* eumque septem de jure civili libros reliquisse, ibidem scriptum est. At Ciceronis temporibus tres tantum genuini habiti videntur, ceu patet ex libro 2. *de oratore c.* 55. nisi apud Pomponium legere malis: Brutus tres, Manilius septem, cum Corn. van Bynkershœk. *in prætermiss. p.* 67. Videtur porro ad Brutum vel notasse, vel ei aliquid nuncupasse Sulpitius, ut colligere licet ex *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Vide Cicer. *in Brut. c.* 35. & 47. *Lib.* 1. *de finib. c.* 7. & *lib.* 7. *ad famil. Epist.* 22. & Gell. *Noct. att.* 7. *c.* 15. *l.* 17. §. 22. *D. ad Leg. Aquil.* ubi Bruti libri citantur.

MARCUS *Cato* Vid. supra voce *Cato.*

MARCUS *Manilius*, vel potius *Manius Manilius*, ceu Heineccius legendum esse ostendit ex Fastis Consularibus, explodens quoque Forsteri nomenclaturam, qui illum *lib.* 2. *Hist. jur. c.* 21. Marcum Manlium adpellat, quod quidem nec stare potest cum eo quod constat, Marci prænomen in gente Manlia ob Marci Manlii supplicium communi familiæ lege quasi proscriptum esse Liv. 6. *c.* 20. *Manilius* autem noster inter eos numeratur, qui fundaverunt jus civile, eumque tres vel potius septem libros scripsisse refert Pomponius *l.* 2. §. 39. *D.*

de orig. jur. si juxta Bynkershoekii conjecturam paulo ante sub articulo *Marcus Brutus* propositam, verba Pomponii legere volumus. Exstare scripta Manilii monimenta, consulatum quoque gessisse eum, ibidem indicat Pomponius. Ac plane Censorino & Manilio Coss. primum L. Pisonem de pecuniis repetundis legem tulisse Cicero *in Verr.* 4. *c.* 56. narrat. Valde quoque prudentem Manilium & acute dixisse idem Cic. *in Bruto c.* 15. scribit. De jure unus omnium maxime consultus est, immo non modo de jure, sed & de filiabus elocandis, fundis emendis, colendis agris, deque omni officio, & negotio Cic. *de orat.* 3. *c.* 33. Ac proinde rarae continentiae argumentum est honesta hujus viri negotiosissimi paupertas, de qua idem Cic. *paradox.* 6. *cap.* 3. Citatur & cum Bruto a Paullo idem Manilius, qui & leges, quae in rerum venditionibus dicerentur, composuerat, ut ex Varrone *lib.* 2. *de re rust. c.* 7. colligitur, apud quem tamen *Manilii* vitiose pro *Manilii* legitur. Hinc apud eundem Varronem *lib.* 2. *de re rust. c.* 5. dicuntur Manilii actiones, quas Cicero Manilianas venalium vendendorum leges dixit *lib.* 1. *de orat. c.* 58.

MARCUS *Tullius Cicero* sive eloquentiae, sive variae diffusissimaeque doctrinae habeas rationem, inter saeculi sui portenta numerandus, aliquoties laudatur in libris nostris. Papianus: Conjurationem, inquit, Catilinae mulier detexit, & M. Tullium consulem indicium ejus instruxit *l.* 8. *D. ad L. jul. majest.* M. Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse, littus esse, quousque maximus fluctus e mari pervenit *l.* 96. *p. D. de verb. signif.* Post M. Tullium in causis orandis primum locum Servius obtinebat *l.* 2. §. 43. *D. de Orig. jur.* Cicero in oratione pro Cluentio Avito scripsit *l.* 39. *D. de poen.*

MARE in eorum numero est, quae naturali jure omnium sunt communia *l.* 2. *D. de rer. divis.* commune omnium est, & littora, sicut aer *l.* 13. §. 7. *D. de injur. l.* 3. §. *ult. D. ne quid in loc. publ.* Notatu dignum est, casum etiam sextum hujus nominis saepe formari in E. De mare pro de mari *l.* 6. *D. de incend. ruin. naufr.* Ex mare extracta *l.* 58. *D. de adquir. rer. dom.* In mare enata insula *l.* 17. *D. de legat.* 3. in mare piscantibus *l.* 3. §. *ult. D. de divis. rer.* Ex mare deducere *l.* 5. *D. de damn. infect.*

Rubrum Mare l. 19. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* vel rubens fretum, ut vocat Seneca in Trad. *act.* 1. *Scen.* 1. quod & persicum mare vocari Herodot. *lib.* 4. tradit, libro vero 2. idem esse cum mari australi statuit. Dionysius autem *Perieg. v.* 853. Indico oceano adsignat. Plane hoc mare geminum terras irrumpens, quod in duos dividatur finus, quorum is, qui ab oriente est, Persicus, alter Arabicus nominatur, a Graecis ερυθρα θαλασσα vocatur. Quod autem a Curtio *lib.* 8. *c.* 9. *lib.* 10. *c.* 1. a Strabone *lib.* 16. Philostrato *lib.* 3. *de vita Apollon. Tyan. c.* 35. & 50. Suida *Tom.* 1. *p.* 864. statuitur, non a colore undarum, sed ab Erythra Rege adpellari ερυθραν θαλασσαν: Quod porro ab ea sententia diversum adfertur ex Plinio *lib.* 6. *c.* 23. & Pompon. Mela *lib.* 3. *c.* 8. ex Stephano *de urbibus. p.* 272. ita mare illud dictum esse, quod solis repercussu rubeus color in unda referatur, alias quoque diversas ita adpel-

pellandi rationes e natura ductas, quæ omnia magno adparatu exponit Brissonius, missa merito facit Heineccius post Bochartum aliosque, qui hanc unam ejus adpellationis caussam admittunt, quod mare illud dictum sit Idumæum, ab *Edom* vel Esauo, ejusque posteris Idumæis. Quum enim *Edom* hebraico sit *ruber*, Græci mare *Idumæum* vocarunt *rubrum*, & ex Edom vel Esauo finxerunt Ἐρυθραν, qui olim iis locis regnaverit. Vide Bocharti *phaleg. lib.* 4. *c.* 24.

MARGARITA fœminino genere in *l.* 32. §. *ult. D. de aur. arg. legat.* Inaures in quibus duæ *margaritæ* elenchi *l.* 27. §. 30. *D. ad L. aquil.* Quum maritus uxori *margaritas* extricatas (i. e. purgatas) dedisset in usu *l.* 1. *D. de acquir. rer. dom.* margaritæ in littoribus inventæ. Ammian. Marcellin. *lib.* 23. *c.* 32. Apud Indos & Persas *margaritæ* reperiuntur in testis marinis, robustis & candidis, permixtione roris anni tempore præstituto *conceptæ*. Græcis vero dicitur μαργαριτης, ut apud Athenæum *lib.* 3. *deipnos c.* 13. & Clem. Alex. 3. *lib.* 2. *pædag. c* 12. *p.* 206. ubi quoque μαργαριτις λιθος legitur. At μαργαρις λιθος apud Philostrat. *lib.* 3. *de vita Apollon. Tyan. c.* 13. *Margaritum* etiam dicitur, ut in *l.* 26. *D. ad Leg. Falcid.* Linea margaritorum triginta quinque *l.* 108. §. 13. *D. de legat.* 1. qui margarita Titio pignori dederat *l.* 44. *D. pro socio* si margarita tibi vendenda dedero *l.* 37. §. 1. *D. de evict.* si margarita forte venierint. Tertullian. *ad martyr. c.* 4. Si tam vitrum quanti margaritum. Idem *de cultu fœmin. c.* 5. Sed si quid, ait de mari Britannico, aut Indico ambitio piscatur, conchæ genus est, non dico conchylio, aut ostres, sed nec peloride gratius de sapore, ad hoc enim conchas noverim, maris poma. Quid si concha illa aliquid intrinsecus pustulat, vitium ejus magis debet esse, quam gloria. Et licet *margaritum* vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca Sosipat. *lib.* 1. Non enim ipsa caro, qua concha prægnans est, *margaritum* est, sed dicitur illi inesse calculus hic, quem nos *margaritum* vocamus B. Ambros. *lib.* 7. *Hexæm. c.* 11. Unde etiam ostreis pretiosissimum *margaritum* natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne solidaverit. *Margaritæ* a gemmis & lapillis separantur *l.* 25. §. *ult. D. de aur. arg. legat. l.* 2. §. 2. D. *ad L. Rhod. de jact. l. ult.* §. 7. *de publican.* Illas sane nec lapillis nec gemmis contineri, satis constitisse, Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare & crescit, & coalescit *l.* 19. §. 18. *D. de aur. arg. legat.* At Servius in *Aen.* 1. *v.* 659. gemmas a margaritis eo separari, ait, quod illæ diversi coloris, hæ albæ, vel quod illæ integræ, hæ pertusæ sint. Eædem *uniones* dicebantur, ut apud Tertull. *dicto c.* 4. *ad martyr.* Conchas, ait, etiam captas, multo obrutas sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est, *uniones* decidere in ima. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, ut nulli duo reperiantur indiscreti. Unde nomen *unionem* Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam id apud Græcos non est, ne apud barbaros quidem, inventores ejus, aliud quam margaritæ. Solinus *in polyhistor. c.* 54. de *Margaritio* loquens: Numquam duo simul reperiuntur, unde & *unionibus* nomen Isidor. *lib.* 16. *c.* 10.

BIBLIOTECA GRANADA

*c.*10. Ex quibus margaritis quædam uniones vocantur, aptum nomen habentes, quod tantum unus, numquam duo, vel plures simul reperiantur Plin. *lib. 9. c.* 38. Procerioribus sua gratia est. Elenchos adpellant fustigiata longitudine, alabastrorum figura, in pleniorem orbem definentes. De hoc plura dicere eorum est officium, qui naturam describunt, quorum hodierni utiliorem operam præstitere quam veteres, quod erudite suo more Brissonius recenset. Hi enim, rei genesin perscribere volentes, a vulgo sparsa magis quam comperta tradidisse videntur.

MARIA B. Virgo, ex qua natus est Jesus hominum salvator, filius Dei unigenitus. De ea ut senserit Justinianus Imp. vide in *l. 6. §. 1. l. ult. §. 2. C. de summa trinit.* & in formula juramenti subjecta Novellæ octavæ. Pro illius conceptu immaculato edixit Sixtus IV. *in c. grave 2. de reliqu. & vener. sanct.* extra.

MARINUS, *a*, *um.* marinæ bestiæ, quibus terrestres opponuntur *l.* 44. *D. de adquir. rer. dom.* Marinæ naves, separandæ a fluviatilibus *l.* 3. *D. de vacat. & excus. mun.* marina tempestas *l.* 3. *C. de naut. fœn.*

MARITALIS *e.* maritalis adfectio *l.* 3. *D. de donat.* dolor *l.* 15. *Cod. ad leg. jul. de adult.* honor *l.* 3. *D. de donat.* obitus *l.*3. *C. Th. de dot.* sermo *l. ult. D. si quis aliqu. test. prob.*

MARITIMUS, *a*, *um*, aliquando idem ac *marinus.* Sic maritimæ naves *l.* 5. §. 5. *D. de jur. immun.* tempestas maritima *l.* 2. §. 6. *D. si quis caut.*

MARITUS, *a*, *um*, Ita vir maritus, & uxor marita Hor. *epod.* 8. Ovid *lib.* 2. *de art. am. v.* 381. Arbores maritæ Columell. *lib.* 11. *cap.* 2. *comm.* 32. domus maritæ Liv. 32. *c.*31. fœdus maritum Ovid. *lib.* 3. *de Ponto eleg.* 1. Lex marita, i. e. Julia & Papia, seu de maritandis ordininibus Hor. *carm. sæcul.* Pecuniæ maritæ, pro dote uxoris Plaut. *in Epidic. act.* 2. *sc.* 1. *v.* 11. *Maritus* alias substantive sumitur, ut Secundus maritus in *l.* 47. §. 7. *D. de legat.* 3.

Mariti pro conjuges *l.* 52. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux.* quemadmodum dicuntur Soceri, pro socero & socru, Virgil. 2. *Æneid. v.*447. filii, pro filio & filia, Calpurn. *declam.* 12. fratres pro fatre & uxore *declam.* 43. pueri, pro puero & puella, Valer. Max. 2. *c.* 4. *&* 5. ceu observat Heinecc. *Maritus* alias est vir, & quidem talis dicitur qui uxorem jam domum duxerit, in capite Legis juliæ de adulteriis quod est in *l.*11. §.7. *D. ad Leg. jul. de adult.* quæ dum jure mariti adulterii accusandi potestatem *marito* dedit, idem sponso concessisse non intelligitur; atque idem maritus a sponso separatur: Verum in alio capite ejusdem legis, quod est in *l.*3. *D. de fundo dotali & l.*2. *C. de bon. matern.* mariti adpellatione, sponsus quoque continetur. Sic Servius Sulpicius Ictus, adprobante Pomponio in *l.* 8. *D. de gradib. & adfin.* dicebant, Soceri, & socrus, & generi, & nurus, adpellationem ex sponsalibus adquiri. Hebræis quoque aliisque Gentibus, maritus & uxor, sæpe sunt sponsus & sponsa, ceu exemplis docuit Grot. *adnot. ad matth. l.*26. *ad verbum* τον ανδρα.

MARMOR, *oris*, aliquando pro elaboruta mater a ejus generis sumitur, ut, si quis Domum, deductis marmoribus legaverit *l.* 42. §. 4. *D. de legat.* 1. quandoque pro rudi materia, ut Mar-

mo-

more legato, nihil præter rudem materiam demonstratam videri potest *l.* 78. §. 4, *D. de legat.* 3.

MARMORARIUS, qui marmorum in crustas secandorum artem exercet *leg.* 1. *C. de excus. artif.* Marmorarium fabrum dixit Seneca *Epist.* 90.

MARMOREUS, *a, um*. Marmoreæ lapicidinæ *l.* 7. §. 13. *D. solut. matrim. l. ult. de fund. dotali.* Marmoreum metallum, idem quod lapicidina marmorea *l.* 13. *C. Th. de metall.*

MAROCI. *Marocorum* lana inter species vectigales recensetur, & succo & capillis Indicis jungitur *l.* 16. §. 7. *D. de public. & vectigal.* De ea omnia incerta & ambigua esse docuit Bynkersh. *observ. jur. lib.* 4. *c.* 5. ubi postremo verosimillimum putat; Marocorum vero intelligi populum vel regionem, cujus memoria exciderit. Inter Indiæ populos Plinius *lib.* 6. *c.* 20. numerat, & Marohas vel Maroas, eosque liberos, & rerum expertes, montium tractus juxta oceanum occolere, scribit. Potuerunt ibi vel oves molliore lana præditæ vel arbores lanigeneræ, quarum India teste Strabone *lib.* 15. fuit feraciffima, nasci, unde desumpta lanugo lanæ *Marobarum*, *Marocharum* vel *Marocarum* obtinuere. *Hein.*

MARS in Gallia, inter Deos, quos senatusconsulto, constitutionibusque principum heredes instituere permissum erat, ponit *Ulp. regul. tit.* 23. §. 6. Martem etiam, quem bella gerere credebant Druidas coluisse Cæsar *lib.* 6. *de bell. gall. c.* 17. scribit.

Mars pro eventu litis forensis. Hinc marte suo lis currere dicitur *l.* 1. *C. ne lic. pot. l.* 13. §. 9. *C. de judic. l.* 12. *C. de reb. cred.* Et fora marte suo litigiosa vacent, ait Ovid. *lib.* 4. *fastor. v.* 188. quæ metaphora apud alios occurrit. At marte suo apud Cicer. *lib.* 3. *de off. c.* 7. *& philip.* 1. *c.* 37. est suopte ingenio, & propriis viribus vivere.

MARTIUS, *a, um*. Martius campus §. 4. *Inst. de legat.* Martis campum vocat Tacit. *annal.* 1. *c.* 15. Martio ære in hostem incalescere *l. un. Cod. Th. qui a præbit. tiron.*

MARTIUS mensis Martiæ kalendæ. Festus: Martias kalendas matronæ celebrabant, quod ea dies Junonis Lucinæ ædes coli cæpta sit Sueton. *in Vespas. cap.* 19. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & kalendis *martiis* feminis. kalendas hasce credit Brisson. *matronalia* adpellari apud Tertullianum *de idolatr. cap.* 14. cum ait: Saturnalia & Jannariæ, & Brumæ, & Matronalia frequentantur, munera commeant, strenæ consonant, lusus, convivia, constrepunt. Alii vero ad *Matralia* referunt, id est, Matris maturæ festos dies, ut Festus explicat: Quibus in testa calida cibos coxisse matronas, Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* scribit. Vid. *kalendæ.*

MARTYR *l.* 3. *C. de sacros. eccles.* qui mortem pro Christo & pro fide Christiana oppetiit Isidor. *lib.* 7. *cap.* 11. Ita ecclesia hoc nomen usurpat. Olim vero tempore Cypriani martyres etiam vocabantur, qui usque ad effusionem sanguinis pro Christo passi erant, licet superstites, nec consummato martyrio, cum *confessores* dicerentur, qui sola voce constanter Christum confessi essent. Vid. Cypr. *epist.* 22. 25. 30. Interdum tamen utrumque nomen confunditur ab antiquis, & *confessores* adpellantur, quamvis tormenta passi. Etiam illi dicti martyres, qui ob nomen Christi in carcera moriuntur, vel in fuga aut solitudine a latronibus, aut

2

a bestiis interimuntur, vel præ necessariarum rerum inopia exstinguuntur, vel quacumque correpti ægritudine intereunt Idem Cypr. *ep.* 37.

Martyrium *l.* 16. *C. de sacrosanct. eccles.* quod & martyrum sedes adpellatur *l.* 2. *C. eod. tit.* ædes sacra, locus martyrum, eo quod in memoriam martyris sit constructum, vel quod sepulcra sanctorum ibi sint martyrum, Isidor. *lib.* 15. *c.* 9. Martyria proprie etiam ipsa martyrum sepulcra, memoriæ, confessiones, quibus superædificantur altaria, Augustin. *de civit. Dei lib.* 22. *c.* 10.

Mas & femina separantur in *l.* 1. §. 10. *D. ad SC. Turpill. l.* 38. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adulter.* & alibi passim. Masculino tamen sermone sexus fœmininus non modo extensivæ significationis beneficio, sed maxime sermonis proprietate comprehenditur per *l.* 95. *D. de verb. signif. l.* 16. *D. de jure fisci l.* 20. *D. de adopt. l.* 1. §. 3. *de pecul. l.* 1. *pr. de constit. pr. l.* 3. §. 1. *D. de negot. gest.* quod etiam in delictis, & pœnis obtinet *l.* 7. *D. de juriscd. l.* 8. *junct. l.* 10. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Masculinus, a, um. Masculinus sexus *l.* 8. *C. ad SC. Velleian. l.* 1. *D. de testam. tut.*

Masculus, mas *l.* 10. §. 13. *D. de gradib. & adfin.* Masculorum munus *l. ult. D. de tutel.*

Massa rudis auri, argenti, æris, vel cujuslibet metalli materia *l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom.* Massa argentea *l.* 19. 52. § 4. *D. de furt.* argentum in massa *l.* 27. §. *ult. D. de aur. arg. legat.* Si pocula quis legavit, & massa facta est, massa legata scyphi ex ea facti exigi possunt *l.* 32. *D. de legat.* 3.

Massa pro complexione, vel universitate plurium rerum. In massam compleri omnium debitum *l.* 12. *C. Th. de suscept.*

Massurius *Sabinus*, qui Sabini nomine designatur in legibus nostris *l.* 59. *D. locat. l.* 80. *D. de legat.* 1. ita *Massurii* apud Pl. *lib.* 28. *c.* 9. *lib.* 16. *c.* 18. & *Massuri* apud Pers. *Sat.* 5. *v.* 90. Huic jurisconsultorum sæ ætatis facile principi, qui Atejo Capitoni successit, beneficium publice respondendi concessit Tiberius Cæsar *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Scripsit autem libros *responsorum* duos, *ad edictum prætoris* libros quinque, ad *Vitellium* libros aliquot; item libros *juris civilis* tres, qui illi ipsi, ut putat Heineccius, videntur, quos Arrianus *lib.* 4. *Dissert. Epictet. c.* 3. Μασσυρια νομιμα, *leges Massurii*, Persius *Sat.* 5. *v.* 90 *rubricam Massurii* vocat. Singuli enim libri varios titulos, quorum species a Jac. Gothofredo in quatuor juris civilis fontibus ostensa est, complexi sunt. Hi cum more veterum minio fuerint distincti, rubricæ nomine veniebant. Cornutus in Persium: Massurius Sabinus legis consultus fuit, cujus rubricam vocat minium, quo tituli legum adnotabantur. Ad libros hos notas tam Pomponius, quam Ulpianus, & Paulus scripserunt, ceu testatur inscriptio *l.* 1. *D. de legation.* cum Justiniano in *l. ult. C. de hered. inst. & princ. Inst. eod. tit.* & præter eos Aristo, ceu ex *l.* 6. *D. de usu & habit.* ostendit Heineccius, qui horum juris civilis librorum partem fuisse putat de *furtis* tractatum, quem citat Gellius *lib.* 11 *c.* 18. nec omittit ipse Heinecc. librum adsessorium, cujus fit mentio *l.* 5. §. 8. *D. de injur.* Massurii ejusdem esse idem putat, quos Massurii Fastorum libros semel atque iterum laudat Macrobius *lib.* 1. *Saturn. cap.* 12. Sane ex Indice Pisano constat eum scripsisse *Memoralium* vel *Memorabilium* libros, qui

qui historici videntur fuisse argumenti Gell. *noct. lib.* 4. *c.* 20. *lib.* 5. *c.* 6. *lib.* 6. *c.* 7. Macrob. Saturn. *lib.* 3. *c.* 6. *l.* 144. *D. de verb. sign.* An qui Sabiniani adpellantur *l.* 11. §. 3. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 11. *D. de adquir. rer. dom. l.* 3. *C. de lib. & post.* §. 25. *Inst. de rer. divis.* intelligendi sint hujus Massurii, an vero Cælii Sabini auditores, disquirit Heinecc. supra in voce *Cælius*.

MASTIGOPHORUS. Mastigophori qui agonothetas in certaminibus comitantur, ait Arcadius Charisius *l. ult.* §. 17. *D. de muner. & hon.* ut virgis insolentiam certatorum, spectatorumque coercerent. Iidem apud Xiphilin. in Heliogabalo μαστιγοφοροι, & ῥαβδοῦχοι. Suidas scribit fuisse επι δυμελης ραβδοφορες τινας προς ευταξιαν των θεατων, super orchestra *flagelliferos* quosdam ad continendos spectatores in ordine designatores adpellat Plaut. *in Pœnul. prol. v.* 8. Horat. *lib.* 1. *epist.* 7. *v.* 5. Vid. Lipsi. *Saturnal. lib.* 2. *cap.* 5.

MATER, genitrix. Ea semper certa licet vulgo conceperit *l.* 5. *D. de in jus voc.* Ejus loco sunt socrus & noverca §. 7. *Inst. de nupt.* Mater ex alio matrimonio facta *l.* 62. §. *ult. D. de rit. nupt.* Mater adoptiva *l.* 29. §. 3. *D. de inoff. test.*

MATERFAMILIAS pro femina sui juris, quemadmodum paterfamilias is dicitur, qui sui juris est *l.* 1. *l.* 4. *l.* 139. *D. de verb. signif.* & opponitur filiæ familias *l.* 1. §. 1. *D. ad SC. Tertull.* & sic materfamilias adpellatur, sive sit pubes, sive impubes *l.* 4. *D. de his qui sui vel alien. jur.* Tertullian. *de virgin. veland. c.* 11. Mater familiæ, inquit, vocatur licet virgo, & paterfamiliæ, licet investis.

Materfamilias pro femina honesta in *l.* 46. *D. de verb. signif. l.* 15. §. 15. *D. de injur.* etsi ea fit liberta *per dictam legem & l.* 41. *D. de ritu nupt.* quamquam alias materfamilias ponatur pro ingenua honestæ conditionis separatim a liberta in *l.* 1. *l.* 3. *D. de concub.* Et in interdicto de liberis exhibendis, quo, donec res judicetur, feminam, prætextatum, eumque qui proxime ad prætextati ætatem accedit, interim apud matremfamilias deponi prætor jubet, quum audis matremfamilias, accipe notæ auctoritatis feminam *l.* 3. §. *ult. D. de liber. exhib.*

Materfamilias pro femina maritata, etiam vidua *l.* 10. *D. ad Leg. Jul. de adulter.* Alio respiciens Festus *lib.* 10. ait: Materfamilias non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamiliæ dictus esset: Nec possunt hoc nomine plures in una familia præter unam adpellari. Sed nec vidua hoc nomine, nec quæ sine filiis est, appellari potest. Cicero porro Top. respiciens ad diversitatem uxorii nexus; Genus, inquit, est *uxor*; ejus duæ formæ, una *matrum familias*, hæ sunt, quæ in manum convenerant, altera earum, quæ tantummodo *uxores* habentur. Eodem respexisse videtur Gell. *lib.* 18. *c.* 6. aiens: Matremfamilias adpellatam esse eam solam, quæ esset in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, cujus maritus manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque & in sui heredis locum veniisset. Quod turbare videtur Nonius Marcellus, ubi ait: *Matremfamilias, quæ in familia mancipioque sit patris, etsi in mariti matrimonio esset;* nisi intelligas familiam mancipiumque patris ipsius mariti; verum ea quoque materfamilias audit, quæ in ipsius mariti mancipio est juxta

Gel-

Gellium jam citatum. Præterea negat Festus supra allegatus, matremfamilias prius dici, quam vir ejus pater familiæ dictus esset, & posse hoc nomine plures in una familia præter unam adpellari. Aliena *materfamilias l.* 8. *D. ad L. jul. de adult.*

MATERIA pro qualitate, genere, usu alicujus rei. Sic, urbanum prædium non locus facit, sed materia *l.* 198. *D. de verb. signif. junct. l.* 166. *D. eod. & l.*16. *C. de præd. minor.*

Materia pro subjecto & causa: Sic materia communionis *l.* 77. §. 20. *D. de legat.*2. litis instaurandæ *l.* 20. *D. de tutel. & rat. distr.* materiam seditionis præbere *l.*3. *D. de oper. publ.*

Materia pro re corporali qualibet, ex qua quidvis conficitur. Si gemma insculpenda, aut includenda data, vitio materiæ fracta sit *l.* 13. §. 5. *D. de locat. Materia* ad scribendum *l.* 52. §. 4. *D. de legat.* 3. Si æs pro auro, vel plumbum pro argento veneat, in corpus quidem consensum est, sed in materia erratur *leg.* 9. §. *ult. D. de contrab. emt.* id est, in substantia, ut *ibidem.* Et ita, in materia errari, & minus peritum discernendarum materiarum esse accipe *l.* 11. *D. eod. tit.*

Materia dicitur relate ad speciem. Ita: Quum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo: ut ecce, si quis ex alienis uvis, aut olivis, aut spicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære, vas aliquod facerit §. 25. *Inst. de rer. divis. l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom.* Si materia manente, species mutata sit *l.* 24. *D. eod.* Si aurum sit conflatum materia tamen manet *l.* 49. §. *ult. D. de legat.*3. Materia, *infecta*, *facta*, *signata l.*6. *D. de rei vend.* item rudis *l.*78. §.4. *D. de legat.*3.

Materia porro Ictis dicitur speciatim, quæ ædificationi est necessaria, sive lignea sive alia. Sic: Qui ex incendio aliquid rapuerit præter materiam *l.*3. §. *ult. D. ad Leg. jul. de vi publ.* Si domus particulatim ita exstructa sit, ut nihil ex pristina materia superfit *l.* 65. §. *ult. D. de legat.* 1. Si quis in alieno solo sua materia ædificaverit *l.* 7. §. 12. *D. de adqu. rer. dom.* Plin. *lib.*10. *Ep.* 50. *de lacu Nicomedens.* Per hunc marmora, fructus, materiæ, vehiculis ad mare devehentur. Est quoque plurali numero in *l.* 47. *D. de act. emt.* Accepta pecunia ad materias vendendas.

Materia qua ædificatur specialius lignea materiæ nomine venit, & separatur *a ligno*, eo scilicet, quo non ad ædificandum, sed ad comburendum utimur *l.* 55. *D. de legat.* 3. Alias *lignum*, quatenus ad ædificandum prodest, materiæ accensetur. Sic *in l.* 15. *C. Th. de extraord. & sord. mun.* materia, lignum & tabulata junguntur, pro quo Justinianus *l.* 12. *C. de excus. mun.* rescripsit materiam lignorum atque tabulata. Sed & materia ligno accensetur, si comburitur. Sic materiam pro ligno usurum esse *l.*12. D. *de usufr.*

Materia tandem magis adhuc speciatim de trabibus seu de arboribus fabricæ aptis dicitur in *l.*14. §. *ult. D. de peric. & commod. rei vend.* Pallad. *lib.* 2. *de re rust. c.* 33. Hoc etiam mense cædenda materia est ad fabricam Cornel. Fronto *de differ. voc. Materies* animi est, *materias* arboris. *Materies* qualitas ingenii, materia fabris apta. Quæ tamen confundit auctoritas. Cato *de re rust. c.* 17. Cætera *materies*, quæ semen habet, quum semen materies habet, non tempestiva est. Vitruv. *lib.* 2. *archit. c.*9. materies ca-

cædenda est a primo autumno. Veget. *de re milit.* 4. *c.* 35. His enim tantum octo diebus cæsa *materies* immunis servatur a carie.

MATERNUS, quod matris est, ut, maternus affectus *l.* 5. §. 4. *D. de agnosc. & al. lib.* materna civitas *l.* 3. *C. de muner.* Item quod a matre proficiscitur, ut: materna bona *l.* 144. §. 12. *D. de legat.* Dicuntur & sine substantivo materna, apud Plin. *lib.* 7. *Epist.* 2.

MATERTERA est matris soror, ait Paull. *l.* 10. §. 14. *D. de gradib. & adf.* quasi *mater altera* ut Fest. *lib.* 11. scribit.

Matertera magna, aviæ soror est *l.* 10. §. 15. *D. de gradib. & adfin.* Festus: Matertera patris & matris mihi *magna matertera* est; ita enim legendum, pro *mater est*, recte monet Brissonius.

Materteræ major proaviæ soror est, patris vel matris matertera magna *d. l.* 10. §. 16. *D. eod. tit.* quam Caius promateterteram vocat *l.* 1. §. 7. *eod.* Justin. §. 5. *Inst. de grad. cogn.*

Matertera maxima, abaviæ soror, patris vel matris matertera major *l.* 10. §. 17. *D. de grad. & adf.* quam Caius vocat abmateterteram *l.* 3. D. *eod.* & *Just.* §. 6. *Inst. de grad. cogn.*

MATHEMATICUS. Honestum hoc nomen primum fuisse discimus ex Gellio *lib.* 1. *c.* 9. Hi, inquit, dicebantur eo tempore μαθηματικοι, id est disciplinis vacantes, scilicet ab iis artibus, quas jam discere & meditari inceptaverunt, quoniam geometriam, gnomonicam, musicam, ceteraque item disciplinas altiores μαθηματα veteres Græci adpellabant: Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dixit. Igitur nomen hoc male audire cœpit, scilicet infamatum fallaciis mendaciisque eorum, qui se ex motu posituque siderum, aut aliis illicitis improbatisque artibus, eventus & futura prænoscere ac prædicere, hominumque fata ex eorum genesi prænunciare posse profitebantur. Hi sunt de quibus Valer. Max. *lib.* 1. *c.* 3. quos αστρολογους και γοητας Dio *lib.* 49. adpellat, & Mathematicorum nomine accipiendi sunt in jure nostro *tit. C. de malef. & mathem.* Tacit. *lib.* 1. *hist. c.* 22. D. Augustin. *lib.* 4. *confess. c.* 43. Tertull. *apolog. c.* 43. Juvenal. *Sat.* 14. *v.* 248. Nota mathematicis genesis tua. Similiter in jure Canonico, ubi legimus: Hi sunt, qui vulgo mathematici vocantur, cujus superstitionis genus Constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant, cum quisque nascitur *Cauſ* 26. *quæst.* 3. *c.* 1. §. 6. Eosdem Roma sæpius pulsos legimus apud Tacit. *annal.* 2. *c.* 32. & *lib.* 12. *c.* 52. Sueton. *in Vitell. c.* 14. Tertullian. *lib.* 1. *de Idol. c.* 9. & quidem omnibus Romani Imperii civitatibus *l. ult. C. Th. de mathem.* Diocletianus & Maximianus Aug. *l.* 2. *C. de malef. & mathem.* Artem geometriæ discere atque exercere publice interest. Ars autem *mathematica* damnabilis est, & interdicta omnibus.

MATRICARIUS, *in Novella* 13. *c.* 5. Hoc verbum in quibusdam vetustis ad Juliani patricii Epitomen sic expositum est: Matricarii dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes, & portantes spongias cum ferramentis, & alia, per quæ possunt de pariete in parietem transire, & ita incendium exstinguere. Sic dicti quod in matriculam Prætoris plebi relati erant Add. Cujac. *ad d. Novell.* 13.

MATRICULA, catalogus, descriptio, index *l.* 3. C. *de agent. in reb. l. pen. & fin. C. de com-*

commeat. Sic matricula fori *l.* 12. *l.* 15. *C. de advoc. div. jud.* Matriculæ militares pro numeris *l.* 16. *C. de teſt. mil.* Veget. *lib.* 2. *c.* 6. Nam puncturis in cute punctis, milites ſcripti, & matriculis inſerti, jurare ſolent. Pro matricula uſurpatur *ματριξ in c.* 120. Carthaginenſis concilii, his verbis, *μη προκριματισθη τη ματριξι*, quæ Zonaras ita interpretatur, *ὁ βλαβησεται εκ τω καταγραφηναι εν τη απογραφη των διαφορων τη εκκλησια.*

MATRICULARIUS. Hoc nomine deſignantur œconomi Eccleſiarum, quos Marguilliers Galli adpellant. Aimonus Monachus, *lib.* 4. *de geſt. Francor. c.* 33. Prædia vero tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulantibus, ſive matriculariis eccleſiæ contulit. Et in libro veteri formularum: Nos in Dei nomine matricularii S. Martini. Apud Gregor. Turon. *lib.* 1. *de mirac. c.* 37. Matriculariі erant pauperes in matriculam relati, qui eccleſiaſticis ſtipendiis alebantur. Ex his quidam ſeligebantur ad viliora eccleſiarum adjacentium munia, v. g. qui campanas pulſarent, eccleſiarum cuſtodiæ invigilarent, eas mundarent, ita ut deinceps in alimoniæ mercedem eccleſiarum, obſequiis totos ſe darent *Geſta Dagoberti Regis c.* 30. Atque inde matriculariorum in eccleſiis parochialibus origo, quorum ſedes ideo ad eccleſiæ fores adſignabantur, quo eas obſervarent, vel, ut alii putant, quod matricularum, quæ ad oſtia eccleſiæ erant, cuſtodes eſſent, pauperumque alimoniis invigilarent, quod quidem munus, ſeu onus ipſis parochianis poſtea attributum. *Matriculariі* in eccleſiis cathedralibus, & collegialibus ex ordine clericorum & laicorum erant *Hiſt. Epiſc. Antiſiodor. c.* 59. *Matriculariæ*, diaconiſſæ, preſbyteræ, viduæ, quæ in matriculam eccleſiæ relatæ, beneficiis & redditibus eccleſiaſticis alebantur Iſidor. Mercat. *in Concil. Laodic. c.* 11. In Gloſſ. Iſidori etiam *matricularius* eſt pauper, inops.

MATRIMONIUM adpellamus maris & feminæ conjunctionem, ait Ulpian. *l.* 1. §. 3. *D. de juſt. & jur.* ſeu, Divini & humani juris communicatio inter virum, & feminam, individuam vitæ conſuetudinem continens §. 1. *Inſt. de patr. pot.* Hujus definitionis poſteriorem partem cum Ulpiani definitione conjunctam legimus apud Gregor. Papam *cap. illud* 11. *de præſumpt.* Per divinum jus accipiuntur ſacra, quæ cujuſlibet familiæ olim propria fuerant. Sed in orbe Chriſtiano veram pietatem & jus naturæ per ſacra intelligere poſſumus. Quin ſub ratione ſacramenti matrimonium explicatur in Eccleſia Romana, ubi qui negat eſſe ſacramentum, hæreticus audit *cap.* 9 10. *de hæret.* Quapropter vitæ conſuetudinem individuam ita intelligunt, ut matrimonii diſſolutio quoad thorum & menſam tantum admittatur, non autem quoad vinculum ipſum *can. de voto in* 6. *c.* 7. 10. *de divort.* niſi in caſu, ſi conjux infidelis fidelem deſerat *c.* 7. & 8. 10. *eod. tit.* Jure vero civili intelligimus, non aptam quidem dividi conſuetudinem, quantum ad adfectionem attinet, licet quandoque actu dividatur, jure permittente, puta per divortium *l.* 1. *D. de divort. & repud.* Matrimonii autem definitioni ſuprà datæ haud incommode addideris finem ſobolis, non modo procreandæ, & per eam propagandi generis humani, ut eſt in 31. *quæſt.* 1. *c. Deut.* 22. *qu.* 2. *in princ.* ſed & educandæ.

Matrimonium dictum eſſe a *matris* nomine ſeu adepto ſeu adipiſcendo

cendo Gellius docet *lib.* 18. *c.* 6. Div. quoque Auguſtinus *lib* 1. *contra Fauſt.* ex eo dictum ſcribit, quod non ob aliud debeat femina nubere, quam ut mater fiat. Gregorius *de converſ. infidel. cap.* 2. §. *ad quod illa.* datum hoc laboribus, quos in partu mulieres ſuferunt, tradit, ut ab ipſis potiuſquam a viris eorum conjunctio nomen accipiat. Ceterum quod Abbas Panormitan. quaſi *matris munium*, i.e. officium dici putavit, non magis apte ponitur, ac ſi quis patrimonium quaſi patris *munium* dici velit.

Matrimonium, conjugium, connubium, & nuptiæ ſæpe promiſcue uſurpantur, ut apud Ulpian. *tit.* 5. § 2. Juſtum, ait, matrimonium eſt, ſi inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium ſit, & tam maſculus pubes, quam femina viri potens ſit, & utrique conſentiant, ſi ſui juris ſint, aut parentes eorum, ſi in poteſtate ſint Julianus in *l.* 11. *D. de ritu nupt.* Puto recte matrimonium, vel nuptias contrahi. Idem Ulp. in *l.* 32. § 13. *D. de donat. int. vir. & ux.* Puto, donationes non valere, quaſi duraverint nuptiæ, non enim coitus matrimonium facit, ſed maritalis affectio. Propria tamen differentia reperitur inter matrimonium, & nuptias, ut in *l. pen. D eod. tit.* Ubi Scævola matrimonium eſſe oſtendit, conventionem inter virum, & uxorem, eamque conventionem ſolo conſenſu contrahi, hoc eſt, neque rei interventum, neque certa, & concepta verba, neque literas *l.* 8. *C. de inceſt. nupt.* Nuptias autem ibidem Scævola eſſe oſtendit, ritum illum, qui pro cujuſque gentis inſtitutis palam, & publice adhiberi ſolet; veluti apud Romanos deductionem in mariti domum, item aquæ & ignis interventum. Aliam differentiam vide infra in verbo *Nuptiæ*.

Matrimonium impar juſtum. Vid. his locis.

Matrimonium quandoque pro ipſa uxore, non aliter, ac clientela ſæpe pro clientibus, ſervitia pro ſervis ponuntur. Ita Sueton. in *Calig. c.* 24. edixiſſe Caligulam, matrimonium ſibi repertum exemplo Romuli, & Auguſti. Et Juſtinus *lib.* 3. *c.* 3. de Lycurgo: Ut ſeverius matrimonia ſua viri coercerent. Livius *lib.* 23. -matrimoniis convocatis.

Matrimonium pro re a matre relicta, falſo apud Sueton. *in Aug. c.* 40. Valer. Max. & Senec. legi a Cujacio aliiſque, Caſaubonus *ad Suet.* monuit. Adde Chriſtoph. Coler. *parerg. c.* 6. Vid. infra ſub *art. patrimonium.*

MATRIMUS. Vide in voce *patrimus.*

MATRIX fiſtula aquarum quaſi promordialis, vel originalis, ex quibus aliæ quodammodo prodeunt in *l.* 3. *C. de aquæduct. quæ eſt l.* 3. *C. Th. eod. tit.* Matrices pecudes Varro, & Columella eas adpellant, ex quarum fœtu reliquæ propagantur; & matricem arborem Suet. *in Aug. c.* 94. ex qua ſoboles enata. Tertullianus *de virgin. veland. c.* 5. Evam *matricem* generis humani vocat. Similiter libro *adverſus Judæos c.* 2. Primordialis lex eſt data Adæ, & Evæ in Paradiſo, quaſi *matrix* omnium præceptorum Dei. Et *de præſcript. adv. hæret. c.* 21. Eccleſias apoſtolicas *matrices*, & originales fidei dicit. Ita Cyprianus *Epiſt.* 45. Romanam Eccleſiam catholicam *matricem* eſſe ait. Verum cum Eccleſia ſubjecta Epiſcopo unitur alteri, vel gubernanda committitur ſalvo jure *Matricis Eccleſiæ*, per matricem Eccleſiam intelligitur cathedralis, & non Romana, ait Innocent. III *cap.* 22. *de verbor. ſignif.* Cum cathedralem, vel matricem, ſeu paro-

rochialem loci Ecclesiam illa viderint, aut sciverint observare non obstantibus quibuscumque adpellationibus *cap.* 1. *Clementin. de sentent. excomm.* & ibi glossa: matrix ecclesia ponitur pro majori baptismali, quæ generat baptismum, sicuti mater.

MATRONA. Ita fere adpellatas ait Festus *lib.* II. quibus stolas habendi jus esset. Marcellus in *l.*41. *D. de ritu nupt.* Matronæ nomen ponit pro matrisfamilias honestate, additque eam non retineri ab ea, quæ se in concubitum alterius, quam patroni tradit. Sic etiam matronarum nomen accipe apud Plin. *lib.*7. *Epist.*18. At Gellius *lib.* 48. *c.* 6. cui & Nonius Marcellus accedit, *matronam* dictam esse proprie, tradit, quæ in matrimonium cum viro conveniisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nati forent, dictamque esse ita a matris nomine, non adepto jam, sed cum spe & omine mox adipiscendi.

MATRONALIS, quod matronæ est; ut matronalis habitus *l.*15. §.14. *D. de injur.* ornatus *Novell. Theodos. & Valent. de fructib.*

MATRUELIS *l.*1. *D. ad Leg. pomp. de parricid.* Matrueles ait Cujac. *ad d. l. & Inst. de gradib.* sunt, qui ex eadem matre nati, seu uterini, quemadmodum patrueles, qui ex eodem patre. Ita Hotom. 5. *observ.* 31. qui tamen *in comment. verbor.* matruelem interpretatur eum, qui ex matris meę fratre natus sit. Brissonius patrueles, ait, qui ex fratribus, matrueles qui ex fratre, & sorore nati sunt. Sed hæc satis turbata videntur. Vero simile quidem est, patruelis verbum designare eum, qui mihi e latere patris mei cognatus est, matrueles vero mihi cognatos esse, qui mihi a latere matris meæ juncti sunt, sive proximo, sive ulteriori gradu. Et dicendum videtur, quod, sicuti qui ex matris meæ fratre nati sunt, mihi sunt *matrueles*, ego ipsis sum patruelis. Plane qui ex sororibus duabus nati sunt, *consobrini*, qui ex fratribus duobus *patrueles* inter se dicuntur vicissim.

MATULA vasis genus est latius accipiendo accommodatum; & in mundo muliebri continetur, ut scripsit Ulp. *in l.*25. §.10. *D. de aur. arg. legat.* Cujac.10. *obs.*17.

MATURE, cito. Sic maturius pro citius in *l.* 3. §.14. *l.*51. *D. ad Leg. Aquil.* Maturissime i. e. citissime *l.* 5. *D. de offic. proconsl.*

MATURITAS fructuum i. e. perfectio *l.* 42. *D. de usu & usufr. leg.* Accipitur etiam de rebus aliis, in quibus nihil desideratur. Sic *in fl.* 3. *C. Theod. de relation.* Tunc demum relationibus plena maturitas est.

MATURUS, *a*, *um*. Sic maturi fructus & immaturi, ac speciatim matura olea in *l.* 42. *D. de usufr. leg.* matura silva *l.* 12. *D. quod vi aut clam.* Translate autem matura ætas *l.*50. §. *ult. D. de legat.* 3. maturus finis *l. un. C. Th. de Episc. jud.* Maturior partus, i e. citius editus, Paull. 5. *Sent. tit.*9. §. 5. maturior solutio *l.* 4. §.6. *D. de in diem addict.*

MATUTINO tempore, & vespertino opponuntur *l.* 10. §. 2. *D. de ædilit. edict.*

Matutinum, officii septem horarum canonicarum prima pars; a voce *matuta*, quæ auroram significat. Dicitur etiam nocturnum, vigiliæ nocturnæ. Ordinem *matutini* dabit Gavantus *T.*1.*p.*132.

MAURICIANUS Ictus. Vide supra art. *Junius.*

MAURITANIA, quam *l.* §. 2. *C. de off. præf. urb.*

nianus separat a Tingitana, Carthagine, Tripoli, ac Numidia, cum qua quodammodo conjungitur ab Arcadio, & Honorio Impp. in *l.* 28. *C. Theod. de suscept. præpos.* Et videtur esse Mauritania Cæsariensis, cujus provinciæ major pars erat Numidia Massæsylorum, excepto non longo tractu, qui inter Malucham est, & Malvam fluvios, quorum illum terminum fuisse constat Massæsylorum Numidarum & Jugurthæ regni, quod erat Mauritania propria.

MAURUS. Mauri Sitifenses memorantur in *Novella Theod. & Valentin. de tribut. fiscal.* Sitipha colonia in Mauritania Cæsariensi; medio ævo fuit illustrior, & provinciæ, quam denominat, Mauritaniæ Sitifensis, metropolis facta fuit.

MAXILLA, mala in *l.* 12. *D. de ædilit. edict.*

MAXIME, id est, præcipue, præsertim, principaliter in *l.* 90. *l.* 96. *D. de reg. jur.* & aliis fere innumeris locis. Sed hæc vox interdum pro *ita demum* est accipienda. Veluti cum in *l.* 9. *D. de usurpat. & usucap.* usucapi res *maxime* corporales legitur; non admittitur ea rerum quoque incorporalium usucapio, sed sola corporalium. Sic in *l.* 3. *D. de concub.* ingenuam in concubinatu esse posse, traditur, *maxime* eam, quæ obscuro loco nata est, id est eam demum, ut sequentia verba declarant. Similiter in *l.* 2. *C. an serv. ex suo fact. Maxime*, quum tibi peculium non esse legatum proponas. Aliud enim esset dicendum per *l.* 1. §. 10. *D. de dot. præl.* si peculium legatum proponeretur. Eademque vocis hujus interpretatio facienda est in *l.* 12. §. 12. *D. de instr. vel instrum. leg.* uti apparet ex conjunctione *l.* 22. *D. eod. tit.* Tandem in *l.* 12. §. 1. *D. de pec.* Maxime si quid ad eum pervenit, interpretor *in quantum quid.* Vide quoque *l.* 3. *D. quando ex fact. l.* 2. *D. de arbor. furt. cæs.*

Maxime pro valde, ut maxime necessarium *l.* 4. *D. de admin. & per. tut.*

Nota porro elegantes phrases. Etiam si *maxime* creditor non fuerit *l.* 2. §. 7. *D. de hered. vel act. vend.* Sed si *maxime* repromitterent *l.* 43. §. *ult. D. de damn. inf.* Etsi maxime velit *l.* 2. §. 3. *D. de capt. & postl.* Vel maxime autem *l.* 2. §. 6. *D. de collat.* Ut maxime quis existimet *l.* 63. *D. de furt.* Ut maxime usus sit *l.* 7. *D. de suppell. leg.*

MAXIMUS tyrannus, qui se in Gallia pro Imperatore gessit. Hujus fit mentio in *l.* 10. *C. Th. de infirm. his quæ sub Tyrann.*

Maximus comes, & exquæstor Palatii, principatu Theodosii & Valentiniani, qui Vir *Illustris* vocatur in *Novell. de Cod. Theod. auct.* item *laudabilis* in Novella eorumdem Impp. *de tribut. fiscal.*

Maximus, a, um. De rebus variis dicitur passim in legibus. Sed hoc epitheton principibus dari heic notandum est, quod ab Hadriani temporibus invaluit. Ita Maximus Princeps Hadrianus in *l.* 20 §. 6. *D. de hered. pet.* Severus quoque maximus princeps dicitur in *l.* 17. *D. de quæst. l.* 8. *pr. D. de vacat. & excus. mun.* in cujus §. *ult.* Maximi principes Imperatores in genere audiunt, qua in re Romanos Persis æmulatos esse suspicatur Heineccius; horum enim Reges μεγαλας βασιλεις apud Aristoph. *in Pluto v.* 170. & Julian. *orat.* 6. dictos esse observat.

Maximus avunculus, frater abaviæ *l.* 10. §. 15. 19. 17. *D. de gradib.*

Maxima matertera. Vide in voce matertera.

Maximus patruus. Vide *patruus.*

MEATUS aquarum *l. 6. l. 7. l. 8. C. Th. de aquæd. & l. 4. C. Just. eod.* formarum, vide sub voce *forma*.

MECÆNAS. C. Cilnius, Cæsaris Augusti amicus, cujus, ejusque uxoris, antea Ciceroni nuptæ, mentio fit in *l. 64. D. de donat. int. vir. & ux.*

MECHANICI, machinarum structores, & inventores, aut quorum opera machinarum usus exhibetur *l. ult. C. de excus. artif.* Suet. *in Vespas. c.* 18.

MEDELA juris, seu remedium in *l. 17. C. de eviction.*

MEDERI alicui, i. e. succurrere in *l. 6. pr. C. de Inst. & subst. l. 57. D. de hered. pet.* Mederi desiderio *l ult. D. de mort. infer. l. 5. C. de adpell.* rei *l. 26. C. de minor.*

MEDIACUS, *i. Mediacos* pro *medicos* legendum observat Jacob. Gothofr. *in l. 2. C. Theod. de excus. artif.* Mediaci enim sunt, qui circa mediale versantur fabri lignarii. Nam mediale in re lignaria proprie loquentibus est pars intima arboris, quæ ad intestina opera, & minutiaria facienda sumuntur, de quo Salmas. in Solin. *p.* 166. Et sic *mediani* tignarii, & intestinariis proximi recensentur *in dicta lege.*

MEDIANUS, *a, um.* Medianum Cœnaculi in *l. 5. §. 2. D. de his qui effud.* Medianæ Columnæ, mediana acroateria ponuntur angularibus apud Vitruv. *lib. 3. c. 1. & ult.*

MEDIASTINUS servus dicitur, qui in magna familia, sive in Caupona, sive in balneo, domove privata, præsto est ad facienda quæcumque imperantur; nec certo officio, artificio, ministerioque addictus, adscriptusve est, Non. Marcell. 2. 253. Priscianus in libro *de* 12. *Carmin.* Ulpianus in *l. 1. §. 5. D. naut. caup. & stab.* Unde opponitur servo ordinario in *l. 15. §. 44. D. de injur.* & artifici in *l. ult. D. de oper. serv.* & habetur inter viliores, vide Torrent. *ad Hor. lib. 1. epist. 14. v. 24.* Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Vetus Glossarium: Mediastinus servus est, qui medium actum gerit, nec inter ordinarios, nec vicarios servos, sed medios inter hos, & illos connumeratur.

MEDICAMEN, quod ad salutem hominis, velut remedium datum erat Paul. *lib 5. Sent. tit. 23. §. 19.*

MEDICAMENTARIUS *l. 1. C. Theod. de repud.* est maleficus, ut interpres hic explicat, i. e. veneficus, ut est in *l. 8. C. Justin. eod. tit.* Eodem sensu & medicamentaria *in dicta l. 1.* occurrit.

MEDICAMENTUM. Hujus verbi duplicem significatum notat Nonius Marcell. inquiens, esse, quo homines, vel animalia cetera curantur, citatque Tullii verba *off. lib. 2.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Ita in *l. 7. §. 6. D. ad L. Aquil* Qui venenum pro medicamento dedit. Item in *l 5. D. de pen. legat.* Theriaca, & cetera medicamenta, quæ secessus caussa dominus ibi habuit. Senec. *Epist. 64.* Puta, relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi.

Medicamentum rursus est venenum græce φαρμακος, apud eumdem Non. qui ridiculam hujus vocis notationem affert, quasi a *Medis*, apud quos Venefici fuerint plurimi, *medicamentum* prima verbi syllaba producta dicatur. Idem adfert ex Varrone verba hæc: Quærit ab Annibale, cur biberit medicamentum; quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat. Sic in *l. 15. D. de injur.* medicamento mentem alienare. Item

Item mala medicamenta *l.* 3. *D. ad leg. Corn. de Sicar. &* §. 5. *Inſt. de publ. jud.* quæ venenis junguntur *l.* 4. §. 1. *D. famil. erciſc.*

Medicamentum tandem pro tinctura purpuræ, aut ſucco, quem bibit purpura, Seneca dixit *lib.* 1. *natur. quæſt. c.* 3.

MEDICINA, ars medica. Sic medicinam exercere *l.* 27. *D. de oper. libert.* facere *l.* 26. *D. eod. tit.*

Medicina pro remedio, ut medicina competens adhibenda *l.* 18. *C. Theod. de agent.* medicinæ cauſſa parata *l.* 70. §. 1. *D. de legat.* 3.

Medicina translate, ut medicina correctionis *l. un.* C. *Theod. de emendand. propinq.*

MEDICUS, qui ſalutis hominum curam agit *l.* 1. §. 1. *D. de extraord. cogn.* Medicorum autem nomine veniebant apud Ictos, quicunque humano corpori medebantur, quoquo ſanandi genere id fieret, & in quibuſvis morbis. Etenim medicos videmus quoque adpellari, qui alias *chirurgi*, ut apud Paull. *lib.* 3. *ſent. tit.* 6. §. 62. his verbis: Inſtrumento *medici* legato, collyria, & emplaſtra, & apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. Item Ulpianus *in l.* 4. *in fin. D. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Medico, inquit, qui virilia exciderit, & in *l.* 7. §. *ult. D. ad Leg. aquil.* Si medicus ſervum imperite ſecuerit. Seneca *lib.* 1. *de ira c.* 5. de medico agens: ſi fruſtra molliora ceſſerunt, ferit venam, membriſque ſi adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus adfert.

Medici varii generis paſſim memorantur, veluti circulatores, vel περιοδευται *l.* 6. §. 1. *D. de excuſ. tut.* Medici *Clinici* apud Gruter. *p.* 581. 1. *p.* 335. 1. Medici *oculorii*, vel *ophthalmici* apud Reineſ. *Claſſ.* 11. 8. qui & medici ab oculis, Grut. *p.* 635. 3. Si medicus, cui curandos ſuos oculos, quibus laborabat, commiſerit *l.* 3. *D. de extraord. cogn.* Idem de Ægyptiis memoriæ prodidiſſe obſervat Hein.

Eos quoque qui medicinam factitarent, ſervos, vel libertos fuiſſe adparet ex *l.* 10. §. *ult. D. de ann. legat. l.* 14. §. 7. *D. de bon. libert. l.* 40. §. 6. *de bon. libert. l.* 25. §. 1. *de oper. libert.*

Quin erant & *medicæ* mulieres, ſeu, ut eſt in Baſilicis *ad l. pen. C. de poſthum. hered.* ιατριναι, aſſæ, vel obſtetrices. Unde & medicamentum dare dicitur obſtetrix *l.* 9. *pr. D. ad Leg. aquil.* & medicinam exhibere *leg.* 1. §. 1. *D. de extraord. cognit.* Immo & ſæculo, quo Codex Alaricianus compilatus eſt, obſtetrices omnes videntur adpellatæ; ſane enim interpres Paulli *ad lib.* 2. *ſent. tit.* 24. §. 8. ita ſcribit: Quoties de mulieris prægnatione dubitatur, quinque obſtetrices, id eſt *medicæ*, ventrem jubentur inſpicere.

De *Medicorum* numero in qualibet Civitate definito vide *l.* 1. *D. de decret. ab ord. fac. &* §. 15. *Inſt. de excuſ. tut.*

Erant & *medici* militum *l.* 33. §. *ult. D. ex quib. cauſ. maj.* uti, *medicus* ſecundæ Legionis *l.* 1. C. *de profeſſ. & medic.* Huc etiam pertinet *l. ult. D. de jur. immun.*

Sed & in ludis gladiatoriis artem feciſſe *medicos*, qui luxata, vulneratæque gladiatorum membra curabant, obſervat Heinecc. poſt Laurent. *var. antiq. erud. lib.* 2. *Diſſ.* 21. *p.* 128. Gruter. *inſcript. p.* 335. 2. 3. & Reineſ. *ad Inſcript. p.* 181.

MEDIE, pro mediocriter, vel modice, Ulpianus *l.* 25. *D.*

de pign. act. Ita Lactant. *Inst. 6. c. 15.* Ut vitia, quoniam tolli non possunt, medie temperanda sunt.

MEDIETAS dimidium. Medietas debiti *l. 1. C. Theod. de usur. rei jud.* Item est media via. Medietatem quamdam secuti *l. 3. D. si pars hered. pet.* Cicero *de universs. c. 7.* scripsit, se vix audere dicere medietates; ipse vero citato loco habet, in singulis esse bina media &c. Usi tamen hac voce sunt Palladius, Apuleius, & his inferiores Ammianus, Eutropius, ut monstravit Cellarius *cur. secund. p. 222.*

MEDIOCRITAS pro eo quod modicum est; sic mediocritate non genere differt scapha a nave *l. ult. D. de instr. vel instrum. leg.* Est quoque paupertas *l. 6. §. ult. D. de excus. l. 27. C. Theod. de annon.*

MEDITATIO longa ac diuturna *l. 41. C. Theod. de hæret.* sæva & pugnatrix *l. 11. C. Theod. de poen.*

MEDIUS, *a*, *um*, pro mediocris. *Medii actus* homo ab Imperatore adpellatus servus, neque magnæ alicui curationi præpositus, qualis est dispensator, vel atriensis, neque viliſſimo muneri destinatus, qualis est mediastinus, aut scoparius, sed mediæ inter illas functiones curationi alicui præfectus *in §. 6. Inst. de injur.* Mediæ dignitatis judex *l. 5. pr. Cod. Theod. de iis qui administr.*

Medium pro moderato: Sic media ratio *l. 6. D. de poen.* media sententia *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* via *§. ult. Inst. de rer. divis.* Quinctilian. *lib. 4. c. 2.* Medium decretum Liv. *3. c. 13. & 31 c. 21.*

Medius qui inter postremum & primum, ut medius aliquis ex auctoribus *l. 15. §. 1. D. de diverſ. temp. præſcr.* Medius dominus *l. 17. D. de aqua & aqu. pluv.*

Medium quod inter extrema: Mediæ ædes *l. 24. D. de serv. præd. urb.* In *medio* alveo *l. 1. §. 7. D. de flumin.*

Medium tempus, i. e. interfluens: Sic medio tempore *l. 11. §. 4. D. de except. rei jud.* quæ phrasis in legibus passim variis adplicatur negotiis, quæ colligit Brissonius sub hac voce.

Medius, i. e. medii ævi. Ita *Media* Jurisprudentia *§. 3. Inst. de legit. agn. succ.* Sunt qui illam ab Hadriano ad Constantinum magnum porrigunt, uti Perizon. *ad leg. Vocon. p. 198.* Alii a Cicerone ad Augustum, ut Jan. Vinc. Gravina *lib 1. §. 46.* Alii a Trajano ad Justinianum usque, veluti Zas. *Tom. 2. op. p. 126.* Sed Heineccius post Calvanum *de usufr. c. 6. §. 7. p. 50.* simplicius esse judicat intelligere per mediam jurisprudentiam illud jus, quod sine scripto interpretationibus, disputationibusque prudentum inductum est, alias κατ' ἐξοχην jus civile dictum, de quo *l. 2. §. 5. D. orig. jur.* Unde Theophilus vertit: οι μετα των δωδεκαδελτων σοφοι, νεωτεροι μεν οντες της εκεινη νομοθεσιας, πρεσβυτεροι δε των διαταξεων i. e. jurisconsulti lege XII. Tabularum juniores, sed anteriores Principum constitutionibus.

Medius, præsens, ut Nobis mediis, i. e. præsentibus *l. 19. C. de testam.* In medium vel in medio pro in re præsenti *l. ult. C. quib. ad lib. procl.* De medio vel e medio discedere *l. 8. C. de condit. & demonstr.* ducere *l. 9. D. de legat. 2.* præcipere *l. 88. §. 1. D. de legat. 2.* recipere *l. 18. §. ult. D. de ann. legat.* tollere *l. 41. §. 3. l. 91. §. ult. D. de legat. 3.* tollere *l. 37. D. de injur.*

Medium, indifferens, nec bo-

num

num per se nec malum, quales esse honores, divitias, formam ex principiis Stoicorum Seneca ait *Epist.* 82. Medius Princeps, qui neque bonus, neque prorsus malus apud Ammian. Marcell. *lib.* 14. *p.* 24. Medium virum Vopiscus *in Caro c.* 14. Medium Ducem Spartianus *in Ælio Vero c.* 3. Medie moratos Apulei. *de habit. doctr. platon. lib.* 2.

Medium nomen *l.* 3. §. 1. *D. ad Leg. Corn. de sicar.* i. e. των μεσων, ut loquitur *l.* 1. §. 3. *D. de serv. corrupt.* Μεσα autem appellantur vocabula, quæ in bonam & malam partem accipiuntur, qualia sunt dolus, valetudo, venenum, quæ *boni* vel *mali* adjectione distingui, & discerni solent. De veneno bono vel malo vide *l.* 236. *D. de verb. signif.* Sic Serv. *in* 1. *Æneid. ad v.* 661. notat dici artes bonas, vel malas. Eoque sensu & *mediam* vocem dixit Gell. 12. *c.* 9.

Medium pro dimidio. Sic in bonorum media portione fiscalibus compendiis addicta cedant *l.* 1 *C. Theod. de off. præf. præt.* media pars domus *l.* 5. *C. Th. de metat.* vide Capitolin. *in Pio. c.* 4.

Medogrammatei in *l.* 4. *C. de tabul. scrib. & logograph.* corrupte legitur pro *Demogrammatei.* Hinc vanum est quod de *Medographo*, medicinæ scriptore, in dicta lege intelligendum esse vult Calvinus *in Lexico sub voce Medographia*, cujus usus nullus est.

Mel, notæ significationis in jure. Mella esculenta penui semper cedunt *l.* 3. §. 3. *D. de pen. leg.* Ex melle autem mulsum, hydromeli, & œnomeli, de quibus suis locis.

Mela. Vid. supra *Flavius Mela.*

Melancholicus, atra bile laborans, & ad tristitiam, & asperitatem proclivis *l.* 2. *sequ. D. de ædilit. edict.*

Melantia, locus in Thracia sollemnis fuit XVIII. lapide a Constantinopoli Melantiæ pro Valentiæ reponit Jac. Gothofr. in subscriptione Legis 22. *Cod. Th. de convict. annon.* & *l.* 113. *ejusd. Cod. de decurion.* quæ eadem die datæ sunt a Theodosio M.

Melchisedechiani vocati pro eo, quod Melchisedech sacerdotem Dei non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur *caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 16.

Melinum, genus coloris, quem alii gilvum, alii album alii luteum exponunt. De eo Plin. *hist. nat. lib.* 35. *c.* 6. Suidæ μελινον γρωμα; Isgino & cocco jungitur *l.* 78. §. 5. *D. de legat.* 3. Ita dictum a Melo insula, ubi optimum reperitur.

Melior pro utilior & potior. Ita melior caussa passim in legibus, ac speciatim *melior* caussa possidentis *l.* 26. §. *ult. l.* 126. §. *ult. D. de reg. jur.* Item *melior* conditio *l.* 133. *D. eod. tit. l.* 17. *D. de fund. dot. pr. Inst. de auct. tut.* & innumeris fere locis. Seneca *de Benef.* 3. *c.* 7. Melior, ait, videtur conditio caussæ bonæ, si ad judicium, quam si ad arbitrum mittatur.

Melior pro locupletior. Ita *melior* factus adolescens *l.* 32. §. 4. *D. de admin. & peric. tut.* Si ad meliorem fortunam pervenerit *l.* 1. §. 7. *C. de rei ux. act.*

Melior qui magis est frugi. Sic me eloquentia, & diligentia tua meliorem reddidisti *l.* 2. *D. de donat.*

Meliores pro fortioribus & potentioribus, Tacit. *annal.* 13. *c.* 56. Patienda, ait Avitus, meliorum imperia.

Melius est, i. e. utilius, commodius *l.* 57. *D. de hered. pet. l.* 17. *quod met. caus.*

Melius pro tutius, & potius, ut melius est agere, vel agi *l.* 18. *D. de præscript. verb.* Melius

est ut dicamus *l.* 1. §. 5. *D. de postul.*

Melius pro æquius. Sic Melius est in re dubia favere repetitioni, quam adventitio lucro *l.* 41. *D. de regul. jur.* Melius est legatarium non lucrari, quam venditorum damno affici *l.* 14. §. 1. *D. de relig. & sumpt. fun. Melius æquius* quandoque conjunguntur, ut in *l.* 66. §. *ult. D. solut. matrim. l.* 82. *D. de solut. æquius melius* apud Ciceronem *de offic.* 3. *c.* 15.

MELIORARE est melius quid reddere, ut in *l.* 13. §. 5. *D. de usufr.* Usufructuario permittitur meliorare proprietatem, i. e. eam meliorem, & fructuosiorem facere.

MELIORATIONES Græcis εμποιηματα dicuntur *l. ult. C. de jur. emphyt.* Pro faciendis meliorationibus *l. ult. C. de negot. gest.*

MELLOPROXIMATUS in Constitut. Justiniani *de adjutorib.*

MELLOPROXIMUS autem est, qui insequente anno Proximatus honorem μελλει adipisci, seu adepturus est *l.* 5. *l.* 7. *l.* 14. *C. de proxim. sacr. scrin. l.* 17. *C. Theod. de proxim. comit. dispos.* De similibus vocabulis e Græco, & Latino compositis, quæ apud veteres occurrunt, videndus est Radulph. Forner. *lib.* 5. *rer. quotid. c.* 2. Sic Mellephebum pubertati proximum Censorinus vocat; quemadmodum μελλοπαις puer, qui ætatis progressu annum decimum attigit, & μελλοποσις, futurus sponsus. Pollux & Hesych.

MELUS. *i.* μηλος in *Nov.* 105. *c.* 2. §. 5. genus nummorum minutorum sic dictus a forma rotunda; μηλον autem græcis est malum. Vide Cujac. ad dict. Nov.

MEMBRANA tenuior animalium pellis ita parata, ut sit ad scribendum apta. A chartis membranæ separantur in *l.* 52 *l.* 102. *D. de legat.* 3. *l.* 1. *D. de bon. poss. sec. tab.* §. 33. *Inst. de rer. divis.* Plin. *Hist. nat. lib.* 13. *c.* 11. Varro membranas Pergami tradidit repertas, postea promiscue patuit usus rei, qua constat immortalitas hominum.

Membranarum libros septem Priscus Neratius scripserat, de quibus quædam notavit Hannib. Fabrot. *in Cujacii paratitl. C. in proœm.*

MEMBRANEORUM codicum fit mentio in *l.* 52. *D. de leg* 3.

Quæ *membranulis* manu mea scriptis continentur, ait *l.* 102. *D. de legat.* 3.

MEMBRUM (*in LL. XII. Tabul.*) si rupit, ni pacit, talio esto. Vide §. 7. *Inst de injur.* Dominus membrorum suorum nemo videtur *l.* 13. *D. ad* L. *Aquil.*

Membrum pro parte ædium, & cubiculo *l.* 52. §. 6. *D. de legat.* 3. *l.* 13. *D. de manumiss. testam.* Columella membra villæ in tres partes, urbanam, rusticam, & fructuariam dividit. Vide quoque *Plin. lib.* 2. *Epist.* 17. *& lib.* 5. *Epist.* 6. Apulei. *de asin. aur. lib.* 3. *&* 7. Vitruv. *Architect. lib.* 3. *c. ult.* Gell. *lib.* 17. *c.* 9.

MEMINISSE, ait Seneca *Epist.* 33. est rem commissam memoriæ custodire. Et ita accipitur in *l.* 1. *v. ult. D. de aqua quotid. Memineris* est formula in rescriptis usitata, veluti apud Plin. *lib.* 10. *Epist.* 42. *&* 43.

MEMOR esse idem est *l.* 31. *D. de adim. leg. l.* 20. *D. de fideic. libert.*

MEMORATUS, *a, um*, de quo mentio facta est *l.* 5. *D. de lib. caus.*

MEMORIA pro recordatione *l.* 27. *D. de condit. instit. l.* 2. *D.* §. 8. *de aqua, & aqua pluv. l.* 32. *D. de furt.*

Me-

Memoria pro honore nominis, existimationeque, & pia recordatione defunctorum usurpatur. Sic memoriæ conservandæ defuncti gratia *l.16. D. de usu & usufr.* Hinc decessores suos, vita functos, augustæ & divæ memoriæ posterioris sæculi Imperatores adpellant *l.11. C. de proxim. sacr. scrin. l. 7. l. 12. C. Th. de agent. in reb.*

Memoria vero *damnari* dicitur eorum, qui majestatis, & perduellionis criminibus post mortem rei agebantur *l. 32. §.7. D. de don. inter vir. & ux. §. 3. Inst. de publ. jud.* Nam quamvis cetera crimina morte reorum extinguantur, hoc tamen etiam adversus mortuos exercetur, ceu docet Theophil. *ad §.5. Inst. de hered. quæ ab intest.*

Memoria quoque malorum Principum damnata dicitur, ut apud Lamprid. in *Commod. c.* 20. ubi Severus, pontifex, hæc pro sententia de Commodi memoria damnanda dicit: Censeo abolendas statuas, quæ undique sunt abolendæ, nomenque ex omnibus privatis, publicisque monumentis eradendum. Apud *eumd. Lamprid. in Domit. c. ult.* Parricidæ gladiatoris *memoria* abolebatur. De ea memoriæ damnatione differunt Lipsius *excurs. ad Tacit. annal. lib. 6. &* Rad. Forner. *rer. quotid. lib. 2. c. 17. & 18.*

Memoria contra restitui dicitur, quorum illicite damnata erat, quorumque innocentia post mortem purgabatur. Sic Capitolinus *de Pertinace c. 6.* ait, Revocavit etiam eos, qui deportati fuerant crimine majestatis, eorum memoria restituta, qui occisi fuerant.

Memoria pro Commentariis, in quos referebant ea, quæ ad perennem memoriam pertinebant, aut quæ memoriæ ergo litteris mandata observari principes curabant proprio, ac speciali scrinio, quod ejus rei ergo comparatum erat; *memoriæque* seu *sacræ memoriæ* dicebatur, quod inter quatuor sacra seu palatina scrinia primum locum obtinebat. Atque hoc *memoriæ* scrinium Magistrum habebat, de quo supra sub voce *Magister.*

MEMORIALIS. *Memoriales*, non hi modo, qui in scrinio memoriæ, sed & qui in tribus aliis scriniis militabant, adpellabantur *l. 7. l. 10. l. 11. C. de proxim. sacr. scrin. Memoriales* qui in scriniis, memoriæ, epistolarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur *l. 2. C. de privil. eor. qui in sacr. pal. mil.* Vide & *l. 2. C. de petit. bon. subl. l. ult. C. de divers. rescripts.* Hi Leges, rescripta, constitutiones excipiebant, perscribebant, implebant, exsequebantur. Sacris scriniis peragendisque responsis Principum obsecundabant, ut loquitur *l. 11. C. de excus. mun.* Adjutores quoque fuisse Quæstoris, quorum obsequio res agebatur quæstoria, docet *l. ult. pr. C. de proxim. sacr. scrin.*

Memorialia scripta dixit Arnobius *lib. 6. adv. gent.* antiquas lectionum memorias. Jul. Firm. Matern. *lib. 6. Mathes. c. 26.*

MENANDRINI a Menandro Mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab Angelis factum effinxit, *Causs. 24. quæst. 3. c. 39. §. 2.*

MENDACIUM, ait, D. Augustin. *de conscient. c.12.*, est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Quæ verba ex eo referuntur a Gratiano *in can. 22. Causs. 5. quæst. 2.* Ea vox occurrit in *l. 18. §. 3. D. de quæst. l. 11. §. 3. D. de interrog. in jur. fac. & l. 2. C. si contra jus* ubi Sive in juris narratione mendacium reperiatur, sive in facti, sive in tacendi fraude.

MENDAX predator, i. e. frau-

fraudulentus careat impetratis *l.* 5. *C. si contra jus.* Serv. *in Æn.* 2. *v.* 80. Vanus est, ait, qui etiam sine utilitate mentitur, mendax, qui etiam ad decipiendum.

MENDICANS. *Rubr. Tit. C. de Mendicantibus validis. Mendicantium* ordinum religiosorum fit mentio *in c. un. de relig. domib. in 6. cap. un. de excess. prælat. in 6. Clement.* 1. *de regular. Clement. cupientes* 3. *de pœn. extrav. comm. unica de offic. custod. eod. cum vices* 2. *de tregua, & pace. extrav. eum* 1. *de regul.*

MENDICITAS *incerta* in *l. un. C. Just. de mendic. valid.* Nec perperam *incepta* legitur in *C. Theod. eod. tit.* dicique inceptam mendicitatem eam putat Jac. Gothofr. quam cujusdam professionis genere quidam accipiunt, adfectant, & sequuntur.

MENIANA vide supra *Mæniana.*

MENS pro intellectu, & animi judicio. Quo pertinent loquutiones sequentes. *Mente* agitare seu volvere *l.* 7. *D. de supell. leg. Mentem* alienare *l.* 17. *D. de injur.* mentis alienatio *l.* 14. *D. de off. præsid. Mente* captus, cui sana & integra mens non est; quod etiam morbi vi quandoque accidit, ceu docet *l. ult. D. de injust. rupt. irrit.* his verbis: Quum in valetudinem adversam incidisset, *Mente* captus tabulas incidit. Festo mente captus dicitur, quum mens ex hominis potestate abiit. Et idem *demens*, qui de mente sua decesserit, & *amens*, qui a mente abierit. Mente capti a furiosis separantur in §. 3. & 4. *Inst. de Curator.* Eo autem differre videntur, quod *mente capti* non agant cum impetu sicut *furiosi*; hi enim rabie animi agitantur, sæpe cum intervallis: *mente capti* autem cæcitate quieta, sed continua laborant. Vide *furiosus.* Contra *mentis* compos dicitur in genere, qui non est mente captus, ceu in *l.* 16. *D. qui testam. facere poss.* & qui furore desiit, ut in *l.* 2. §. 11. *D. ad SC. Trebell.* Si furiosus, priusquam *mentis* compos factus fuerit, decesserit. Eamdem habent significationem loquutiones sequentes. Integra *mente l. ult. D. de injust. rupt. irrit.* Sanus mente *l* 27. *C. de transact. l* 43. *D. de vulg. & pupill. substit. l.* 7. §. 1. *D. ad L. jul. maj. l.* 5. *D. de inoff. test* Item suæ *mentis* Cic. *in Pison. cap.* 21. suæ *mentis* effectus *l.* 39 *D. de jud.*

Mens alias pro voluntate, intentione, animo, adfectu, cogitatione ponitur, ut Mens dicentis prior, atque potentior est *l.* 7. *D. de suppell. leg. Ex mente* legis, i. e. ex sententia *l.* 12. §. 8. *D. de capt. & postlim. l.* 90 *D. de verb. signif.*

MENSA. Mensarum non unius materiæ luxuria in suppellectilem Romanam invexit, ut colligitur ex libris nostris, in quibus mensæ argenteæ memorantur, item citreæ, eboreæ. Delphicæ mensæ in *l.* 12. §. 28. §. 43. *D. de instr. vel instr. leg.* & mensæ trapezophoræ in *l.* 3. *D. de suppell. leg.* occurrunt. Quem sui sæculi luxum carpere in animo habuit Juvenal. *sat.* 1. *v.* 138. quum ait: Una comedunt patrimonia *mensa*; quæ verba vetus interpres recte sic explicat: *Mensa*, i. e. mensis citreis, quas antiquitus magno in prætio habebant, aut de ebore.

Mensa pro convivio, ut cum Theophilus *ad §. ult. Inst.* per *mensam* manumissum esse servum ait, quod apud Caium *Inst. I. tit.* 1. §. 2. convivii adhibitionem significat. Sic mensæ honore a patronis manumissos adfectos esse Tertullianus *de carn. resurr. cap.* 57. tradit. *Men-*

Mensa pro tabula, qua argentarii utuntur *l.* 4. *D. de edend. l.*77. §.16. *D. de legat.*2.

Mensa canonica, ad quam una convivabantur ecclesiarum clerici Gregor. M. *lib.*3. *Epist.*37. Gregor. Turon. *lib.* 10. *hist. c.*31. A mensa separari excommunicationis est species apud clericos & Monachos, qua, qui damnabatur, ἀπευλογιτος dicebatur, quod Abbatis benedictione privaretur *Reg. S. Benedicti c.* 3. *S. Cæsarii c.* 11.

Mensa olearia. De *mensis* olearis est *Tit. C. Theod. lib.* 14. *tit.* 24. quarum LXXIV. alias XXIV. millia fuisse ait Publ. Victor *libro de regionib. urb. Romæ.* Quod ita forte non est accipiendum, ac si totidem mensæ, seu tabulæ positæ fuerint ad diribendum oleum, quod populo gratis distribuebatur. Sed potius totidem fuisse dimensa, quæ quidem ad mensas publice positas populo erogabantur. Certe enim *mensa* dicta videtur pro dimensa, quomodo missa pro missione. Ut ut sit, non est hoc accipiendum de mensis olearium ἐλαιοπωλων, qui in velabro mensas suas habebant, de quib. Plaut. *in Captivis Act.* 3. *Sc.*1. *v.*29. omnes compacto rem agunt, quasi in velabro olearii. Jac. Gothofr. *in Comm. ad dict. tit. C. Theod.*

MENSARIUS, nummularius, collectarius, in Palæmonis Glossis, qui nummos nummis vendunt. Nummos autem vendere, cum de collybistis agitur, est pro nummis, quos quis dat aliis permutanti, lucelli aliquid accipere, quod dicitur collybum accipere Jul. Capitolin. *in M. Anton. c.* 6. *Leges de mensariis & auctionibus tulit.* Vide Jac. Gothofr. *ad Cod. Theod. l.* 1. *Tit. si quis solid. circul.* Livius *lib.* 7. *c.* 21. Solutionem, ait, æris alieni in publicam curam converterunt, quinque viris creatis, quos *Mensarios*, a dispensatione publicæ pecuniæ, adpellarunt. Idem *lib.*23. *c.* 21. Triumviri *mensarii*, rogatione Minucii Tribuni pleb. facti. Cicero *pro Flacco:* Cum civitate mihi res & acerrima & confidentissima litterarum, in qua nummus moveri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor *Mensariis*, qui apud illos a populo creantur.

MENSIA lex, quam *Messiam* adpellandam ideo existimavit Ant. Augustinus, quod familia Mensia inter veteres non celebratur, cum contra non ignoti sint *Messii*. Lex naturæ hæc est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit, ait Ulp. *l.* 24. *D. de statu hom.* quod quidem fecit Lex illa *Mensia*, quatenus ex alterutro parente peregrino natum deterioris conditionem sequi jussit, ut est apud Ulp. *reg. tit.*5. §.8. Huic tamen legi seu SCo, eatenus fuit deinceps derogatum Lege Pap. Popp. ut si civis Romana Latino nupserit, liberi, qui ex ea nascantur, matris sequantur conditionem, & jura Quiritium consequerentur. De origine legis Mensiæ tanta obscuritas est, ut ne familia quidem *Mensia* apud veteres celebretur. Non ignoti sunt *Mettii*, *Mestrii*, quos & *Menstrios* dictos esse Reines. *Class.* 15. *Inscript.* 24. observat, ac denique *Messii*. Sed Mensiæ familiæ vix vola umquam occurrit, idque permovit forte Ant. Augustinum, ut in libello *de LL.* & *SC. p.* 1239. *Tom.* 2. *Thesaur. Græv.* hanc legem non *Mensiam*, sed *Messiam* adpellandam existimarit. Rem tamen utpote incertam aliorum indagini remittimus. *Hein.*

MENSIS. *Mensium* duo sunt genera, nam alii naturales sunt, alii civiles, naturalium species duæ

duæ, quod partim solis, partim lunæ esse dicuntur. Secundum solem fit mensis, dum sol unum quodque in Zodiaco orbe signum percurrit. Lunaris autem, est temporis quoddam spatium a nova luna. *Civiles menses* sunt numeri quidam dierum, quos unaquæque civitas suo instituto observat, ut nunc Roma a Kalendis in Kalendas. *Naturales* & antiquiores, & omnium gentium sunt *Civiles*, & posterius instituti, & ad unamquamque civitatem. Hæc Censorinus *libro de die nat. c.* 10. Mensem in *l.* 12. *D. de statu hom.* accipe 30 dies, ceu patet ex *l.* 3. §. *ult. D. de suis & legit. her.* de partu edito sub septimi mensis initium, centesimo nempe octogesimo secundo die. Item in spatio trium mensium ad deliberandum concesso *in l. fin.* §. 1. *C. de jur. deliber.* pro singulis mensibus dies triginta computantur in §. 2. *dictæ legis.* Sicuti tamen lex duorum *mensium* facit mentionem, etiam qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est *l.* 12. *D. de veg. jur.* Duorum *mensum* i.e. *mensium* etiam *l.* 7. §. 11. *D. de admin. & pericl. tut.* Ovid. *metamorph. v.* 550. Et quos sustinuit his *mensum* quinque labores. Et *lib.* 1. *fastor. v.* 187. Cetera pars *mensum* quartis est edita nonis. Et *v.* 424. Nec tu dux *mensum*, Jane biformis, eras. Senec. *tragœd. in pheniss. v.* 535. Per decem *mensum* uteri labores. *Menses* ante anni a Jul. Cæsare correctionem fuere tantummodo 29 dierum. Vide Macrob. *lib.* 1. *c.* 4.

MENSOR agri, qui terminos per mensuram declarat, de quo *vit. D. si mens. falsi. mod. l.* 4. §. 1. *l.* 8. *in pr. & §. ult. D. fin. regund.* Vid. art. *agrimensores.* Tales, præter agrimensores, erant *mensores* operum, seu ædificiorum. Plin. *lib.* 10. *Epist. ad Trajan.* Gruter. *inscript. p.* 623. *n.* 8. Erant & *mensores* frumentarii, qui vel frumenta modis metiebantur, vel justis æstimationibus colligebant, quanta haberentur in condito *l.* 1. *C. de condit. in publ. horr.* Cujusmodi mensorum olim certum fuisse corpus, adparet ex *l.* 10. §. 1. *D. de vacat. & excus. mun.* & inscriptionibus antiquis, veluti apud Gruter. *p.* 464. 2.

Mensores, *portuenses*, de quibus *l.* 9. *C. Theod. de suar. pecuar. & suscept.* erant mensores, qui in portu Romæ XVIII. millib. a Roma distante constituti, qui scilicet & advectum illuc frumentum admetirentur in horreis condendum, & rursum, cum inde prometeretur Romam per caudicarios subvehendum. Jac Gothofr. *Comm. ad dictam legem.*

Mensor machinarius quis sit, vide sub voce *Machinarius.*

Mensores quoque sunt militares, qui castris ad podismum dimetiuntur loca. Veget. *lib.* 2. *c.* 7.

Mensores denique alii erant, qui in Palatio Principis militabant. Horum munus erat, hospitia principi præparata, Palatinis Principem comitantibus singulis deputatas domus enotare, & postibus hospitaturi nomen adscribere *l.* 1. *C. de mensor. l. ult. C. de div. off.* quo nomine utrobique *metatores.* Eos sub dispositione Magistri officiorum fuisse docet inscriptio *l.* 1 *Cod. Theod. de mensoris. Foderavios* vocamus & *hospitiorum Marescallos.*

MENSTRUUS, *a*, *um*, quod singulis mensibus fit, vel præstatur. Sic menstrua merces *l.* 20. §. *ult. D. de man.* menstrui nummi *l.* 40. §. 2. *D. de statu lib.* menstrua onera *l.* 8. *D. de alim. & cib. leg.* & sic de rebus aliis passim.

Menstruum ponitur aliquando simpliciter pro eo, quod singu-

gulos menses præstatur, ut loquitur *l.8. §.6. D. de transact.* seu *quot mensibus, ut eod. l. §.24. & l.12. §.6. D. quand. dies leg. ced.* vide & *l.6. D. de cess. bon.* Libertis alimentorum nomine menstrua decem legaverat *l.18. pr. D. de alim. vel cib. leg. Menstruos* decem dari voluit *ibid. §.1.* Liv. 44.2. Consul menstruum jusso milite secum ferre, profectus est, i.e. annonam mensis unius.

Menstrua etiam *sacra* sunt. Sic menstrua solvere apud *Sallust. hist.* 4. i. e. sacra solvere, quæ quot mensibus pro exercitus incolumitate, & maxime salute suorum, persolvi, forte & Romani, barbari certe moris antiquitus fuisse videtur.

MENSULARIUS *l.47. §.1. D. de pact. l.24. §.2. D. de reb. auct. jud. poss.* est nummularius, ut colligitur ex conjunctione *l.24. §.2.* cum *l.7. §.2. D. depos.* Nam qui illic *mensularii*, hic *nummularii* adpellantur. Utroque autem nomine significantur, qui mensam numulariam exercent, ut loquitur *l. ult. D. de instit. act.*

MENSURA modus rei quatenus exigitur ad quantitatem extensivam. Ut mensura agri *l. ult. §.25. D. de muner. & hon. l.2. D. si mens. fals. mod.* Si res mensura valent *l.1. §.7. D. ad Leg. Falcid.* Cujus generis sunt frumentum, vinum, oleum. Mensuram autem olei, *metretis*, vini *amphoris*, frumenti *modiis* factam, Caius docet in *l.34. §.5. D. de contr. empt.*

Mensura vana, & ponderum publice in stationibus, i.e. ubi tributa solvebantur, collocatorum mentio est in *l.19. C. Th. de suscept. præpos.* Sed etiam Romæ in Capitolio servabantur, ad quorum modum privatorum mensuræ, si quando controversia esset, exigerentur. Hinc inscriptio illa veteris mensuræ, seu congii ænei apud Gruter. 223. 3. *Cæs. Vesp. VI. Cos. T. Cæs. Aug. p. IIII. mensuræ exactæ in Capitolio.* Item amphora Capitolina apud Capitolinum *Maximin. c.4. init.* Vide Gothofr. *Comm. ad d. l. C. Th.*

Mensura translate apud Plin. *lib.2. cap.1.* Quasi vero mensura ullius rei possit agere, qui sui nesciat.

MENTIO. Mentionem facere, vel habere, pro commemorare *l.25. D. de liber. leg. l.7. D. de inoff. test.* Si ab altera dumtaxat parte heredis mentio comprehensa fuerit *l.49. §. ult. D. de recept. arb.*

MENTIRI. Inter mendacium dicere, & mentiri distat. Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur, qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item qui mentitur, fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit ipse non fallit, quantum in se est. Ita Gell. *lib.11. c.21.* Add. Cujac. *in Papinian. ad l ult. D. de publ. jud.* Mentiri se liberum *l.17. §.16. D. de ædil. edict.* Ut quivis mentiri, quam pati tormenta malit *l.1. §.23. D. de quæst.*

Mentiri passive usurpavit Modestinus *l.28. D. ad leg. Corn. de fals.* Si a debitore, prælato die, pignoris obligatio mentiatur, falso crimini locus est, quam dicendi formam alias exemplo carere videre observat Hein. & ab ipso citatus Ducker. *de latin. vet. jurisc.*

MERCALIS, e. Mercalem te habuisse uxorem proponis *l.5. C. de condict. ob turp. caus.* Mercalis autem uxor est, quæ scortatur. Author *Synops. Basil.* ita legem dictam reddit: Qui scit, uxorem suam scortari, & tacet, lenocinium facit. Columel. *7.6.* Cetera mercalibus traduntur, ut legit Calepinus; sed exemplaria impressa *mercantibus.*

Mer-

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

MERCARI pro emere, ut mercari honores per suffragia *l. 2. C. Th. de honor. codicill.* Cic. *in Verr. c. 2. 49.* Pretio magistratum mercari Idem *off. 1. 42.* Qui mercantur a mercatoribus, quæ statim vendant.

MERCATIO, seu mercatus *tit. C. de nund. & mercationibus.* Gell. *lib. 3. cap. 3.* pecuniæ in mercationibus perditæ. Avien. Astron. *v. 250.* Hæc concessa etenim curvis mercatio velis.

MERCATOR dicitur, qui mercibus negotiatur, ut adparet ex *l. 207. D. de verb. signif.* Mercatores, qui de fundis fiscalibus mercari consueverunt *l. 9. §. ult. D. de publican.* Mercatores olearii *l. 5. D. de mun. & hon.* Mercatores a negotiatoribus ita differre, tradit Hottomannus *in Verrin. 4.* ut illi sint, qui cum Romæ domicilium, familiamque suam habeant, interdum ad aliquot menses in provincias excurrunt, mercium exportandarum, aut importandarum gratia. Negotiatores contra, ait, dici cives Romanos, qui in provinciis sedem ac domicilium fortunarum suarum habent, neque Romam ferre, nisi census tempore, hoc est quinto quoque anno veniunt. At sicuti & hodie difficile est genuinam horum vocabulorum differentiam ostendere, ita & auctores nostros ea fere promiscue usurpare observat Hein. sub voce *negotiator*.

Mercatores metaphorice vocantur judices, qui venales habent sententias, seu qui, ut *l. 3. C. ad leg. jul. repetund.* loquitur, alienum jurgium suam prædam habent. Sic ea in lege; privatarum quoque litium cognitor, idemque *mercator* statutam legibus cogetur subire pœnam. Eodem fere sensu apud Lamprid. *in Alex. c. 49. potestatum*, apud Cic. *post redit. ad Quirit. c. 9. provinciarum* mercatores, de quibus lectu dignissima adnotavit Jac. Goth. in *Comm. ad l. 5. C. Th. eod. tit.*

MERCATUS in *l. un. C. de nund. & merc.* Qui exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam meruerunt, Cujac. *ad dict. tit. C.* ait, mercatus esse parvas nundinas. Mercatus unius civitatis aut vici. Nundinas unius provinciæ, vel imperii. Vide sub voce *Nundinæ*. Mercatum diebus dominicis fieri jam olim prohibitum fuerat Cap. Car. M. *lib. 1. c. 145. in cap. 1. an. 809. c. 18.* hinc ut plurimum sabbato fiebat.

MERCEDULA deminutivum a merces *l. 6. C. de navicul. l. 32. C. Th. eod. tit.* Cic. *de orat. 1. 45.* Infimi homines mercedula adducti præbent se ministros.

MERCENARIUS, *a, um*, quod pro mercede præstatur. Sic *mercenaria* opera *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognit.*

Mercenarius, qui operas suas mercede locat *l. 1. §. 18. D. de vi & vi arm. l. 20. D. quemadm. servit. amit.* & ita opponitur gratuito *l. 11. §. 1. D. de pœn.* ubi Marcellus tradit, domestica furta vocari, quæ servi dominis, vel liberti patronis, vel *mercenarii* his, apud quos degunt, surripiunt. His autem mercenaria intelligi possunt sive liberi homines, quemadmodum Varro *lib. 1. D. de re rust. c. 7.* mercenarios vocat liberos homines, quorum conductitiis operis res rusticas administrabant. Vel intelligi possunt servi alieni, quorum Dominus alteri locaverat operas, quales memorat Valer. Max. *lib. 3. c. 4.* & Seneca *lib. 6. de benef. c. 5.* his verbis: Nec conductum meum, quamquam fis deminus, intrabis, nec servum tuum mercenarium meum, abduces, Cic. *pro Cæcina c. 20.* Si tuus servus nullus fuerit, sed omnes alieni, ac mercenarii.

MERCES, *edis*, prætium operæ & quod artifici pro opera præstatur, (veluti fulloni, farcinatori, cauponæ *l.* 5. *D. naut. caup. stab.* fabro *l.* 7. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* mensori *l.* 3. §. 1. *D. fin. regund.* nautæ *l.* 5. *D. naut. caup. & stab.* stabulariis, ut patiantur jumenta apud se stabulari *d. l.* 5. Contrarium est officio merces *l.* 1. §. *ult. D. mand.* officium enim gratuitum esse debet. Hinc mercede constituta, vel data, & *gratis* opponuntur *l.* 5. §. 1. *D. naut. caup. stab.* Nec obstat *l.* 19. §. 1. *D. de donat.* ubi Labeo scripsisse dicitur, extra causam donationum esse talium *officiorum mercedes*, ut puta si tibi adfuero, si satis pro te dedero; si qualibet in re opera, vel gratia mea usus fueris. Ibi enim officii verbum latius usurpatur pro eo, quod in alterius gratiam fit. Cujus alia proponuntur exempla in *l.* 15. *D. de præscr. verb.* *l.* 34. §. *ult. D. de donat.* ubi ejusmodi quoque officiorum *merces* memoratur, quemadmodum & custodiæ rei *l.* 3. §. *ult. D. de off. præf. vigil.* Quin & liberalium artium professoribus, & magistris *merces* solvi, præstarique dicitur. Sic pensio *mercedis disciplinarum* *l.* 12. §. 1. *D. quand. dies leg. ced.* Si mercedes pro privignis aliquas expendisti *l.* 15. *C. de neg. gest.* Mercedes quoque medicis *l. ult. D. de his qui effud. vel dejec.* Cic. *lib.* 16. *epist.* 14. Archiatris, grammaticis, & professoribus disciplinarum, & doctoribus mercedes & salaria reddi dicuntur *l.* 6. *Cod. de prof. & medic.* de fisco in urbe præstita fuisse patet ex Suet. *in Vespas. c.* 18. & *l.* 4. *D. de decret. ab ord. fac.* Ipsam autem primi novi discipuli stipem Minervæ & Honori & nomine consecrasse gentiles, Tertullian. *de idol. c.* 10. tradit. Unde & Minervalis ei nomen impositum. Idem *ibid.* Tam minervalia Minervæ, quam Saturnalia saturni.

Merces pro prætio conductionis rei *l.* 28. §. *ult. D. locat. l.* 32. *D. de adquir. vel omitt. poss.* veluti agri *l.* 7. §. 8. *D. solut. matrim.* balnei *l.* 9. *qui potior. in pign.* doliorum *l.* 1. §. 3. *D. de peric. & com. rei vend.* fundi §. 3. *Inst. de interd.* habitationis *l.* 1. *D. de migrand.* Græci ἐνοικιον vocant. Item horreorum *l.* 6. *D. qui pot. in pign* hortorum *l.* 30. §. 1. *D. de legat.* 3. insularum *l.* 53. *D. de act. emt. vend.* Pensiones urbanorum prædiorum vel mercedes Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 6. §. 1.

Merces quandoque sumitur pro gratuita indulgentia Cap. Car. M. *an.* 813. Car. Calv. *tit.* 16. *c.* 1. *tit.* 30. Alio sensu *in mercede, vel ad mercedem suam se facere* dicebant, crebra in chartis & tabulis formula, quod spe fiebat divinæ remunerationis, & ad consequendam divinam misericordiam.

MERCIMONIUM pro merce. Plaut. *prolog. amph. pr.* emere, vendere mercimonia. Usus est & in *Most.* 3. 3. 12. Et Tacit. *ann.* 15. 18. 2. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur simul cœptus ignis &c. *l.* 3. *l.* 10. *l.* 19. *Cod. Th. de lustral. conlat.* Mercimoniis studere *l.* 7. *C. Th. eod. tit.* Operam in mercimoniis habere *l.* 14. *C. Th. eod. tit.* Exiguis mercimoniis tenuem sibi victum vestitumque conquirere *l.* 15. *C. Th. de Episc.* ubi mercimonium pro mercium negotiatione etiam accipi videri possit.

MERERI & *merere* pro dignum esse sive præmio, aut mercede, sive pœna. Ad prius pertinent loquutiones: Bene merentibus amicis *l.* 9. *D. si quid in fraud.*

fraud. patron. servus necem domini detexit, & meruit libertatem *l.*23. *D. de jur. patron. l.*90. *D. de hered. inst.* Donatus in Adelph. *act.*3. *sc.*2. Mereri, & promereri, ait, est præstare beneficium. Et ita ut quisque de te meruerit *l.*77. §. 25. *D. de legat.* 2. Si te meruerit *l.* 11. §. 8. *D. l.*46. §.3. *D. de fideic. libert.* quemadmodum si te promeruerunt in *l.*20. *D. de man. test.*

Contrario utique sensu verbum *mereri* usurpatur in his exemplis: Amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur *l.*9. *D. de pœn.* Si crimen meruit capitis pœnam *l.*15. *D. de bon. libert.*

Merere vel *mereri* aliquando simpliciter est adipisci. Sic ambitione merere (i. e. consequi) immunitates *l. un. C. Th. si per obrept.* Amittere id quod testamento meruit *l.* 5. §. 2. *D. de his quæ ut indign.* Libertini, qui a Dominis aliquid testamento, vel donatione meruerunt *l.*10. *C.Th. de pistor.* Dracontius *Hæxemetr.v.* 125. Exsilit inde volans, gens plumea, læta per auras, Aera concutiens pennis, crepitante volatu: Ac varias fundit blando modulamine voces: Ac, puto, collaudant Dominum meruisse creari: Plura ejus generis exempla, maxime ex cadentis latinitatis scriptoribus collegerunt Jo. Frid. Gronov. *observ. eccl. c.* 7. 76. Joan. Vorstius *ad Sulpit. Sever. hist. sacr. lib.*1. *c.* 24. Jo. Columb. ad Lactant. *de mort. persecut. c.*1. *p.*80. Ger. Titius *diss. de phrasib. & loquutionib. veteris Ecclesiæ doctor. Hein.* Qui *meruerit* preces offerre, i. e. cui contigerit preces offerre in *l.*8. *C. Th.* quæ est *l.* 1. *C. Justin. quand. libell. princ. dat.* vide infra sub voce *Mœrere.*

Merere, non autem *mereri*, usurpatur pro militare stipendiis publicis, vel in sagata militia, ut Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret *l.* 23. §. *ult. D. ad municipal.* Miles, qui sub armata militia stipendia meruit *l.*6. *l.*18. *D. de re jud.* Vel etiam in militia palatina, i. e. in officiis palatinis, aliisque: Sic qui in provincia meret, i. e. qui in provincia officium administrat *l.* 38. *l.* 65. *D. de vitu nupt. l.*2. *D. de his qui ut indign.*

MERETRICIUS, *a, um.* Meretricio quodam genere adulterari *l.*29. §. 4. *D. ad Leg. jul. de adult.* Si meretricia veste femina, non matrum familiarum vestitæ fuissent *l.* 15. §. 15. *D. de injur.*

MERETRIX prostituta, quæ palam quæstum corpore facit *l.* 43. *D. de rit. nupt.* Quæ multorum libidini paret *c. Vidua* 16. *dist.*34. ex Hieronymo *Epist.*128. *ad Fabiolam*, *de veste sacerdotali.* Cujus publice venalis est turpitudo *cap. meretrices* 11. *Caus.*32. *quæst.* 5. ex D. Augustino *quæst. in Deuteron.* 37. *ad cap.* 23. Isidor. *lib.*19. *orig.* Meretrix, ait, dicta eo, quod pretium libidinis mereatur. Non. Marcellus quoque a merendo dictam esse ait; & quomodo differat a *prostibula*, vide apud eumdem. Inter turpes personas numeratur *l.*43. *D. si a par. quis man.*

MERGERE. Mergitur navis *l.* 6. *D. de incend. ruin. naufr.* *Mergi* metaphorice est opprimi, ut in *l.* 3. *D. de contrar. tutel. & util. act.* Neque in hoc administrantur tutelæ, ut mergantur pupilli.

MERIDIANUS, *a, um.* Nec *Meridianis* horis a litigatoribus judices videantur ait *l.*1. *C. Th. de off. jud. civ.* hoc est, post meridiano tempore, ut loquitur *l.*6. *C. Th. de off. rector. provinc.* cujus legis rationem ex Libanio adfert Goth. *in Comm. ad dict. leg.*

MERITO, justa ex causa *l. 1. §. ult. D. si pars hered. pet.* Jure meritoque *l. 14. §. 4. D. quod met. caus.* & passim.

MERITORIUS, *a, um.* Meritoria absolute dicuntur ædificia, quæ pro mercede publice præbentur, ut diversoria, stabula, fullonica, balnea *l. 13. §. 8. D. de usufr. & quemadm.* Si domus ususfructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, atqui locare potest, sed oportebit, quasi domum, locare, nec balneum ibi faciendum est. Quod autem dicit, meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgo diversoria, vel fullonica adpellant. Ego quidem, & si balneum sit in domo usibus dominicis solitum vacare in intima parte domus, vel inter diætas amœnas, non recte, nec ex boni viri arbitratu facturum, si id locare cœperit, ut publice lavet, non magis quam si domum ad stationem jumentorum locaverit, aut si stabulum, quod erat domus jumentis, & carruchis vacans, pistrino locaverit. Juvenal. Nam quæ meritoria somnos admittunt. Vetus Glossarium Meritorium ξενοδοχειον.

Sumitur & *Meritorium* pro lupanari. Ambros. *in Psalm.* 118. An putas, tunc primum te intrare meritorium, quum fornicem meretricis ingredieris? Firmicus 6. 31. Mulier de meritorio detracta. Idem in publicis meritoriis prostituta. Vopisc. *in Tac. c.* 10. Meritoria intra urbem stare vetuit.

Adjective etiam eo vocabulo utuntur veteres. Sic *meritoria* balnea Plin. *lib. 2. epist. 17.* cœnacula Suet. *in Vitell. c. 7.* vehicula Suet. *in Calig. c. 39.* Meritoria rheda idem *in Jul. c. 57.* Meritorium stabulum diversorium-ve, Paul. *Sent. lib. 2. tit. 32.* Meritorius puer Cic. *Philip. 2.*

MERITUM dicitur id boni, malive, quod congruum, & conveniens esse censetur alicui personæ. Priori sensu, ut sanguinis ratio meritum hereditatis accipiendæ præbuerat *l. 16. §. ult. D. de castr. pecul.* Nihil ex officio patris, sed totum de filii meritis agitur *l. 22. D. de inoff. test.* Quinctilian. *Declam. 329.* Quo merito tuo te scripsit heredem? Posteriori sensu subjicit idem Quinctil. Quoties audivimus filium: Quo meo merito pater me exheredavit: Ita Si ex *meritis* filiæ turpiter, & cum flagitiosa fœditate viventis ad id odium incitatus est *l. 19. C. de inoff. test.* Si putaverit totum testamentum delendum ob unius malum meritum *l. 3. D. de his quæ in test. del.*

Merita militiæ sunt commoda præmiorum quæ emeritis, & implectis stipendiis veteranis dantur *l. 18. §. 5. D. de jur. fisci l. 11. de vacat. & excus. mun.*

Merita pro fastigiis honorum, & dignitatum; sic id ab omnibus discretim meritis, atque personis jubemus impleri. Neque sane deest, ubi vel meritorum privilegia, vel dignitatum a communione vindicemus *l. 18. C. Theod. de aquæd.* Vet. Gloss. αξια, meritum, dignitas.

Meritum pro pretio. Meriti majoris ædificia *l. 30. Cod. Th. de oper. publ.* pro quo *majoris pretii* uti maluit Justinian. *l. 9. C. eod. tit.* Palladius de insititione, de pistaceis: Quin & Amygdaleos subeunt pistacea ramos. Et meritum majus de brevitate petunt.

Meritum pro jure. In synagogas Judaicæ legis veluti hospitii merito irruentes milites jubeas emigrare *l. 4. C. de judæis & cœl.*

Meritum pro momento causæ. Merita adpellationis Paul. *lib. 5. Sent. tit. 55. §. 8. l. 27. D. de adpell.* Sic & causæ merita *l. 13. C. Th. de jur. fisc. l. 2. C. Th.*

de exhib. reis l. un. C. Th. de off. jud. civ.

MERUS, *a, um.* Merum, ait Festus, antiqui dicebant *solum.* Varro de *lingua lat. lib.*4. Merula, quod mera, id est, sola volitat. Consentit idem Fest. quod tamen mordet Quinctil. *lib.*2. *c.* 1. Merum utique in jure nostro ponitur pro puro & solo, ac proinde mixto opponitur *l.* 82. *D. de cond. & demonstr.* Mart. *lib.* 3. *epigr.* 57. *v.*2. Cum peterem, mixtum vendidit ille merum. Sic *mera* actio negotiorum gestorum *l.* 14. §. 13. *D. de religiosi.* In meram æstimationem prædii condemnandi sunt *l.*62. *D. de jur. dot.* Nos neque conditionem *meram* putamus esse, quæ in datione exsistit, neque meram conditionem, quæ in facto sit, sed eam conditionem, quæ ex mixtura quadam consistit *l.* 82. *D. de cond. & demonstr.* hoc est propositam *in dicta lege* conditionem non talem esse, quæ unice in datione *reliquorum*, vel unice in facto *reddendarum rationum* consistit. *Mera* donatio *l.* 28. *D. de pact. l.* 27. *de donat. Merum* factum, quod donationem mixtam non habet *l.* 98. §.6. *D. de solut. Mera* fide, & integra veritate *l.* 11. *C. Theod. de Censitor.* Mera fide accepta pecunia apud Apulei. *in apolog.* est, quam quis sola fide sine chirographo, & tabulis accepit. *Merum* imperium, cui opponitur mixtum. Vide sub voce *Imperium. Mera* interpretatio *l. ult.* §. 1. *C. de legib.*

Merum jus gentium apud Tryphonium, purum solum, & simplex, separatumque a civilibus præceptis, accipimns *l.* 31. D. *dep.*

Mero jure, i. e. stricto subtilique *l.* 4. §. 27. *D. de usurp. & usucap.*

Merum judicis officium *l.*5. *D. de verb. obl. &* §. 1. *&* 2. *Iasl. de divis. stipul. Mera* voluntate *l.* 18. *D. de adim. leg.* id est, nuda voluntate, non propter necessitatem rei familiaris, ut ibidem Modestinus loquitur.

Merum absolute pro vino *l.*12. *C. Th. de pagan.* ubi Imp. Larem igne, mero genium, Penates nidore veneratur. Mero enim genios suos colere, & illud in sacrificiis suis adhibere consuevisse, vel ex illo Persii *Satyr.*2. *v.* 9. patet: Funde merum genio. Quo ritu veteres mentis integritatem, ab omni dolo, mendacioque alienam significasse, suspicatur Cælius Rhodigin. *lib.*12. *lect. antiqu. c.*1.

MERX, *cis*, est res mobilis, quæ venum prostat *l.* 66. *D. de verb. signif.* Eo autem vocabulo homines non continentur; & ob eam rem *mangones* non *mercatores*, sed venalitiarii adpellantur *l.*207. *D. eod. tit.* Verumtamen, in causa tributoria *mercis* nomine homines quoque quos venales habet servus venalitiarius, contineri docet Ulpianus in *l.* 1. §. 1. *D. de tribut. act.* his verbis: Licet *mercis* adpellatio angustior sit, ut neque ad servos fullones, vel sarcinatores, vel textores, vel *venalitiarios* pertineat, tamen ad omnes negotiationes porrigendum est edictum. Porro servos, quos quis ideo comparavit, ut illico distraheret, *mercis* magis loco quam *suorum* habuisse testatus credendus est, ut tradit Ulpianus *l.*73. §. *ult. D. de legat.*3. Quemadmodum legato rerum certo loco existentium non continentur vinales per *l.* 33. §. 2. *D. de usu & usufr. leg.* Nec penu legata continentur res, quas paterfamilias, vel non separavit sibi in penum, vel de penu vendere solitus erat *l.* 4. §. 2. *D. de penu leg. l.*60. §.2. *de legat.*3.

Multo minus pecunia, qua *mer-*

æstimatur, mercis nomine venit. Non enim ut æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce æstimanda est *l.* 42. *D. de fidejuss.* Olim quidem non aliud *merx*, aliud pretium vocabatur, at nunc non merx utrumque, sed alterum *pretium* vocatur. Nam, ut aliud est vendere, aliud emere, alius emtor, alius venditor, sic aliud est pretium aliud *merx l.* 1. *pr.* & §. *ult. D. de contrah. empt.*

MESONAUTA. De eo mentio est in *l.* 1. §. 2. *D. naut. caup. & stab.* his verbis: Nec enim debet per remigem, aut *Mesonautam* obligari, sed per se, vel per navis magistrum &c. Est autem juxta Alciatum, & alios Mesonauta, qui partim nautæ ministerio fungitur, partim vectoris locum obtinens operas pro vectura præstat. Ulpianus tamen *l. ult.* §. 2. *D. eod. tit.* hoc vulgo ναυτεπιβάτας dici ait, qui remum pro naulo, & vecturæ prætio solvunt. Aliis Mesonauta est in navi servus, qualis Mediastinus domi. Turneb. *lib.* 48. *c.* 31. *adversar.*

MESSALÆ Consulis, qui collegam habuit in consulatu Cottam, fit mentio in *l.* 4. §. 1. *D. de off. proconsf.* M. Valerii Messalæ & M. Aurelii Cottæ Coss. fit mentio *l.* 12. §. 3. *D. de accus.* nec non apud Pariatorem *LL. Mos. & Rom. tit.* 8. Dion. Cass. *lib.* 58. ex quo patet, consulatum illorum incidere in ann. 771. *Hein.*

MESSALIANORUM hæreticorum mentio est in *l.* 65. *C. Theod. de hæret. v.* Epiphanium *hæres.* 80. vid. apud Photium *Cod.* 52. synodum Sideranam, aliaque contra Messalianos.

MESSIS a metendo pro metendi opera, & tempore, ut *in l.* 1. *D. de sev.* Alias pro segete ipsa jam matura. Ita si messes ejus anni, quo divortium factum est, colonum sequantur *l.* 7. §. 3. *D. solut. matrim.* Messem insciente colono sustulisti *l.* 60. §. 5. *D. loc.*

MESSIUS. Jurisconsultus, cujus mentionem facit Tryphoninus *l. ult. D. de jur. fisc.*

MESSORIUS, *a*, *um*, quod ad messem, tempusve metendi pertinet. Ut messoriæ falces in *l.* 8. *pr. D. de instr. vel instrum. leg.* Apulei. *lib.* 6. *metamorph.* Erant & falces & operæ messoriæ mundus omnis.

META est terminus, quo agrimensores utuntur, a metiendo dicta. Sed translate de tempore dicitur. Ut metæ præstituti temporis *l.* 23. *C. Justin. & l.* 22. *C. Th. de pœn.* Anni metas habet litigator *l.* 31. *C. Just. & l.* 67. *C. Th. de adpell.*

Meta alias dicitur pars molæ inferior, & catillus superior *l.* 18. §. 5. *de instr. vel instr. leg.*

METALLARIUS. Metallarius vel metallicus canon *leg.* 4. *l.* 6. *l.* 9. *Cod. Th. de metall.* pro auri canone, est pensitatio, quæ a quibuscumque aurilegulis fisco infertur, de quo vid. Gothofr. *Comm. ad l.* 3. & 4. *Cod. Theod. dicto tit.*

Metallarii rubr. C. just. & C. Th. de metallar. qui & *metallici* dicuntur *l. ult. C. Th. eod. tit.* Et quidem hic in specie, qui auri metallum sectabantur *l.* 7. *C. Th. eod. tit.* proprie Aurileguli dicebantur *l.* 9. *C. Theod. eod. tit.* Hi originis ratione ei conditioni, soloque genitali adstricti erant *l.* 7. *l. ult. C. Theod. eod. tit.* ut & eorum loca simul, & proles *d. l. ult.* Erant alii, qui pro criminum qualitate *l.* 2. *C. Th. de pœn.* metallis publicis addicebantur *l.* 2. *C. Th. de lenonib.* in metallum damnati, datique erant *l.* 8. §. 8. *l.* 10. §. 1. *l.* 36. *D. de pœn. l.* 6. *C. eod. tit.*

METALLICUM opus *l.* 28. §. 6. *D. de pœn.* vide Goth. *Comm. ad C. Th. tit. de metallar.*

METALLUM, Græca vox est, cujus originem Plinius *lib.* 38. *c.* 6. tradit. Ubicumque, ait, una invenitur (vena) invenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia, unde metalla Græci dixisse videntur; quod videtur protulisse, quia μετ' ἄλλων, vel μετα τα αλλα inveniantur, ideo sic esse nuncupata. Cui in vocis etymo, sed non plane in etymi ratione consentit Eustathius in *Iliad.* 1. τα υπο γην ορυττομενα, μεταλλα λεγονται κλιθεντα φασιν ετω δια το μετα τα αλλα παντα επιγνωθηναι. i. e. Quæ ex terra effodiuntur, *metalla* vocantur. Dicta vero ita esse, aiunt, quod post alia omnia cognita sunt. Moscopulus περι σχεδων, μεταλλα τα απο της γης γινομενα, οιν χρυσος, αργυρος, θειον, και οσα τοιαυτα. απο τουτων μεταλλαν, ποιητικως το ζητειν. Metalla, quæ sub terra nascuntur, veluti aurum, argentum, sulphur, & quæ sunt ejus generis alia. Ab his μεταλλαν poetice pro quærere.

Sæpe *Metalla* accipere debemus non ipsam materiam, sed materiæ venas, seu ut loquitur Ulpianus *l.* 13. §. 5. *D. de usufr.* æris, argenti, auri, ferri, sulphuris, & ceterorum id genus fodinas. Herod. μεταλλα των αργυριων, argenti fodinæ. Quin apud Polyb. pro cuniculis hæc vox usurpatur: ηρξατο πολιορκων δια των μεταλλων, ἄctis cuniculis cœpit obsidere, quod Diodor. dixit δια μεταλλειας. Si lapicidinas, vel quæ alia metalla pupillus habuit, stypteriæ, vel cujus alterius materiæ. Vet. Glossar. In metallum εστι τω κατα δικασθηναι τινα ασβεστον ποιειν, και θειον αρυττειν. In metallum est condemnari ad calcem faciendam, vel sulphur effodiendum.

In *metallum* damnatio paulisum discrepat a damnatione in opus *metalli*, quæ differentia in vinculis tantum est, quod, qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli levioribus; quodque refugæ ex opere metalli, in metallum dantur, ex metallo gravius coercentur *l.* 8. §. 6. *D. de pœn. l.* 5. *D. de extraord. cogn.*

Metalli pœnæ *d. l.* 5. Metallo plecti *l.* 10. *eod. tit.* puniri *l.* 6. §. *ult. D. ad leg. jul. de pecul.* Metalli supplicium *l.* 11. C. *de pœn.*

METANGISMONITÆ hæretici, qui ideo tale nomen acceperunt, quia αγος græce vas dicitur. Afferunt enim sic esse in Patre filium, tamquam vas minus intra vas majus *Cauf.* 24. *quæst.* 3. *c.* 36. §. 46.

METARI est futurum hospitium, nota postibus, januisque adscripta, designare.

METATOR in *l.* 3. *l.* 5. C. *de adv. div. jud. l.* 9. C. *de proxim. sacr. scrin.* Iidem sunt, qui supra *mensores* describuntur. Isidor. *lib.* 10. *Originum.* Metatores, ait, adpellantur, qui castra designant, a metiendo scilicet. Cyprian. *lib.* 4. *epist.* 1. Primum hospitium vobis in carcere præparavit, & metator quodammodo vester nunc quoque vos antecedit, vide *l.* 1. *l.* 9. C. *de metat.*

METATUM. Metata sunt hospitia, quæ militibus præbentur a provincialibus *l.* 26. §. 8. C. *de Episc. aud. d. l.* 9. C. *de metat. & epidem.* Mansiones & paratas vocabant scriptores Francici. Vid. Cangium sub his vocibus.

METAXA est sericum rude & αυτοφυες nondum neque tinctum, neque in fila deductum, ideo separatur a nemate serico *l. ult.* §. 7. *D. de publ. & vect. & l.* 10. C. *de murileg.* Hujus verbi meminit Moscophulus libro περι

περὶ σχεδῶν, ubi ait: Σηρ ὁ σχωληξ, ὁ τὴν μεταξαν ἐργαζομενος, ἀπὸ τ σηρικα ἱματια τὰ μεταξωτα. Σηρ est vermis, qui sericum conficit, a quo vestimenta metaxica fericæ adpellantur. Isidorus *lib.* 20. *Etymolog. c.* 29. metaxam dici vult a circuitu filiorum, aut quod transferatur ἀπὸ τ μεταγεσθαι. Justiniani temporibus primum ex India invecta est metaxa, ut Nicephorus scribit, & Zonar. *in Justinian.* Verbum autem ipsum sub Imperatoribus tandem irrepsisse in Latium, Lucillii auctoritate refellitur, ex quo Festus in voce Rhodus hæc verba citat. *Linique metaxam.* Hinc

METAXARIUS, qui metaxam negotiatur *l. ult.* C. *de pignor.* Medii ævi scriptores detorta in alium sensum notione hujus vocabuli æstimatores, qui rebus venalibus in foro certum pretium statuunt, metaxarios vocarunt, ceu ostendit Car. Du-Fresne, seu Cang. *in gloss.* sub hac voce.

METICULOSUS, qui metu levi de cauffa capitur *l.* 7. *D. quod met. cauf.*

METIRI, mensuram agere, & admetiri de fundo, opere, & rebus aliis, quæ mensura constant, veluti frumento, dicitur *leg.* 40. *D. de contrab. emt. l.* 6. *D. si menf. fals. menf. l.* 1. *C. de cond. in publ. hor.* Dicitur quoque metaphorice: Filii sui contumeliam ad suam utilitatem metiri *l.* 17. §. 13. *D. de injur.*

METOIKOΣ. Metoeci sunt, qui ex una civitate in aliam migrant *l.* 4. C. *de jur. fisc.* quod non fit, nisi ex rescripto principis *l.* 12. §. 1. *D. de excuf. tut.* Eumen. *Panegyric. Flavienfium ad Constantin. Imp. c.* 4. Divus pater tuus Flaviam civitatem Heduorum voluit erigere metoecis undique transferendis. Iidem, respectu civitatis, in quam migraverunt, ibi sedem habituri, & cujus cives originarii non sunt, dicuntur παροικοι in *l.* 239. §. 2. *D. de verb. fignif.* Quo respiciens Apol. Tyaneus in Epist. ait απαντες ἀστυκοι, και οι μετοικοι. Alii enim sunt in eadem civitate originarii, alii μετοικοι, qui & incolæ dicuntur. Posterior ætas eos advenas adpellasse videtur. Sed non ita latini, quibus advena is est, qui in aliena civitate moratur ad tempus *l.* 19. §. 2. *D. de judiciis.*

METRETA, ΜΕΤΡΗΤΗΣ. Si oleum ita venierit, ut in singulos *metretas* certum pretium dicitur *l.* 35. §. 5. *D. de contr. empt.* Si ex doliario pars vini venierit, veluti metretæ centum. Columell. *lib.* 12. *c.* 2. picis liquidæ nemeturicæ metretam adde in labrum. Isidor. *lib.* 16. *orig. c.* 25. Metreta est mensura liquidorum. Hæc a mensura accipit nomen. Μετρον enim mensuram dicunt Græci; Licet & urna, & amphora, & reliquæ hujusmodi nomina mensurarum sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accipit. Eo videtur Isidorus respexisse, quod decem congiis constans Metreta κατ' ἐξοχην dicitur, quem cadum alias adpellant. Interpres Nicandri εις αλεξιφαρμακα ait; Μετρητης εχει ξεστας ἑβδομηκοντα δυο. Metreta constat xestis 72. Aristotel. 2. *œconom.* Απηγορευσε των υγρων μετρον ελαττον ειναι ἡ μετρητην. Vetuit, ne liquidorum mensura ulla minor esset, quam metreta. Gaza *amphoram* vertit *libro* 8. *animal. c.* 9. Phillyl. Σοι μεν ων τον δ' αμφορεα διδωμι τιμην πρωτα μεν τα τ' αυτο εχον ονομα μετρητην, μετριοτητος ουνεκα, ubi amphoram metretam vocat.

METROCOMIA, quasi mater vicorum *l.* 1. C. *non licere habitator. metrocom. l. ult.* C. *de exact.*

exact. tribut. l. ult. C. *Th. de patroc. vicor.* ubi Jac. Gothofr. *in Commentariis*: Metrocomia erat mater pagorum, seu caput inter omnes vicos, qui uni civitati subjecti erant, haud aliter quam Metropolis mater civitatum ejusdem provinciæ. Ita fere Alciatus, qui Metrocomias intelligit pagos majores villis nobiliores, qui paulum infra urbis dignitatem sunt, eosdemque, quos D. Marcus *in Evang.* comopoles. Accursius Metrocomias dictas απο τυ μετρυ και κωμη, a mensura & villa, quod qui ruri, & extra civitates agerent, nisi in Metrocomiis, non eximerentur capitationibus. Prius tamen etymon probabilius esse colliges ex articulo sequenti.

METROPOLIS *leg.* 4. §. 5. *D. de off. proconf. l.* 6. §. 2. *D. de excuf. tut. l.* 11. C. *Th. de medic. & profeſſor.* quasi mater provinciæ, ut loquuntur Imperatores *l. un.* C. *de metrop.* non igitur ita dicta a mensura, ut visum est Isidoro *lib.* 7. *orig. c.* 12. quem sequutus est Gratianus *in can. cleros* 1. *diſtinct.* 21. Metropolis autem caput provinciæ appellatur *l.* 7. *pr. D. de off. proconf.* Aliquando tamen plures unius provinciæ erant *Metropoles*, quia jus metropolitanum nonnunquam & alteri civitati, non imminuto prioris metropoleos jure, datum, quemadmodum Berytus salvo jure Tyri Phœniciæ facta est Metropolis *l. un. C. de metrop. Beryt.* Hinc ratio redditur, cur *l.* 4. §. 4. *D. de off. proconf.* Proconsuli necessitas sit imposita την μητροπολεως εχεσθαι primam attingere. Nam & Smyrnam in Asia jus metropolitanum habuisse ex numis constat, ceu ostendit Bynkersh. *Hein.*

Primario vero significatu *Metropolis* dicitur ea Civitas, unde colonia deducta est. Thucydid. *lib.* 1. Αποικια εν μεν παλαι τιμα την μητροπολιν. Omnis colonia beneficiis adfecta honore prosequitur suam Metropolin. Ac plane coloniæ eas civitates, ex quibus deductæ erant, matrum loco colebant, observabantque, ut Dionys. Halicarn. *lib.* 4. tradit.

METROPOLITANUS is est, inquit Gothofr. *ad l.* 29. §. 5. C. *de epiſcop. aud.* qui potestatem habet in minorum civitatum Episcopos, cui definitioni convenit *c. cleros* §. 4. *diſtinct.* 21. his verbis: Metropolitani a mensura civitatum vocantur; Singulis enim provinciis præeminent, quorum auctoritati, & doctrinæ ceteri sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos: sollicitudo enim totius provinciæ est commissa. Gerebant igitur Metropolitani Episcopatum in Metropolibus. Ut autem Metropolis caput erat provinciæ. Ita in una provincia duo Metropolitani esse non debent, sicut in Chalcedonensi Concilio *c.* 12. statutum est *can. un. diſtinct.* 101. vide sub voce *provincia*.

METUERE. Inprimis observanda est lectio Florentina *leg.* 26. §. 1. *D. de pignor.* Nec *metui* ex hoc solo, ubi pro metuiri metui ponit Ant. August. *lib.* 2. *emendat.* Alii volunt recte dici pro *metutum iri*, quemadmodum datuiri, pro datum iri, restituiri, pro restitutum iri. Et sane vetus, & bonum est illud *metutum*, quo & Lucretius usus est *lib.* 5. *v.* 1139. Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.

METUS est instantis, vel futuri periculi caussa mentis trepidatio *l.* 1. §. 1. *D. quod met. cauſ.* Cic. *lib.* 4. *Tuſculan. c.* 3. metum definit opinionem impendentis mali, quod intolerabile esse videatur Aristoteles *lib.* 3. *&*

hic

hic κακου προσδοκιαν definit, i.e. mali expectationem ; & paulo post *φοβητην ϗ μελλοντος κακϗ προσδοκιαν*, horrorem ex mali futuri expectatione. *Metum* autem in edicto Prætoris *quod metus causſa*, accipere debemus, non quemvis timorem, ſed majoris malitatis, nec vani hominis, ſed quem merito in homine conſtantiſſimo cadat *l.* 5. *l.* 6. *D. quod met. cauſſ.* veluti, qui ſalutis periculum, vel corporis cruciatum continet *l.* 83. *C. de tranſact.* Metum etiam præſentem accipimus, non ſuſpicionem inferendi *l.* 9. *D. quod met. cauſ.* Sic metus cauſſa abeſſe videtur, qui juſto timore mortis vel cruciatus corporis conterritus abeſt *l.* 3. *D. eod. tit.* Proinde illis Edicti verbis non adjuvantur, qui ſupervacuo timore deterriti fuerunt *l.* 2. *D. eod. tit.* Nota jam loquutiones. Metum adhibere, admittere, metu compellere *l.* 16. *l.* 8. §. 1. *D. quod met. cauſſ.* Metum facere, inferre *l.* 14. §. 5. *l.* 8. *l.* 9. *D. eod. tit.* Metum habere, pati *l.* 43. *D. de mort. cauſ. donat. l.* 14. §. 5. *D. quod met. cauſ.* Metu conterritus, perterritus *l.* 2. *de mort. cauſ. donat. l. ult.* §. 1. *D. quod metus cauſ.* Metus eſt ne *l.* 49. *D. ad SC. Trebell. l.* 1. §. *ult. D. de carbon. edict.*

Exceptio *de metu l.* 4. §. 33. & §. *ult. D. de dol. mal. & met. except.* competit metus ad promittendum adactis, eorumve heredibus, & quorumcumque intereſt, contra omnes ex eo promiſſo agentes *l.* 14. §. 6. *D. quod met. cauſ. l.* 7. §. 1. *D. de except.* Actio *quod metus cauſſa* eſt Prætoria in rem ſcripta, data ei, cujus per vim compulſivam patrimonium deminutum eſt, adverſus poſſidentem amiſſam rem, aut vim inferentem, ad reſtitutionem rei, & ſi intra annum moveatur in quadruplum. *tit. D. quod met. cauſ.* Metus juſtus. Vid. *juſtus.*

Meus, *a*, *um*, Meorum, ſuorum adpellatione (generaliter poſita) actiones etiam contineri, dicendum eſt, inquit Marcianus *in l.* 30. §. 1. *D. ad SC. Trebell.*

Sed ſi adjective *Meum*, *ſuum* ponitur, cum mentio eſt de certo rerum genere, veluti de pecunia, quamquam pecunia dicatur mea quam alicui credidi *l.* 32. *D. de reb. cred.* tamen argento omni legato (ut ait Ulpianus) quod *ſuum* eſſet, ſine dubio non debetur, id quod in credito eſſet: hoc ideo, quia non videtur ſuum eſſe, quod vindicari non poteſt *l.* 27. §. 2. *l.* 34. *D. de aur. arg. legat.* Similiter quamquam inter mea referri poſſit jus hypothecæ, non tamen ipſum corpus meum eſt. Non igitur inter *ſuos* legaſſe videbitur creditor ſervos, quos quis ipſi pignori vel hypothecæ dedit *l.* 73. §. 2. *D. de legat.* 3.

Sed nec *meorum*, *ſuorum* adpellatione adjective poſita in legato continebuntur res, quas non numero *ſuarum*, ſed potius venales habuit teſtator, veluti ſervos; nec ſervi, qui non ſunt pleno jure teſtatoris, veluti fructuarii *l.* 71. *l.* 72. *l.* 73. *D. de legat.* 3. Continetur contra cujus proprietas ad eum pertinet, etiam quod commune eſt *l.* 74. *D. de legat.* 3. *l.* 239. §. *ult. D. de verb. ſignif. l.* 46. *D. de ritu nupt.* Attamen cum ita legatur, ſervus *qui meus erit* cum moriar, ſi communis ſit, partem deberi, verius eſt *l.* 5. *D. de legat.* 1. Continentur quoque ſervorum *ſuorum* adpellatione ii, in quos alter habet jus hypothecæ *d. l.* 73. §. 2. *D. de legat.* 3. & in quibus uſusfructus alienus fuit *l.* 5. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 74. *D. de legat.* 3. *l.* 25. *D. de V. S.* Et hoc

ita quoque procedit, si heres sit institutus servus his verbis, *si meus erit*, aut *qui meus erit* cum moriar. Et si quidem, ait Ulpianus, testator alienaverit in eo usumfructum, nihilo minus *ipsius* est; Si vero partem in eo alienavit, an deficiat conditio institutionis, quæritur? Et verius est, non defeciſſe conditionem, nisi evidentissimis probationibus testatorem voluisse apparuerit, pro hac conditione hæc verba inseruisse, si totus servus in dominio ejus remanserit, tunc enim parte alienata conditio deficit *l.* 2. *D. de cond. instit.*

Meum, quandoque demonstrandi, quandoque taxandi, quandoque conditionem adjiciendi vim habet, vide *l.* 6. *D. de legat.* 1. *l.* 85. *D. de legat.* 3.

Meum est etiam id, quod ex re mea supereſt, cujus vindicandi jus habeo *l.* 49. *D. de rei vind.*

Quod *meum* jam, usucapere me, intelligi non potest *l.* 12. §. 7. *D. de captiv.*

MIGRARE dicitur inquilinus, seu conductor, qui e prædio urbano, vel rustico, quod conduxerat, discedit, & alio se confert *l.* 1. §. 1. §. 4. *D. de migrand. l.* 13. §. 7. *l.* 30. *D. locati.*

Sed & filius a matre migrare dicitur *l.* 30. §. 5. *D. de legat.* 3. & conjux migrare ad alias nuptias *l.* 6. *D. de divort.*

De *migrando* interdictum datur adversus locatorem, ejusve heredes inquilino, ut ipse libere cum rebus suis possit de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat de pensione, ut *l.* 1. §. 4. *D. de migrand.* & de damno, si quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino datur, colono autem non datur, ut *d. l.* 1. §. 1. Sed alias ei officio judicis subvenitur, si velit non dico migrare, sed colonariam post tempus exactum derelinquere. Dicitur enim in textu: Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare. Nam colono non competit, cui extra ordinem subveniri potest officio judicis, ut tanto celerius expediatur causa migraturi *d. l.* 1. §. 1.

MILES, ait Ulpianus, adpellatur, vel a militia, i. e. duritia, quam pro nobis sustinent, aut a multitudine, aut a malo, quod arcere milites solent, aut a numero mille hominum, ductum a græco verbo, tractum a tagmate; nam græci mille hominum multitudinem ταγμα adpellant, quasi millesimum quemque dictum *l.* 1. §. *un. D. de test. milit.* Isidorus *lib.* 9. *orig. c.* 3. Miles dictus, quia mille erant ante in numero uno, vel quia unus est ex mille electus. Romulus autem primus mille ex populo milites sumsit, & adpellavit milites. Varro *de lingua lat.* Milites, quod trium millium primo legio fiebat, ac singulæ tribus Tatiensium, Rhamnensium, & Lucerum millia singula militum mittebant, adpellatos esse ait, cui consentit Maggius *lib. miscell.* 4. *c.* 1. vide & Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 39. *p.* 304. Festus, Militem Ælius a mollitie per antiphrasin dictum putat, eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat.

Hæc de etymo, jam quoad rem ipsam, *Milites* dicuntur, qui ut in bello ministrent sacramento rogati, adactique, & in numeros relati sunt, ceu docet Brisson. *in antiqu. select. lib.* 3. *c.* 5. Qui autem nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tirones sint, & publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt, debent enim in numero referri *l.* 42. *D. de testam. milit.* Et qui nume-

re

ro exemtus, in alium nondum pervenit, in quem transfertur, interea miles est, ceu idem Brissonius intelligit *l.* 1. *in fin. D. de bon. poss. & testam. milit.* ubi scribitur, militem esse, quamvis in numeris non sit.

Porro *milites* Justinianus definit tam eos, qui sub magistris militum militiam tolerant, quam qui in undecim scholis taxati sunt, nec non eos, qui sub diversis optionibus fœderatorum nomine decorantur *l. ult. C. de locat. conduct.* Hinc non modo Navarchi, & Trietarchi Classium, sed & omnes remiges, & nautæ in Classibus milites sunt *d. l.* 1. *D. de bon. poss. ex test. mil.* Contra *Militis* loco haberi definit tribunus militum, postquam successor ejus in castra venit *l.* 20. *D. de test. mil.*

Milites opponuntur paganis *l.* 14. *l.* 17. §. 2. *D. de test. mil.* privatis & barbaris *l.* 5. *C. ad leg. jul. maj.* ubi vide Jacob. Gothofr. *in discursu ad d. l. c.* 10. denique & tironibus *l. ult. C. Th. de milit. vest.*

Milites caligati, qui fuerint, vide sub voce *caligati.* De *Gregariis* vid. sub hac voce.

Milites ratione receptionis duplicis erant generis, lecti nimirum, aut mercenarii. Ad istos pertinebat delectus. Constat autem, omnes cives Romanos bello studere oportuisse. Vide Cicer. *pro Murena c.* 14. Quod si nunc eorum auxilio indigeret Respublica, aliquis e Magistratibus majoribus edicto proposito jubebat omnes militaris ætatis viros adesse in campo Martio, vel Capitolio. Vid. Polyb. *Hist. lib. 6. c.* 17. Liv. 26. c. 31. Postquam convenerant, Magistratus conscendebat tribunal, singulorumque nomina per præconem recitari jubebat, ad quod quilibet tenebatur respondere: Adsum, præsto sum. Liv. *lib.* 2. *c.* 18. *&* 30. ita *Lib.* 42. *c.* 32. Delectu ita facto eorum nomina catalogo inferebantur, unde phrasis, scribere exercitum, vid. Cicer. *lib.* 12. *epist. ad famil.* 15. jurejurandoque demum obstringebantur, id quod primum A. V. C. 349. factum refert Livius *lib.* 22. *c.* 36. Wurffel. *Jurispr. civil. definitiv.* §. 761.

Miles, & pro opinatore, & compulsore, seu exactore annonæ militaris, & tributorum accipitur *l.* 44. *C. Th. de annon. & tribut. & l.* 16. *ejusd. C. de exact.*

Miles pro officiali judicis apud Paul. V. *Sent. tit.* 31. §. 1. his verbis: Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit. Ita intelligi vult Accursius, quemadmodum & Tertulliani *apologet. c.* 2. verba: in reos majestatis, & publicos hostes omnis homo miles est, intelligit nempe, quod officialis jure, & ministerio fungitur. Dissentit Schulting. ad dicta Ulpiani verba. Equidem militaris custodia separatur *in l.* 1. *D. de custod. reor.* Tamen Gothofredus *in Comm. ad l.* 1. *C. Th. de custod. reor. sub finem.* Milites quibus Proconsul pro stratoribus (vel rectius forte *statoribus*) uti debuit, officiales publice constitutos intelligit. Nam quibusdam interjectis, *quis, ait, milites* (*armatæ scilicet militiæ*) *Proconsulibus apparuisse putabit.*

MILIARENSES nummorum genus est, qui erogabantur militibus Nov. 105. *c.* 2. §. 3. Epiphanius *περι μετρων Tom.* 2. *p.* 184. *Το δε αργυρον τυτο εστιν, ο Ρωμαιοι μιλιαρισιον καλουσιν, ο ερμηνευεται στρατιωτικον δομα*, vel *δωρον*, ceu ex veteri glossario legit Brissonius. Suidas sub ea voce, *μιλιαρισιον, το τυ νομισματος δεκατον*, vel, ut Scaliger corrigit *δωδεκατον*, solidi duodecima pars.

Sed

Sed quum admodum obscura sit & solidi & nummi miliarensis æstimatio pro diversitate temporum, rem multis involutam tenebris, singulari excessu ad Epiphannium, vel *de folle miliarensi*, *ac numorum minutiis diatriba*, excussit Dionys. Petav. *p.* 431. *sequ.* quocum jungendus Jo. Frid. Gronov. *de pecun. vet. lib.* 4. *c.* 16. *Hein.*

MILIARIUM. vide *Miliarium.*

MILITARE vulgo est sub armata militia stipendia merere *l.* 4. *pr. &* §. 6. *D. de re milit. l.* 11. 15. 16. §. *ult. D. de castr. pecul.* & ita opponuntur non militantibus *leg.* 24. *D. de testam. milit.* itemque paganis *l.* 26. *D. de liber. & posth.*

Militare etiam dicuntur, qui circa latus principis agentes, munus aliquod, officiumve in palatio, aut Comitatu Principis gerunt, & aliqua dignitate, vel administratione funguntur *l. un.* C. *in quib. caus. mil. fori præscr.* Sic in scriniis palatii *l.* 2. *l.* 3. *l.* 7. *l.* 9. *l.* 12. C. *de proxim. sacr. scrin.* vel in alio quocumque officio *militare l.* 1. C. *de tabular.*

MILITARIS, *e.* quidquid ad militiam pertinet. Sic *Militare* delictum, quod quis ut miles admittit, quale est quod disciplina militari prohibetur, vel severius vindicatur *l.* 6. §. 6. *D. de injust. iur. rupt. l.* 22. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 11. *D. de testam. milit. l.* 2. *l.* 6. *D. de re milit. l.* 7. C. *eod. tit.* Unde militare delictum communi opponitur *l.* 2. *D. de veteran. & milit. succeff.*

Militaris judex *l.* 1. C. *si non a compet. jud. &* rubr. *tit.* C. *de offic. milit. jud.* opponitur civili judici, quemadmodum militare judicium ordinario in *l.* 9. *Cod. Th. de jurisd. & ubi quis conv.* qua lege prohibetur, ne civilis causa ad militare judicium sine rescripto trahatur. Similis prohibitio, ne curiales, vel privatæ conditionis personæ ad militare exhibeantur judicium *l.* 2. C. *de offic. milit. judic.*

Militare jus (i. e. facultas) quod in testamenti factione juri communi opponitur *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *l.* 10. *l.* 11. *de testam. milit.* vide *Testamentum.*

Militari manu, vide sub voce *Manus.*

Militare stipendium, vide stipendium. *Militaris* vestis. vide *Vestis.*

Militaris via, quæ græcis λεωφορος, i. e. via publica *l. ult. D. de loc. publ.*

Militares l. 20. *l.* 21. C. *Th. de erog. milit. annon.* pro militibus, qui *militares* viri appellantur *in l.* 6. §. 3. *D. de off. præf.*

MILITARITER pro militari more *l.* 4. §. 5. *D. de re milit.* Et militariter ornatum dixit Tacit. *lib.* 16. *annal.*

MILITIA. Ejus non unum genus est. Quædam enim *armata* adpellatur, quædam *togata*, quædam *palatina*, quædam *litterata.* Armatæ fit mentio *l.* 6. *l.* 18. *D. de re judic. l.* 1. C. *de juris & fact. ignor. l.* 4. C. *qui dare tut.* de qua, ait Ulpianus *tit.* 3. *reg.* §. 5. *Militia* jus Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romæ sex annis militaverit. Ibi tamen pro *militia jus*, *militiam* vulgo habent codices.

Ad *militiam* togatam pertinet *urbana* illa, quam vocat, respondendi, cavendi, scribendi *militiam* Cicero *pro Muræn. c.* 9. quo sensu & militare causarum patronos, aiunt Impp. Leo, & Anthem. *in l.* 13. C. *de advoc. div. jud.* Ad Togatam quoque *militiam* partim refertur, quæ *palatina* dicitur Symmacho *lib.* 5. *Epist.* 74. & Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *Epist.* 6. & *Militia* palatii apud Cassiod. *lib.* 1.

t. var. c. 19. quo pertinent officia in palatio, veluti adjutorium Quæstoris *Novel.* 35. Silentiariorum *l.* 30. §. *ult.* C. *de inoff. test.* Militia litterata eorum, qui in sacris scriniis militant *l.* 8. C. *de proxim. sacr. scrin.* domesticorum, similiumque. Hujus autem generis *militiæ*, sive officia cum commodis, & salariis, quæ horum caussa a principe tribuebantur, ad heredes transmittebantur sub certa pecuniæ definitione *l. ult.* C. *de pignor. l.* 5. C. *qui milit. poss.* immo quædam & vendi, & pignore obligari poterant *Nov.* 53. *c.* 5. *l.* 52. §. 2. *D. de act. emt. l. ult.* C. *de pign. l.* 3. §. 7. *D. de muner.* Si quis ergo ab officio desistens, voluntaria abdicatione in suum locum induceret alium, *militiam* alienare, relinquere alii, & vendere successori, hic autem sibi comparare scriptum prætorium, quæstorium, tribunicium dicebatur. Præterea hæc militia transmittebatur in liberos, quamvis non essent heredes *Nov.* 35. quin & in heredes extraneos, modo inferrent pro introitu solidos centum. Si vel liberi vel heredes minus idonei essent ad militiam hanc, vel ob quamcumque caussam alii subrogarentur, hi pretium liberis, heredibusque defuncti præstabant *l.* 7. *l.* 11. C*od. de proxim. sacr. scrin.* quod fiebat de commilitonum sententia, vel (ut usitatis verbis utamur) ex communi eorum, qui in eadem schola, i. e. ordine statuti erant, placito. Et præstatio illa dicebatur scholæ placitum *l. ult.* C. *de pign.* vel *Casus militiæ Nov.* 53. *c.* 5. ubi ejusmodi beneficium *militia ex casu* adpellatur.

Militiæ nomen videtur etiam pro annonis, salariisque sumi, quæ armatam, vel inermem militiam exercentibus publice præstabantur *l.* 22. *D. de legat.* 2. Lucius Titius in testamento suo publico Mævio militiam suam reliquit, sive pecuniam ejus quæcumque redigi ex venditione potuerit. Sic *l.* 49. §. 1. *D. eod. l.* 11. §. 16. *l.* 102. §. *ult. D. de legat* 3. *l.* 18. §. 2. *D. de alim. vel cib. leg. l.* 3. §. 7. *D. de minor. l.* 30. C. *de inoff. test. l.* 27. C. *de pignor. l.* 6. § 3. C. *de advoc. div. jud. l.* 20. C. *de collat.*

Uti vero *militiæ* nomen commoda, & officium, ita & onus conferendi milites denotat, quemadmodum in *l.* 3. *l.* 10. *l.* 16. C. *Theod. de medic. & prof.* ubi immunes ab hoc onere medici, & professores litterarum una cum uxoribus suis, & filiis pronunciantur.

MILIUM, genus frugis, cujus meminit Ulpianus *l.* 27. §. 19. *D. ad Leg. Aquil.* Nomen a maxima numerorum summa, quæ est mille, cepisse quidam putant, teste Festo. Rectius a Græco μελίνη, quo vocabulo milium non minus, quam panicum legumen derivari ait *Hein.*

MILLE passus non a milliario urbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt, ait Macer in *l.* 154. *D. de verb. signif.*

MILLIARE & *Milliarium l.* 42. *D. de excus. tut. l.* 1. §. 4. *D. de off. præf. urb. l.* 4. §. 1. *D. de hered. inst.* est mille passuum spatium, seu iter. Isid. *lib.* 5. *orig. c. ult.* Mensuras, ait, viarum nos *Milliaria* dicimus: Et mox: *Milliarium* mille passibus terminatur, habens pedum quinque millia. Quia porro Milliaria lapidibus distingui solebant, hinc lapidum istorum quilibet *Milliarium* dictus, & sæpe dicimus ad vigesimum lapidem, h. e. ad vigesimum milliare *l.* 154. *D. de verb. signif.* Et ultra centesimum lapidem, & centesimum milliarium idem

idem valent *l.* 21. §. 2. 3. *D. de excuſ. tut. l.* 42. *D.* & §. 18. *Inſt. eod. tit.* De *Milliario* urbis, columna aurea in capite Romani fori ſtatuta, ſcribit Plinius *lib.* 3. *c.* 5. his verbis: Roma dividitur in regiones quatuordecim, compitalarium 265. paſſ. ejuſdem ſpatii menſura currente a milliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero triginta & ſeptem. Tacit. *hiſt. lib.* 1. *c.* 27. Otho innixus liberto per Tiberianam domum in velabrum, inde ad milliarium aureum ſub ædem ſaturni pergit. Vide Pitiſc. *in Suet. Oth. VI.* 3. 9. *p.* 372. Bergier *de publ. viis lib.* 3. *c.* 11. & 12. Ever. Otto *de tutel. viar. lib.* 2. *c.* 4. & *c.* 6. *p.* 389. De Milliario Conſtantinopolitano vide Suid. in verbo μιλιον. Codin. *de orig. Conſtantin. p.* 20. & Ever. Ott. *dicto lib.* 2. *c.* 8. *de tutel. viar. p.* 394. & *ſequ.* Fit & ſeptimiliarii, vel ſeptimi milliarii mentio in ſubſcriptione *l.* 4. *C. de recept. arb. l. ult. C. de legit. tut. l.* 30. *C. de jure dot. l. ult. C. de bon. libert. l.* 3. *C. de agricol.* & *cenſit.* Locus fuit ſeptem millibus paſſuum ab urbe Conſtantinopolitana diſtans, Imperatorum Palatio nobilitatus, qui aliquoties *ſeptimus*, græcis εβδομος, vel *hepta* dicitur. Marcellin. Comes *in Chronico*: *Celere* & *Venantio Coſſ. Indict.* 7. Procop. *lib.* 1. *de ædific. Juſtiniani.* Liberat. *in breviario de cauſſa Neſtoriana c.* 9.

MILLIARIUM in *l.* 19. §. 12. *D. de aur. arg. leg.* Inſtrumento balneatorio legato. Milliaria legato cedere, ait Paullus *Sent. lib.* 3. *tit.* 6. §. 65. Erat igitur vas ad coquendum idoneum, quod non in coquinatorio tantum, ſed & in balneatorio ponitur a Palladio, ut & a Seneca *lib.* 3. & 4. *nat. quæſt.* Athenæus *lib.* 3. *deipnoſoph. c.* 20. Uſurpat hoc verbum & Cato *de re ruſt. c.* 20. 22. & 135. Formam accurate deſcripſit Iſ. Voſſius *ad Catull. p.* 318. *ſequ.* ubi obſervat, *Milliarium* dictum eſſe, vel a pondere mille librarum, vel quod mille caperet menſuras, & perperam quoſdam exiſtimare, iſtud a coquendo milio ita dictum eſſe. Quare & rectius per duplex, quam per unicum L. ſcribitur. Quod autem & miliarium vas, & miliarium lapidem hoc modo ſcriptum reperias in codicibus, non movet: Nam litteram reliquis majorem in verbo vim habere geminandi, nemo neſcit. Propter magnitudinem ſummis culinarum tabulatis ſuſpendi ſolita milliaria vaſa probat idem Voſſ. *ex Senec. epiſt.* 57. ubi de Crypta Neapolitana ad Pauſilypum: Quid enim intereſt, ait Sen. utrum ſupra aliquem Milliarium ruat, an mons? Nihil invenies. Iſta de forma. *Milliarii* ex Voſſio attulit prolixe ſatis. *Hein.*

MIMUS, vox græca a μιμεομαι imitor. De mimis ſervis mentio eſt *l.* 37. §. *ult. D. de ædilit. edict.*

MINÆ capitales *l.* 7. *C. de his, qui vi metuſve cauſ.* Quibus opponuntur luſoriæ *l.* 4. *D. ſi cui plus quam per leg. Falc.*

MINARI, ſeu comminari *l.* 4. *D. ad leg. jul. de adult. l.* 1. §. 26. *D. ad SC. Silan.* At *minare* verbum frequens apud D. Hieron. & in legibus antiquis Longobard. Burgund. Alemann. & in lege Salica, eſt agere, vel ante ſe pellere. Hinc Anianus. Actus quæ pecora minare conſuevimus. Apulei. *lib.* 3. Nos duos aſinos minantes, baculis exigunt. Sic Auſonius de Myronis bucula: Ageret juvencas cum domum paſtor ſuas. Suam relinquere me minabat ut ſuam. Dicitur & premi-

nare apud Apul. *lib.* 5.

Mi-

MINAX favor *l. un. C. Th. si quacumq. præd. potest.* male servor *in C. Just. eod. tit.*

MINICIUS, Vid. Minucius.

MINICULARIUS. Ex Codice Theod. & quidem ex *l.* 3. *de indulg. debit.* hoc verbum citant Lexicographi, quasi idem sit ac Miniator, seu Miniculator, qui minio inficit, & illinit: Sed perperam, cum ibi legendum sit minuscularius, de quo vide infra.

MINICULATOR. In *l.* 7. *D. de oper. libert.* legit Accursius: Si forte librarius, vel miniculator, vel calculator. Sed ibi Nomenclator rectius aut nomenculator legitur, ut in *l. ult. §. ult. D. de liberal. caus.*

MINIME in notis Jurisconsultorum ad aliorum opera idem est, ac immo, vero *l.* 53. §. 1. *l.* 54. *D. de act. emt. & vend.*

MINIMUS, *a*, *um.* Qui lancem maximam, mediam, minimam relinquebat *l.* 31. *D. de aur. arg. legat.* Minimum pro re minima in *l.* 153. *C. Th. de decur. l.* 9. *D. de regul. jur.*

MINISTER pro servo *l.* 22. §. 8. *D. solut. matr.* & alius quivis jussa alterius faciens, ut minister Ducis *l.* 3. *C. Th. ad leg. jul. repetund. Ministri* stratorum *l.* 1. *C. Th. & Just. de custod. reor.* i. e. custodes carceris, & Clavicularii, qui & *fiscales ministri* adpellantur *l.* 6. *C. Theod.* Est quoque mandatarius, ut Minister cædis *l.* 14. *C. de SC. Silan.* Minister litis, i. e. procurator, vel cognitor *l. ult. C. Th. de cognit.*

MINISTRI pro Clericis, & Ecclesiæ Pastoribus *l.* 10. *l.* 31. *l.* 41. *l. ult. C. Th. de Episc. l.* 14. *ejusd. C. de pagan.*

MINISTERIALES *l.* 5. *C. Th. de divers. off.* qui ministeriales Dominici vocantur, in Notit. Imp. erant sub dispositione viri spectabilis Castrensis, & sic Castrensianorum numero, de quibus vide sub voce Castrensiani. In gloss. Isidori: Anculus Ministerialis Domus Regiæ: Gothofr.

MINISTERIANI, de quibus *rubr. tit. C. Just.* Apud Suidam, ut repositum Cujacius μινιστεριανος καστρενσιανος Ministerianorum notitia olim legi quartæ *dict. tit.* subjecta fuit, quæ si hodie exstaret, facillima hujus rei notitia esset. Dubium est, an iidem fuerint ministeriani, ac Castrensiani, an vero dicamus, post generalem Castrensianorum adpellationem, specialem Ministerianorum subjici, quippe hi numero illorum fuerunt, ut modo dictum est. Nihil tamen interest, dicamus in dicta rubrica parallelismum esse, ut iidem videlicet sint Castrensiani, & ministeriani, qualis parallelismus occurrit. Titulo Digestorum de officio procuratoris Cæsaris, vel Rationalis: Iidem enim erant *procuratores Cæsaris, & Rationales*, vide Gothofr. *Comm. ad C. Theod. tit. de Castrensian. ad* . 1. *& tit. de divers. off. ad l.* 15. *& 6.*

MINISTERIUM pro opera, quæ interventu personæ præstatur, ut in *l.* 50. §. 1. *D. de furt.* Qui ministerium, atque adjutorium ad surripiendas res præbet.

Ministerium publicum *l.* 1. *D. ad leg. jul. repetund.* Si quis in honore, ministeriove publico sit *l.* 38. *§. ult. D. ad leg. jul. de adult.*

Ministerii aulici meminit Lamprid. in Alex. Sev. *c.* 41. Aulicum, inquit, ministerium, ut essent tot homines in singulis officiis, quot necessitas postularet; ita ut annonas non dignitatem acciperent, fullones & vestitores & pistores, & pincernæ omnes Castrenses ministri. Eo igitur spectat ministerium Castrense, de quo vide sub voce *Castrensiani.*

Mi-

Miniſterium ſacrum principis eo quoque refertur, de quo *l.* 4. *pr.* C. *de caſtrens.*

Miniſterium judicis pro officio judicis in *l.* 1. C. *Th. unde vi*, ubi judices qui auctoritatis ſuæ formidabile miniſterium objiciant.

Miniſterium pro ſacerdotio, vel officio ſacro: Sic miniſterium Diaconi *l.* 111. *Cod. Th. de decur.* miniſterium Eccleſiæ *l.* 39. C. *Th. de epiſc. & cler.*

Miniſterium utique & domini ſervis exhibere dicuntur. Senec. *lib.* 3. *de benef. c.* 21. Quamdiu, ait, præſtatur quod a ſervis exigi ſolet, miniſterium eſt. In miniſterio ergo eſſe dicuntur ſervi, ſive proprii, ſive alieni, aut etiam liberi (homines) nobis bona fide ſervientes *l.* 2. §. 14. *D. de vi bonor. rapt.*

Miniſteria pro miniſtris *l.* 2. C. *Juſt. l.* 14. C. *Th. de Epiſc.* Sic tutelam corruptis miniſteriis Prætoris redimere *l.* 3. §. 15. *D. de ſuſp. tut.* Magiſtratibus municipalibus traditi, vel publicis miniſteriis *l.* 1. §. 10. *D. de fugitiv.* Apulei. *de aſin. aur. lib.* 3. Tum me per proſcenium medium veluti quamdam victimam publica miniſteria perducunt. Ita etiam pro ſervis dicuntur miniſteria. Sic miniſteria, quibus pater familias inſtructus erat in fundo *l.* 12. §. 31. *D. de inſtr. vel inſtr.* vide & *l.* 21. *D. de donat. int. vir. & ux.* Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 72.

Miniſterium non modo perſonarum, ſed & rerum, v. g. vocis, uti dicimus *l.* 7. §. *ult. D. de ſuppell. legat.* & balneorum, ut in *l.* 10. *C. Th. ne comitib. & tribun. lavacr. præſtetur.*

Miniſteria etiam ſunt vaſa, quibus cibus, & potus in conviviis miniſtratur, ut apud Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 86. & Ulp. *l.* 19. §. 12. *D. de aur. arg. leg.* Lamprid. *in Alex. c.* 34. Ducentarum librarum argenti pondus ejus miniſterium numquam tranſiit, *cap.* 41. Quum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet. Græcum διακονια eadem notione occurrit. *I. Macchab.* 10. *v.* 58. de his vide plura apud Claud. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Aug. p.* 330. & *in obſerv. ad jus Attic. c.* 23. ad quem remittit. *Hein.*

MINISTRARE eſt miniſterium exhibere *l.* 25. *D. de public. l.* 1. §. 4. *D. de publican. & vectig.*

MINISTRATOR, miniſter. Sic miniſtratores ſervi *l.* 203. *D. de verb. ſignif.*

MINOR aliquando ſumitur pro eo quod medium eſt, ut *minor* capitis deminutio, i. e. media §. 2. *Inſt. de capit. demin.* minor libertas, quæ eſt inter juſtam, & deditiam. Mart. *lib.* 4. Cum plebs & minor ordo, maximuſque.

Minor ratione ætatis. Ita minor ætate *l.* 16. *C. de liberat. caus. l.* 7. *C. de muner. patrimon.* minor ætas *l. ult. C. ſi min. ſe.* Minor viginti annis Ulp. *tit.* 1. *Reſp.* §. 13. *& §.* 5. *Inſt. qui & ex quib. cauſ. man.* Minor quam 20. annis *l.* 102. *D. de legat* 1. minor quam 20. annis natu *l.* 7. *D. ſi quid in fraud. patr.* Conſtruitur & cum genitivo, ut minores annorum *l.* 13. §. *ult. D. de tut. & cur.* Minor 25. annorum *l.* 6. §. 1. *D. de decur. l.* 57. *D. de re judic.*

Minor 20. annorum, cui, præterquam cauſa cognita, manumittere eſt prohibitum, non intelligitur, qui diem ſupremum agit anni viceſimi *l.* 1. *D. de manum.* Sed in lege Julia de adulteriis, quæ *minorem* annis 25. accuſare prohibet *l.* 15. §. 6. *D. ad leg. jul. de adult.* talem accipimus, qui viceſimum quintum annum ætatis

tatis agit *d. l.* In edicto quoque Prætorio de minoribus, *minorem* 25 annis natum etiam die natalis sui adhuc dicimus ante horam, qua natus est, ut, si captus sit, restituatur, & a momento in momentum spectetur *l.* 3. §. 3. *D. de minor.* Verum, in honoribus adipiscendis, annus vicesimus quintus cœptus pro pleno habetur *l.* 8. *D. de mun. & hon.*

Minor majori oppositus, ut in *l.* 21. *D. de adquir. vel omitt. hered.* vel absolute positus, ut in *l.* 1. *D. de minor.* minorem 25 annis significat. Quumque & impuberes nondum justæ illius ætatis sint, hi aliquando minores vocantur *l.* 34. §. 1. *D. de minor. l.* 2. *l.* 3. *l. ult. C. si tut. vel cur. interv. rubr. C. si ex plur. tut. vel cur. omn. vel un.*

Minor ratione facultatum, ut minor centenario *l.* 16. *D. de jur. patron.*

Minores Magistratus qui sint, vide sub voce *Magistratus.*

Minoris, genitivus cum pluribus verbis in jure nostro jungitur, aliquando & omisso per ellipsin verbo nomini adjicitur. Sic quanti minoris actio *l.* 47. *D. de ædilit. edict.* Minoris condemnare quam juratum est *l.* 4. §. 3. *D. de in lit. jur.*

Minores pro posteris usurpari, quando graduum adpellationes deficiunt, Servius ad illa Virg. *lib.* 8. *Æneid. v.* 268. *lætique minores servavere diem*, monuit.

MINTURNÆ oppidum in Campania, cujus fit mentio *l.* 13. §. 1. *D. locat.* Colonia Liv. *lib.* 10. *c.* 21. Plin. *lib.* 3. *c.* 3. De hujus incolis *Minturnensibus* vide *leg.* 8. §. 5. *D. si servit. vind.* Marius apud eos delituit. Cic. *pro Planco c.* 10. Minturnense flumen memoratur in *d. l.* 13. §. 5. *D. locat.* Ita adpellatur Liris qui Minturnas præterlabebatur. Liv. *lib.* 80. *c.* 21. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. & Cic. *de legib. lib.* 2. *c.* 3. Oppidum illud nunc Trajetum castellum esse dicunt.

MINUCIUS vel Minicius, quem ut Sabino & Cassio posteriorem, ita Juliano & Pomponio antiquiorem fuisse constat ex *l.* 6. §. 4. *D. de act. emt. vend. & l.* 32. *D. locat.* Idem ac Minicius Natalis, ad quem rescripsisse Trajanum Ulpianus ait in *l.* 11. §. 15. *D. de act. emt. vend.* In marmoribus Cos. *Augur. procos. Libyæ*, item *Leg. Aug. pro prætore* provinciæ Mœsiæ inferioris vocatur. Grut. *inscript. p.* 59. 8. *& p.* 49. 6.

MINUERE & augere opponuntur *l.* 19. *D. de tritic. vin. ol.* & alibi passim. *Minuere* pro officere detrahere. Sic, minuendæ opinionis caussa *l.* 14. *D. de injur.* Minuere magistratum Liv. *lib.* 4. *c.* 24. (de Mamerco, dictatore, qui censuram quinquennalem prius, annuam fecerat) a censoribus, ait, tribu motus & ærarius factus est, quod magistratum populi Romani minuisset. Minuere majestatem populi Romani Cic. *in Verr.* 5. *c.* 20. dixit.

Minuere pro alienare *l.* 31. *D. de reb. auct. jud. possid. l. ult.* §. 2. *D. de dol. mal. & met. except.*

Minuere pro mutare. Ita capite minui, sive deportatione *l.* 6. §. 7. D. *de injust. rupt. irrit.* sive adrogatione *l.* 3. *D. de capit. minut.* vel aliis modis, de quibus sub voce *caput*, non est caput amittere, sed mutare; quoniam capitis deminutio est status prioris mutatio *pr. Inst. & l.* 1. *D. de capit. minut. & l.* 17. *in fine D. de oper. libert.* Ita existimat Guil. Forner. in *select. jur. lib.* 1. *c* 26. huc etiam referens locum Terent. *Hecyr. act.* 4. *scen.* 3. *v.* 9. Non minuam meum consilium, i. e. non mutabo ut & alium ejusdem *in Andr. Act.* 2. *scen.* 3. *v.* 17.

Sed

Sed constructionem cum ablativo facere, ut deminui, vel minui hic potius in vulgari notione, pro privari, vel jacturam facere, sit accipiendum recte sentit Heinecc. Quamquam enim, qui capite minuitur, statum mutet, non ideo caput mutare, quam eo privari dici proprie potest.

MINUS adverb. aliquando pro simplici negatione ponitur. Aliquando tamen & comparative, ut minus commode frui *l.* 3. §. *ult. D. de itin. actuq. priv.* & hoc sensu non raro adjicitur *quam*, ut in *l.* 8. §. 1. *D. de bon. libert.* jungitur etiam cum comparativo in casu primo posito, ut minus utilior *l.* 5. §. 10. *D. de reb. eor. qui sub tut.*

Non *minus quam*, pro æque, ac frequentissime accipitur, sed ita ut membra comparata inter se non raro transponant, e. g. ex verbis non minus quam mente, quum dicendum fuisset, non minus ex mente quam verbis, vid. *l.* 7. §. 8. *D. de pact.* §. 3. *Inst. de Leg. Aquil.*

MINUSCULARIUS. Minusculorii in *l.* 3. *C. Theod. de indulg. debit.* sunt speciales, & minimi tributorum exactores, a minusculo. In veteri *glossar.* Vectigal minusculum. August. de civitate Dei *lib.* 7. *c.* 4. Minusculorios vectigalium conductores diserte vocat.

Minusculorius aquæductus *l.* 10. *C. de aquæd.* i. e. tenuior, & deminutus, ut Cujacius interpretatur. Ita & minuscula præmia, Imperatores & Tyranni minusculi apud Historiæ Augustæ scriptores. Item minusculariæ, & tenuiores res *l.* 1. *C. de defens. civit.*

MINUTATIM, sensim, ut flumen minutatim recessit *l.* 39. *D. de adquir. rer. dom.* item particulatim, ut minutatim singulos convenire *l.* 8. §. 5. *D. de transact.*

MINUTIO capitis *l.* 5. §. *ult. D. de extraord. cogn.* seu deminutio *l.* 2. *l.* 5. §. *ult. D. de capitis minut.* Quid sit, supra dictum est in art. *caput.*

MINUTUS, *a*, *um*, parvum. Minutæ summæ *l.* 90. §. *ult. D. de pact.* Minutula summa *l.* 191. *D. de verb. sign.*

MIRABILEM partum Imp. adpellat, qui a majore 50 annis editur *l.* 12. *C. de legit. hered.*

MIRACULUM. *Nov.* 105. *c.* 1. In iis quæ raro fiunt, miraculum est, i. e. ejusmodi res miramur.

MIRARI *l.* 108. §. 13. *D. de legat.* 1. *l.* 13. *pr. D. de in diem addict.*

MIRUS, *a*, *um*. *l.* 63. *D. de ædilit. edict. l.* 55. *D. de legat.* 3.

MISCELLUS, *a*, *um*, quod ex variis constat. *Miscella* Lex adpellatur Julia, & Papia Poppæa in *l. ult. C. de ind. viduit.* & quidem non tota, sed caput duntaxat de legatis, & libertate sub conditione datis, quod id caput ex lege Julia, & Pappia, SCo., cujus meminit Justinianus *l.* 3. *C. de indict. viduit.* & cautione Muciana conflatum est. Ita cum Jac. Gothofr. *ad Leg. jul. & Pap. Popp.* sentit Heineccius. Non igitur ita dicta a *Julio Miscello* quodam, quod nomen universa ignorat antiquitas; etsi contrariam sententiam tueantur Jo. Robertus, & Jan. Vinc. Gravina *de legib. & SC.* §. 16. freti auctoritate Justiniani *Novell.* 22. *c.* 43. adversus quos etiam Cujac. Briss. & Ant. Augustinus. Adde Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 305. *seqq.*

MISCERE pro conjungere, ut miscere extraneum heredem liberi *l.* 3. §. *ult. D. de reb. dub.*

Miscere pro se immiscere, idque proprie facere dicuntur sui, & necessarii heredes, sicuti extranei pro herede gerere. Ita ne vel mis-

miscuisse necessarii, vel ceteri pro herede gessisse videantur *l.* 14. §. 8. *D. de religios.* Necessarii heredes, si se misceant hereditati *l.* 5. *D. ad SC. Silan.* Miscere se negotiis *l.* 39. §. 11. *D. de administr. tut.* tutelæ *l.* 2. §. 42. *ad SC. Tertull.*

Miscere pro implicari, ut, si cum Fisco aliquem contractum damnosum miscuissent *l.* 9. *D. de confirm. tut. vel cur.* miscere se illicitis contractibus *l.* 3. C. *Th. de contr. empt.*

Miscere pro conferre: ita miscere dotem paternæ substantiæ *l. un.* C. *Theod. unde liberi.* Quo sensu etiam collationes commiscere cum bonis defunctæ personæ, dixit Imp. *l.* 19. C. *in fin. de coll.*

Miscere denique est turbare *l.* 17. C. *Th. de pœn.* Phædr. *lib.* 1. *fab.* 2. procax libertas civitatem miscuit.

MISER, *a*, *um* tribuitur reis criminum, qui in carceribus custodiuntur *l.* 5. C. *Theod. de iis quæ administr.* & parentibus ἀτεκνοις *l.* 1. C. *Th. de jur. liberor.*

MISERABILIS, *e.* Miserabilis egestas *l. ult.* C. *Th. de alim. quæ inop.* Miserabilis injuria *l.* 50. C. *Th. de curs. publ.* Miserabiles personæ *l.* 1. C. *quand. Imp. inter pup. vel vid.* preces *l.* 26. C. *de judæis.*

MISERANDA fortuna *l. un.* C. *Th. de patr. qui fil. distrax.*

MISERATIO idem quod misericordia. Miseratio precum *l.* 26. C. *Theod. de cohort.* Miseratio etiam vocatur in *l.* 1. C. *Th.* & *l.* 2. C. *Justin. de abolit.* tergiversatio, quando quis ab accusatione desistit, & abolitionem postulat.

MISERICORDIA. Eam Cicero *lib.* 4. *Tuscul. c.* 8. definit, ægritudinem ex miseria alterius injuria laborantis. Seneca vero, ex mente Stoicorum, misericordiam virtutem esse negantium; vitium pusilli animi ad speciem alienorum malorum succidentis. *Misericordia* sanguinis, i. e. sanguini debita *l.* 3. C. *Th. de matern. bon.* Qui misericordiæ caussa, quam ipse non habet, infantem exponit *l.* 4. *D. de agnosc.* & *al. liber.*

MISERICORS qui funeravit in hoc, ut mortuum sepeliret *l.* 14. §. 7. *D. de religios.*

MISSA in *c. Jacobus* 47. *de consecr. dist.* est sacrum piaculare, quod a Sacerdote offertur. De hujus vocis origine variant Scriptores. Quidam hebræum nomen esse putarunt ex *Deut.* 16. *v.* 10. ubi vox *missah*, quæ oblationem significat, reperitur. Alii illud deducunt ex Græca voce μυησις, a verbo μυεω, quod est doceo, instituo, & spiritualiter instituo, quasi in terminatione dumtaxat mutatio sit facta. Alii *missæ* vocabulum a mittendo dictum volunt. *Missa* enim idem est ac missio, sicut *remissam* pro remissione apud Tertullianum, & Cyprianum legimus. Missam igitur dictam volunt, vel propter bona ad populum missa, vel propter transmissionem precum ad Deum per ministerium Sacerdotis, vel propter dimissionem, vel catechumenorum dumtaxat, vel totius populi, solemni formula factam, *ite, missa* (hoc est, dimissio) *est.* Uti autem communiter vox hæc pro missione sumitur, sic præterea etiam accipitur (1) pro oblationibus, & precibus, quæ ab initio liturgiæ usque ad dimissionem catechumenorum expleatur *Conc. Carthag.* 4. *c.* 84. *Conc. Valent. c.* 1. (2) pro parte liturgiæ, quæ est ab offertorio usque ad finem, & dicitur *missa* fidelium Cæsar. *Arelat. hom.* 12. (3) pro collectis, seu orationibus, quæ in missa stricte dicta legi solent Concil. *Milevit.* 2.

c. 12. (4) pro nuda lectione cum intermissione psalmorum, (5) pro divino officio, id est, vel matutino, vel vespertino Conc. *Agathens. c.* 30. (6) pro ipsa festivitate a potiori denominata, ut scriptores mediæ ætatis facere solent Ivo Carnot. *in decreto p.* 15. *c.* 190. (7) pro toto officio, quatenus Catechumenorum & fidelium missam comprehendit.

MISSALE, *lis*, liber ecclesiasticus, in quo continetur missarum officium, a Zacharia P. primum compositus, deinde a Gregor. M. in meliorem formam redactus, cui *sacramentarii*, seu libri sacramentorum titulum imposuit. Jussu Concilii Tridentini liber iile fuit correctus cum aliis. *Missale plenarium*, liber ecclesiasticus, in quo Evangelia, & epistolæ pleniter continentur.

ΜΙΣΘΩΤΗΣ, qui aliquid conductum habet. Modest. *in l.* 49. *pr. D. locati.* οι επιτροποι γενομενοι μισθιοται καισαρος γενεσθαι κωλυονται, i.e. curatores creati prohibentur aliquid a Cæsare conductum habere. Et paulo post, εισιν κεκολυμενοι μισθουσθαι και παρα τε ταμιε χωρια. Sunt prohibiti fisci possessiones conducere.

MISSIBILIS, *e.* Missibilia tela, quæ manu mittuntur, & procul jaciuntur. Justinianus in *Nov.* 85. *c.* 4. τους τε καλουμενους ζιβυννους ητοι μισσιλια, quique vocantur Zibynni, vel missibilia. Sidon. *Apollinar. lib.* 4. *Epist.* 20. *ad Domitian.* lanceis uncatis, securibusque missibilibus dextræ refertæ. Sic apud Veget. legendum variis locis.

MISSILIA, quæ in vulgus a Magistratibus, Principibusve, ludos edentibus, aut alias in publicum prodeuntibus, jactantur. Ita Prætores, & Consules, qui missilia jactant in vulgus, ignorant, quid eorum quisque accepturus sit §. 49. *Inst. de rer. divis.* vide & ibi Theophilum. De iis quoque *in l.* 9. §. 7. *D. de acquir. rer. dom. l.* 8. *D. de contrab. empt. Nov.* 105. *c.* 1. 2. & ibi Cujac. Huc pertinent hi Martialis versus *Epigr. lib.* 8. Omnis habet sua dona dies, nec linea dives. Cessat & in populum multa rapina cadit. Missilia spargere olim tam proprium erat Consulum, ut hanc liberalitatem inde υπατειαν adpellaverint Græci, ceu Cujacius observavit *ad dict. Nov.*

MISSIO pro immissione, ut missio in bona *l.* 5. §. 11. & §. 12. *D. ut in possess. leg.* & missio legatorum *l.* 1. §. *ult. D. ne vis fiat ei*, quæ est *missio* in possessionem legatorum caussa, & una est ex sequentibus. Nempe est *missio* in possessionem ex tribus caussis, rei servandæ caussa, item legatorum servandorum gratia, & ventris nomine *l.* 1. *D. ex quib. causs. in possess.* & quidem ex his caussis olim in possessionem universam missio fiebat, cum *damni infecti* nomine, si non caveretur, nonnisi rei, de qua damnum timebatur, fieret missio, ut docet *d. l.* At novo jure Novellarum non amplius datur missio in possessionem omnium bonorum, sed pro modo tantum debitæ quantitatis. *Nov.* 53. *c.* 4. *fin.*

Missio in possessionem *ex primo decreto, & ex secundo decreto* a præsidentibus nostris dicitur *arg l.* 15. §. 16. *D. damn. infect.* quorum illud solam custodiam, hoc & vendendi potestatem tribuit. In bonorum possessionem ex primo decreto mittimur, si quis judicium mutandi caussa fidejussorem dedit, & tamen neque potestatem sui facit, neque defenditur *l.* 1. *pr. D. quib. ex causs. in possess. eat.* sine fraude latitet *l.* 2. §. 1. *D. eod.* sive apud hostes captivus sit *l.* 6. §. 2. *D. eod.* sive nullus exstet hæres

heres existat *l.* 8. *D. eod.* vel si debitor impubes esset, sed nonnisi ad pubertatem *l.* 3. §. 1. *l.* 5. §. 2. *D. eod.* Ex *secundo decreto* in bona ejus iri jubet Prætor, qui fraudationis, i.e. fraudandorum creditorum caussa latitat, nec boni viri arbitratu defenditur *l.* 7. §. 1. *D. eod.* & tunc in possessionem missis, elapso tempore constituto, jus est, bona, in quibus jam pignus consequuti sunt, vendendi *l.* 7. §. 1. 2. *sequ. D. l.* 9. C. *eod. tit.*

Missio pro dimissione *l.* 17. *l.* 40. *l.* 90. *D. ad Leg. Falc.* quæ militibus datur, qua & sacramento solvuntur, & ab exercitu dimittuntur. Multiplex autem ea est, vel *honesta*, quæ conceditur ob impletum justum militiæ tempus *l.* 5. C. *de test. milit. l.* 7. C. *de fid. instrum.* quam Quinct. *Declam.* 13. & Livius passim justam adpellant. Estve *caussaria*, quæ ante tempus justæ aliqua de caussa datur, veluti ob valetudinem, qua, qui se excusare vellet, jurejurando id faceret, necesse erat. Liv. *lib.* 6. *c.* 6. *&* *c.* 23. Apulei. *lib.* 4. *de asin. aur.* Rebar enim, ait, me jam debilem prorsus, & exanimatum mereri caussariam missionem. Unde caussarios milites, quibus morbus caussa erat, ne militarent, Livius vocat. Tertia est *ignominiosa*, quæ ob delictum cum privatione existimationis contingebat *l.* 2. *pr. D. de his qui not. infam.* Ignominiosa autem missio toties est, quoties is, qui mittit, addit nominatim, ignominiæ caussa se mittere. Semper enim debet addere, cur miles mittatur *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam.* Itaque *ignominiæ* mentio non abesse necessaria est, sed sufficit narrari factum militis ignominiosa missione dignum. Et plerumque quidemantum adjici a Principe solere, ignominiæ caussa se mittere, ait Ulp. *l.* 2. *pr. D. de his qui not. infam.* at Macer Ictus diserte, etsi sine ignominiæ mentione missi sunt, nihilominus ignominiæ caussa missos, intelligi, scribit *l.* 13 §. 3. *D. de re milit.* Missionis exemplum, in qua & delictorum, & ignominiæ fit diserte mentio, exstat apud Hirt. *de bello African. c.* 54. ubi inter alia Cæsar e suggestu ad concionem loquitur: C. Aviene! (erat Tribunus militum) quod in Italia milites pop. Romani contra Rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi, reipublicæque inutilis fuisti, & pro militibus tuam familiam, jumentaque in naves imposuisti, tuaque opera militibus tempore necessario respublica caret, ob eas res *ignominiæ caussa* ab exercitu te removeo, hodieque ex Africa abesse, & quantum potes, proficisci jubeo.

Est & quartum genus *missionis* militum, si quis evitandorum munerum caussa militiam subiisset *l.* 2 §. 2. *D de his qui not. infam.* quæ missio existimationem non lædebat. Quid autem differat a missione exauctoratio, de qua *d. l.* §. 2. vide sub voce *exauctoratio.*

Missiones honorarias, vel quasli-bet alias dicuntur quoque obtinere Decuriones *l.* 153. *C. Theod. de decur.*

Sed & gladiatoribus *missio* dari dicebatur. Senec. *lib.* 9. *controv.* 6. Abscissa missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur.

MITIGARE. Mitigatur ita *l.* 5. C. *famil. ercisc.*

MITIS, *e*, mitior lex sequenda *l.* 15. *D. de bon. libert.* mitius constituendum *l.* 4. §. 1. *D. de incend. ruin. naufr.*

MITRA in ornamentis muliebribus numeratur *l.* 25. §. *ult. D. de aur. arg. legat.* Si, ut ait

Gothofred. vetuſtatis cauſa comparata eſt, tamen mitras magis capitis tegendi, quam ornandi cauſſa comparatas, ait *l.* 23. §. 2. *verſ. muliebria D. eod. tit.* Etymologic. *μιτρα λεγεται ο γυναικειος της κεφαλης αναδεσμος.* Mitra vocatur muliebris faſcia capitis. Suid. cum Heſychio: *μιτρα διαδημα η ζωνη.* Mitra faſcia vel Zona. Serv. *in lib. 9. Æneid. v. 616.* Pilea virorum ſunt, mitræ feminarum, quas calanticas dicunt. Vide & Petr. Fabri. *lib. 1. ſemeſtr. c. 15. p. 89.*

Mitra proprium hodie dicitur ſummorum Pontificum ornamentum, ac tegumentum, & dein Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum; cujus nominis mentionem judice Du-Freſne *in Gloſſario* apud veteres Scriptores de officiis Divinis non obſervamus. Epiſcopalis autem *mitra* triplicem ſpeciem ſtatuit ceremoniale Epiſcoporum *lib. 1. cap. 17.* unam, quæ pretioſa dicitur, quia gemmis vel laminis aureis, vel argenteis contexta eſſe ſolet, alteram, auriphrygiatam ſine gemmis, & laminis, vel ex ſerico albo, auro intermiſto, vel ex tela aurea ſimplici, tertiam, quæ ſimplex vocatur, ſine auro, & ſimplici ſerico damaſceno, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba contecta, rubeis laciniis, & vittis pendentibus. Mitræ privilegium indultum a ſummis Pontificibus interdum aliis quam epiſcopis, v. g. Abbatibus, & Canonicis eccleſiarum cathedralium.

MITTENDARII *l. 3. l. 7. l. 8. C. de palatin. ſacr. largit.* inter Palatinos fuerunt tam in officio Comitis rerum privatarum, ut docet *l. 2. C. Th. eod. tit.* quam in officio Comitis ſacrarum largitionum, ut oſtendit *l. 7. 8. 9. 23. C. Theod. eod. tit.* Erant autem in ſcrinio, quod Canonum vocabatur, ut ex *d. l. 7.* diſcere licet, in quo ſcrinio canonum, tributorum, & functionum publicarum ratiocinia tractabantur: Poſtea ſeparatum ſcrinium conſtituere *l. 7. Cod. Juſt. eod. tit.* Ex hoc autem ſcrinio canonum ad canonis exactionem hi *mittendarii* mittebantur in provincias a Comitibus ſacrar. largitionum, & rerum privatarum, vide Jac. Gothofred. *Comm. ad d. l. 2. C. Th. de palatin. ſacr. larg.*

MITTERE in bona, in poſſeſſionem, quid ſit, dictum eſt ſupra ſub voce *miſſio.* Heic vero nota: *Mittere* in conſilium, i. e. poſt cauſſam peroratam Judicibus in conſilium eundi poteſtatem facere. Cic. *in Verr. 2. 99.* Accuſabo, reſpondebis. Teſtibus editis, ita mittam in conſilium. Idem pro *Cluent. c. 32.* Quum in conſilium mitterent Scalenum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Simili ſenſu Seneca *lib. 2. de ira c. 27.* In conſilium de vita noſtra mittimur. Si verum ipſi dicere nobis voluerimus, pluris litem noſtram æſtimabimus. Si volumus æqui omnium rerum judices eſſe, hoc primum nobis ſuadeamus, neminem noſtrum eſſe ſine culpa. Vide ad hunc locum Lipſ.

Mitti in munus dicitur *l. 1. C. Th. de princ. agent. in reb.* vel, quod idem eſt, ad neceſſitates publicas, & privatas *l. 3. C. Th. & l. 1. C. Juſt. eod. tit.*

Mittere pro remittere, ut miti ad judicem *l. 8. l. 9. D. de liberal. cauſ. l. ult. D. de quib. reb. ad jud. eat. l. 22. D. de jud.* ad arbitrum *l. 1. §. 6. D. ſi cui plus quam per Leg. Falc.* ſed & miti ad actionem dixit Gaius *l. 26. D. de ædilit. ædict.* Seneca *lib. 3. de benef. c. 7.* Melior eſt conditio cauſſæ bonæ, ſi ad judicem, quam ſi ad arbitrum mittatur.

Mittere pro dimittere. Sic ſi mi-

miseratione custodiam quis miserit *l.* 14 *D. de custod. & exhibit. reor.* Mittere militem *l.* 2. *pr. & §.* 2. *D. de his qui not. infam.* ignominiæ caussa ab Imperatore missus *l.* 2. §. 10. *D. eod. tit.* & contra miles missus honeste *l.* 5. C. *eod. tit.* vide supra *missio.*

MIXTURA in *l.* 82. *D. de cond. & dem. l.* 29. *D. de usurp. & usuc.* tritæ est significationis.

MIXTUS, *a*, *um.* Mixtæ actiones, in quibus uterque actor est, ut puta finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi dividundo, interdictum uti possidetis, utrubi *l.* 37. *D. de oblig. & act. Mixtæ* actiones dicuntur ex caussa, quod tam in rem, quam in personam dantur, quales sunt tres illæ priores actiones modo memoratæ §. 20. *Inst. de act.* Unde Paulus: Finium, ait, regundorum actio in personam est, licet pro rei vindicatione sit *l.* 1. *D. fin. regund.* Hereditatis etiam petitionem mixtam personalem actionem habere ait *l.* 7. C. *de hered. pet.*

Mixtæ quoque adpellantur actiones ab objecto, quæ tam rei, quam pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt §. 17. §. 18. §. 19. *Inst. de act.*

Mixtum Imperium, vide *Imperium.*

Mixta interdicta, quæ & prohibitoria sunt, & exhibitoria *l.* 1. §. 1. *D. de interd.*

Mixto jure, nempe lege, & more apud Ulp. *lib.* 5. *resp. tit.* 4. §. 6. & 8.

Mixta munera tam personalia, quam patrimoniorum sunt, corporalique ministerio, & sumtibus patrimonii, & damnis administrantis expediuntur *l. ult. pr. &* §. 26. *D. de muner. & honor.*

MOBILIS, *e.* Mobiles res e rebus soli separantur *l.* 1. §. 1. *D. ut. fruct. quemmadm. cav. l.* 3. §. 1. *D. de usu & vi arm.*

Mobilia, licet passivam significationem respiciant, sicut moventia activam, tamen pro eodem accipiuntur, nisi aliter de mente constet *l.* 92. *D. de verb. signif.* Adeoque Mobilium appellatione etiam animalia veniunt *l.* 1. §. 1. *D. de rei vend. l.* 3. §. 13. *D. de adquirenda possess.* & servi, seu mancipia *l.* 30. §. 4. *D. eod. tit. l.* 4. *C. Th. de bon. vacant. l.* 6. *pr.* C. *Th. de decur.*

Aliquando tamen *mobiles* res a *semoventibus* separantur, ut *l.* 1. *D. de ædil. edict. l.* 30. C. *de jure dot. l. un.* §. 7. C. *de rei uxor. act. l.* 2. *l.* 3. C. *de quadr. præscr. l.* 37. *l.* 49. §. 2. C. *de episc. & cler. l.* 13. C. *de servit. l.* 7. C. *de bon. quæ liber.* sicuti κινητον πραγμα, και αυτοκινητον separat Justin. *in Nov.* 112. *c.* 1.

Mobilium quæ ibi mea erunt legato, nummos ibi repositos, ut mutui darentur, comprehendi; at eos, quos præsidii caussa repositos habet, (ut quidam bellis civilibus factitassent) eos legato contineri docet Proculus *l.* 79. *D. de legat.* 3.

MODERAMEN, temperamentum. Ita moderamen invenire *leg.* 64. *pr. Cod. Theod. de adpellation. Moderamen* inculpatæ tutelæ *leg.* 1. *Cod. unde vi* tunc fieri intelligitur, quando aliter se quis defendere, aut periculum rerum suarum effugere non potest. Quæ defensio usque adeo permissa est, ut is, qui vim inferre non veretur, etiam impune occidi possit, si nulla alia ratione fugæ sit locus.

MODERARE active in *l.* 30. C. *Theod. de adpell.* Plaut. *Mil.* 2. 2. *extr.* Ego voci moderabo meæ. Gloss. vet. modero διοικω. Exempla alia ex Pacuvio, & Accio vide apud Nonium.

Moderari solet active poni eodem significatu, ut *in l.* 6. §. *ult. leg.* 3. *D. ubi pupil. educ.* &

apud bonos scriptores passim. Sed & active usurpari ostenderunt Voss. *lib.* 3. *de analog. c.* 6. 7. Scip. Gent. *lib.* 1. *parerg. c.*18. & Ducker. *de latin. veter. jurisc. p.*388.

MODERATE *l.* 1. §.12. *D. de success. edict. l.* 3. *D. ubi pupil. educ.*

MODERATIO inculpatæ tutelæ, de qua modo in verbo moderamen. Cum aliqua moderatione definiri *l. ult. D. de bon. damn.*

MODERATOR i.e. rector. Ita Moderatores provinciarum *l.* 11. *C. de offic. rect. prov.* quos Græci ἁρμοστας vocant. Tribuit autem specialiter hoc nomen Justinianus Præsidibus provinciarum Helesponti, & Arabiæ. *Nov.*28. *&* 102.

MODERATUS, *a*, *um. l.* 40. *D. de damn. infect. l.*1. §.3. *D. de postul. l.*8. *D. qui satisd. cog.*

MODESTE. *Modestius. adv. l.*28. *D. de pecun. constit.*

MODESTIA *l.* 26. *Cod. de Episcop. & Cler.* virtus docens omnibus in rebus temperamentum, modumque servare.

MODESTINUS. Vid. *Herennius.*

MODESTUS Consul, de quo *l.* 1. §. 2. *D. de fugitiv.* is forte, qui sub Alexandri Severi principatu cum Probo consulatum gessit. Fuit ex Almelovenii sententia, Vettius Modestus, cujus mentio fit in lapide apud Gruter. *p.* 169. 7.

MODIATIO *leg.* 16. *C. de usur. l.* 7. *C. de rer. permut. l. ult.* C. *de annon. civil. l.*32. *C. Theod. de navicul.* & apud Cassiodor. *lib.*4. *variar. c.*7. est mensura frumenti, & tritici per modios inita Ant. Augustin. *lib.* 2. *emend.* frumenti pensitationem interpretatur, quod Jac. Cujac. in *l. ult. C. de naufrag.* reprehendit, ubi modiationem modium frumenti esse ait, quam interpretationem probat Simon Schard. *in adnot. ad LL. navales.*

MODICE, i. e. cum modo æquo, & pari Gell. *lib.*12. *c.*13. Alias significat leviter, ut modice interesse *l.* 2. §.24. *D. de vi bon. rapt.* modice vindicare *l.* 28. §. 12. *D. de pœn.*

MODICUS, *a*, *um*, est mediocre, leve, ut mediocre æs alienum *l.*5. §.10. *D. de reb. eor.* Modica castigatio seu coercitio *l.* 12. *de jurisd. l.* 13. §. 4. *D. locat. l.*7. §.2. *l.* 12. § 7. *D. de injur. l. ult. D. de off. ejus, cui mand. est jurisd.* Modicum delictum *l.* 9. *D. de minor.* Est quoque, quod certum modum non excedit, ut modicum tempus *l.* 7. *pr. D. de hered. pet.*

MODIOLUS in *leg.* 36. *D. de aur. arg. legat.* Modioli inter pocula seu ea, quæ potui sunt parata cum truellis, scyphis, & phialis numerantur. Sunt autem modioli vasculi ad hauriendam aquam ex puteo, aut lacu, aut flumine. Horum alius est erogatorius, alius acceptatorius, ut scribit Frontinus *de aquæductib.* & meminit Vitruv. in *lib.* 10. *c.* 9. de Organis haustoriis loquens: Cum autem altius, inquit, extollendum erit, eadem ratio commutabitur sic: Rota fiet circum axem eadem magnitudine, ut ad latitudinem, quam opus fuerit, convenire possit. Circum extremum latus rotæ figentur *modioli* quadrati pice, & cera solidati, cum rota a calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum elati, rursus ad imum revertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerint. Vide infra Modulus.

MODIUS, mensura, qua veteres frumentum admetiri solebant. Modii ænei, vel lapidei memorantur *in l.* 9. C. *de suscept.* quæ est *l.* 12. C. *Theod. eod. tit.* Si frumentum ita venierit, ut in singulos modios pretium diceretur *l.*35. §.5. *D. de contrah. emt.*

MODO. adv. Modo hanc, modo

do illam sententiam probandam *l.* 15. §. 32. *D. de damn. infect.* Modo si, i. e. dummodo *l.* 19. §. *ult* D. *locat.* Eodem sensu si modo *l.* 14. *D. de sponsal.* Modo ut *l.* 1 §. 5. *D. de susp. tut.* i. e. dummodo, ut *in* §. 1. *Inst. eod. tit.*

MODULUS *leg.* 8. §. 5. *D. de nov. oper. nunc.* Moduli sunt mensuræ operis admetiendi causa paratæ, quibus uti solent Architecti. vide Vitruv. *lib.* 1. *cap.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. sunt & aquarum moduli, qui, ut ait Frontin. *lib* 1. *de aquæd.* aut ad digitorum, aut ad unciarum mensuram instituti sunt. De his forte *l.* 3. § 1 *D. de damno infect.* meminit, his verbis, qui modulorum aut rivi faciendi causa opus faceret. Alii tamen hic legunt *modiolorum*, de qnibus modo dictum est sub voce *modiolus*.

MODUS pro mensura cujuscunque rei, ut modus agri *tit. D. si mensor fals mod. dix.* Est quoque, quod ita definitum est, ut excedere non liceat, ut Modus certus usurarum *l* 31 *D. de usur.* Modus lege Falcidia constitutus legatis *l.* 1. *&* 81. *D. ad leg. falcid.* Atque ita accipiendum, quod est a Tacito *l. b.* 1. *Hist.* scriptum, Legata non ultra civilem modum reliquit. Ad modum exilii, i.e. ad exilium usque *l.* 39. §. 1. *D. de liberal. caus.*

Modus similiter legem præscriptam usui, & qualitatem significat in *l* 4 §. 1. *D. de servitut.* ubi modus adjici dicitur servitutibus, cum definitur, quo genere vehiculi, per quam partem fundi eatur, agatur, qua hora, quibus temporibus, qua parte aqua ducatur. Et ita Justin. *in* §. *finitus Inst. de usufr.* non utendo per modum intellige non utendo secundum modum, legemque dictam in constitutione usufructus.

Modus legitimus. Vid. art. *legitimus.*

Modus, porro pro fine, vel causa finali maxime in materia de ultimis voluntatibus accipitur. Si cui in hoc legatum sit, ut ex eo aliquid faceret, veluti monimentum testatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel ex eo sortem alii restitueret sub modo legatum videtur *l.* 17. §. *ult. D. de condit. & demonstr.* Hinc modus a conditione separatur *rubr. tit. D. de cond. & dem.* item *rubr.* C. *de donat. quæ sub modo, vel conditione vel cert. temp. confic.* Tamen In legatis & fideicommissis etiam modus adscriptus pro conditione observatur *l.* 1. C. *de his quæ sub mod. leg.* vocaturque modus sæpe conditio, ut in *l.* 8. §. *pen. D. de condit. inst. l.* 21. §. 3. *D. de ann. leg. l.* 71. §. 2. *l.* 10. *D. de condit. & demonstr. l.* 2. §. *ult. D. de donat. l.* 44. *de manum. test.*

Modus pro ratione aliquid agendi, ut alio modo succurritur *l.* 25. *D. de dol. mal.* stipulatio hoc modo concepta *l.* 6. *D. de verb. obl.* Nullo modo *l.* 38. §. 3. *D. de solut.* Modis omnibus, i. e. omnino, abscisse *l. ult.* C. *de offic. rect. prov.*

MOENIA, *ium. l.* 11. *C. Th. de annon. civ. l.* 1. *l.* 32. C. *Th. de operib. publ.* opera publica ad muniendas urbes, & Castella. Unde publica *Moenia* opponuntur privatis in *l.* 39. C. *Th. de operib. publ.*

Moenia ab incursibus hostium civitatem defendunt. Lex illa Romuli nota est. Mœnia sancta existimantur. Maximumque fuit ejus dominationis arcanum adversus Remum fratrem suum Ovid. 4. *Fastorum* Neve quis aut muros, aut saxum vomere fossum Transeat, audentem talia dede neci. Quod hostile erat & abominan-

dum. Pompon. in *l. un. D. de ver. divis.* Jus muniendi competebat, nisi cui illud Princeps indulserat Ulp. *l. 2. D. eod tit.* ædificia mœnibus ita sociata, ut exinde insidiæ metui possint, prosterni debent *l. ædific. C. de operib. publ.* Imperator Claudius suspicionem ex novis Jerosolymæ mœnibus a Marso Syriæ Præside inchoatis novum opus nunciavit Joseph. *lib.* 12. *Antiq.* & rebelles murorum demolitione sæpius puniuntur, Sueton. in Galba. Neque alias exstruere licebat. Guther. *lib.* 4. Ne claudere properet urbem Jussus ab incepto populus desistere muro. Romani sæpe numero totam salutem in his posuerunt Liv. *lib.* 31. Inter res sanctas moenia civitatis numerantur *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 10. *l.* 1. *l.* 8. *l.* 9. §. 2. *D. de rer. divis.* Macrob. 3. *Saturnal.* 3. Mœnia civitatis violare capitale est *l.* 8. §. 1. *eod.* Vid. Festum in voce *sagmina*, & Aggen. Urbic. *in Comment. in Frontin.* Dom. Giron.

MOENIANA. Vide supra *Mœniana.*

MOERERE in *l.* 8. *C. Th. de diverss. rescript.* quæ est *l.* 1. *C. Just. quando libell. princ. dat.* ubi pro meruerit, corrigit Gothofred. moeruerit, atque ita moerere ait, idem esse ac precibus conqueri. Nisi, ait ipse, *qui meruerit*, preces scilicet offerre, suppleamus, id est, cui contigerit preces offerre; de quo verbi *merere* sensu supra dictum fuit.

MOEROR, *oris.* Mœror solitudinis de cœlibatu *l.* 2. *C. Th. de repud.*

MOLA, ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* a molendo. Javolenus *l.* 26. §. *un. D. de instr. vel instrum. leg.* Molas, inquit, manuarias, suppellectiles, jumentaria autem instrumenta esse Offilius ait. Illas Gellius trusatiles quoque vocat. *lib* 3. *c.* 3. Molæ aquariæ, hoc est, aqua versatiles memorantur a Justiniano in *l.* 10. *C. de aquæduct.* & Impp. Arcadio, & Honor. in *l.* 4. *C. Th. de can. frumentar. urb. Romæ*, ubi *aquæ molarum* legimus. Vide & Vitruv. *lib.* 10. *c.* 9. *De organorum ad aqu. haur. generibus*, ubi de molarum circinatione per aquam agitur.

Mola asinaria, de qua Luc. *c.* 17. an ea quam ab asinis, aut aliis jumentis versari oporteat, ut non sit levior trusatilis? An pars molæ superior quæ ονος græcis est? Certe, Hesychius ait: ονος ανωτερος λιθος της μυλης: *Asina superior in mola lapis.* Et Eustathius ονος vocari, ait, το κινουμενον της μυλου. id quod in mola movetur. *Molæ* olivariæ *l.* 21. *D. de instr. & instrum.* & apud Paull. *l.* 3. *sent. tit.* 6. quas & trapetæ a latinis dici Serv. *in lib.* 2. *Geor.* scribit, cujus verbi fit mentio in *l.* 19. §. 2. *D. locati.* Vid. art. *Catillus.*

MOLENDARIUS, *a, um*, quod ad molendum pertinet. Sic Asina molendaria *l.* 18. §. 2. *D. de instr. vel instr.* Molendaria meta *l.* 18. §. 5. *eod.*

MOLERE *d. l.* 18. §. 5. *eod.*

MOLES, opus mari, vel flumini immissum. Molem in mare projecit *l.* 2. §. 8. *D. ne quid in loc. publ.* Cæs. *lib.* 1. *de bell. civil. c.* 25. Molem, atque agerem ab utraque parte littoris jaciebat. Moles in mare, vel flumen projectæ *l.* 1. *D. de impens. in rem dot. l.* 53. §. 3. *D. de act. emt. vend.* Suet. *in Caligul. c.* 37. Et jactæ itaque moles profundo, atque infesto mari.

Moles, ut ait Fest. pro magnitudine fere poni solet. Sic moles criminum *l. un. C. Th. ne sine juss. princ.* Mole debiti prægravatus §. 8. *Instit. de societ.* Longa stipendiorum moles *l.* 16. *C. Th. de agent. in reb.*

MOLESTARE *l.* 20. *D. de libe-*

liberat. leg. molestari *l.* 20. *D. de liberat. leg.*

MOLESTIA. Molestiæ corporales pro tormentis, & quæstionibus diris *l.* 126. *C. Th. de decur. Molestia* curialis pro onere Curialium *l.*177. *C. Theod. eod. tit.*

MOLESTUS, *a*, *um*, qui alicui gravior est, ut molestus adversarius *l.* 4. §. 1. *de al. jud. mut. caus. fact.*

MOLIMEN pro molitione, & attentatione *l.* 24. *C. Th. de judæis.*

MOLIRI, ait Non. exstruere, dictum a molibus. Unde *demoliri* est destruere. Ita *Moliri* in alieno *l.*3. §. 13. *D. de itin. actuq. priv.* novum opus *l.* 1. §. *ult. D. de mort. inferend.* quid in publico *l.* 1. §. 17. *D. de nov. op. nunc.*

MOLIRI etiam est attentare, admittere. Sic *moliri* contra hominum salutem dicuntur magi *l.* 4. *C. de malef. & mathem.*

MOLITIO pro ædificio, & opere publico *l.* 2. *C. de præd. & omnib. reb. navicul. l.* 2. *C. Th. eod. l.* 31. *C. Th. de oper. publ.*

Molitio pro dolo *l. ult. C. Th. de decur. l.* 9. *pr. C. Th. de hæret.*

MOLITOR. Molitores servi *l.* 12. §. 5. *D. de instr. vel instr. leg.* i. e. qui molam agunt.

MOLLIRE, mollius reddere. Molliendæ poenæ, i.e. levandæ *l.* 42. *D. de pœn.*

MOLLIS, *e*. mollis via *l.* 2. §. 31. *D. ne quid in loc. publ.*

MOMENTARIUS, *a*, *um*, quod pro momento subsistit. *Momentaria* cura *l.*8. *D. de alim. vel cibar. leg.* possessio *l.*1. *C. si per vim vel al. mod.* quæ dejecto statim reddenda est. Hinc momentariæ possessionis interdictum pro interdicto *unde vi l. ult. C. qui legit. pers. stand. in jud.*

MOMENTUM pro aliquo brevi temporis spatio *l.*8. *D. de condit. & dem.* Qui inhabitant, non momenti caussa, i.e. perpetuæ moræ caussa *l.*5. §.5. *D. de injur.* Qui momento possedit *l.* 12. §. *ult. D. de cond. inst.*

Momentum pro temporis puncto, Ut illo momento temporis *l.* 2. *D. de cust. & exhib. reor.* Minimo momento noviſſimi diei *l.*15. *C. de div. temp. præscr.*

Momentum pro eo, quo aliquid valet. Hinc nullius momenti esse & *valere* opponuntur *l.*32. §.14. *D. de donat. int. vir. & uxor.* Omnia, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sunt *l.* 4. *C. de inutil. stipul.* Eodem sensu dicitur, aliquod momentum habere *l.* 68. *D. de hered. inst.* aliquod momentum laturus *l.*137. §.1. *D. de verb. obl.*

Momentum pro eo, quo res sit attentione digna. Ut Quædam injuriæ leves nonnullius momenti videntur *l.*17. §.13. *D. de injur.*

Momentum etiam Aniano, & Isidoro *lib.*5. *origin.* interpretibus, celerem possessionis reformationem significat, ut loquitur *l.* 14. *C. de agric. & censit.* qua vi dejectus in possessionem restituitur *l. un. C. de momentar. possess.* & apud Cassiod. *lib.* 4. *variar. c.* 44. *& lib.* 8. *c.* 28. Hinc *momenti* quæstio, & *proprietatis* opponuntur apud S. Gregor. *lib.* 7. *Epist.* 44. Sic & momenti actio *l. ult. C. Th. unde vi* eadem est cum illa, quæ momentaneæ possessionis actio dicitur in *l. ult. C. just. qui legit. pers. stand. in jud. hab.* De momento possessionis caussa dicitur *l. un. C. si de momentar. possess. fuer. adpell. l.* 2. *C. Th. ad leg. Corn. de falsf.*

Momentum denique pro pondere in statera *l. un. C. Th. de ponder.* æquis & paribus suspenso statere momentis.

Mo-

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

MONACHIUM pro cœtu, & sodalitate monachorum *l.* 13. *C. de sacros. eccles.*

MONACHUS latine singularis, vel solitarius dici potest *c. placuit.* 16. *qu.* 4. Monachorum, inquit, conservatio, & vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepat: Μοναχος enim græce latine singularis dicitur, unde monachum per omnia singulariter agere oportet. Hieron. ad Paullinum, si cupis esse, quod diceris monachus, i. e. solus, quid facies in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum. De eo genere hominum integer exstat titulus *in Cod. Theod.* qui est tertius libri 16. nec non alter de bonis clericorum, & monachorum *lib.* 5. *tit.* 3. In Codice vero Justinianeo junctim de iis agitur in titulo *de Episcop. & Cler.* Vide porro *Novell.* 5. & 133. item *C. si clericus* 16. *quæst.* 1. & *c. monachum* 20. *qu.* 4. *ext. de stat. monach.* Hostiens *in summa*, & Hieronym. *in vita Pauli Eremitæ.*

Monachorum quadruplex genus est. Primum eorum, qui in unum conveniunt, & vitam communem colunt sub Abbatibus, & Præpositis, sub certa regula, nihil habentes proprium, qui *coenobitæ* adpellantur. Secundum genus est eorum, qui contemplationis vitam singularem in Eremo degunt, & *anachoretæ* vocantur. Tertium genus eorum est, qui nulla regula adprobata, fugientes obedientiam, Abbates, & regulam bini, terni, & quaterni habitant, & illi Sarabaitæ vocabantur Cassianus *Cel.* 18. *c.* 17 Quartum genus est eorum, qui vocantur Girovagi, cellas separatas habentes, ut a nemine molestentur S. August. *lib. de oper. monach. cap.* 28. Vid. Florentis *de statu regular. part.* 2. *p.* 34.

MONASTERIUM est cœnobium monachorum, vel monialium *c.* 23. *Caus.* 18. *qu.* 2. Sumitur & pro disciplina eorum *in c.* 17. *caus.* 18. *qu* 2. Vox monasterium sæpe communis vox fuit habitaculis monachorum, & Canonicorum regularium Concil. Arelat. 6. *c.* 8. Hinc etiam sæpe monasterium sumitur pro ecclesia Cathedrali, Germanis *munster.* A Paulo, Antonio, ejusque discipulis Hilarione, Macario, Pachomio, & Orsiesio fundamenta monasteriorum jacta, & a tribus postremis regula tradita, & conscripta, S. Hieronym. init. vit. S. Pauli. De eorum institutionibus agunt Socrates *lib.* 4 *hist. eccles. cap.* 18. *usque ad* 21. Sozomenus *lib.* 3. *cap.* 13. & *lib.* 6. *c.* 28. Dn. Giron.

MONAZONTES. *l.* 26. *C. justin.* & 63. *C. Theod. de decurion.* qui vitam ducunt solitariam.

MONERE, Moneri actione civili, i. e. conveniri *l.* 6. §. 2. *C. de his qui ad eccles.* Eodem fere sensu usus est Cicero in Topic. non procul a principio.

MONETA, ut Constantin. Harmenop. *lib.* 6. *tit.* 14. §. 4. καλειται το αρχετυπον σφραγιστηριον η βυλλοτηριον μετ' ων ω τον νομισματων (sic enim vetus glossarium habet) τυπος διαχαραττεται, dicitur primogenitum signaculum, vel character, quo numorum forma exprimitur. Hinc ipse numus monetæ nomen tulit. Sic monetam percutere *l.* 19 *D. ad l. cornel. de fals.* moneta sacra *l.* 38. *D. de poen.* quæ vultu principum figuratur Paul. *lib.* 5. *sent. tit.* 25 §. 1.

Moneta sæpe adpellatur locus vel officina, ubi numi publico nomine percutiuntur. Ita eorum, qui in moneta publica operantur, mentio fit in *l* 6. §. 1. *D. ad Leg. Jul. peculat.* vide & *l.* 3. *l.* 7. *l.* 8. *C. Theod. l.* 2. *C. Justin. de fals. monet.* Sic & opulens moneta est apud Ausson. *urb. epigr.* 4. eademque notione Sidon. Apollinar. *Carm.* 23. *v.* 51. de Narbone potens salubritate De-

Delubris, Capitoliis, Monetis.

Suidas *Junonem Monetam* a Romanis cultam, scribit, quasi συμβουλον seu monitricem, quod in bello adversus Pyrrhum, & Tarentinos, de pecunia laborantes, benigno responso, opæ, consilioque juvisset, in cujus templo numum cudi, institutum fuit.

MONETALIS, *e.* monetalis cussio *l.* 18. *C. Theod. de extraord. sive sord. mun.* Triumviri monetales æris, argenti, auri flatores *l.* 2. §. 30. *D. de orig. jur.*

MONETARIUS, *a, um*, qui *l.* 2. *C. quib. ex causs. serv. pro præm.* qui monetam cudit. Eutrop. *lib.* 9. *c.* 9. est is, qui in moneta publica operatur, ut loquitur *l.* 6. §. 1. *D. ad Leg. jul. peculat.* Græci χαραχτας vocant, & falsos monetarios παραχαραχτας.

MONHEMERIUM, de quo Nov. 105. *c.* 1. & Leo philosophus *lib.* 1. *Anthol. græc. c.* 1. *epigr.* 4. εις το μονημεριον, fuit ludus venatorius populo voluptatis caussa uno per annum die exhiberi solitus.

MONIALIS *c.* 3. *X. de purgat. canon.* quæ alias Sanctimonialis appellatur in *c.* 25. *causs.* 18. *qu.* 2. *& c.* 8. *X. de vita & honest. cler.* est femina, quæ disciplinæ monasticæ nomen dedit.

MONILE *l.* 2. *C. Theod. de thesaur. l.* 27. *pr. C. Theod. de Episc.* *l.* 32. §. 7. *D. de aur. arg. leg.* Est, ait Fest. ornatus muliebris qualem habuisse Eriphylen, fabulæ ferunt. Ex eo etiam equis prædendens collo, ornamentum monile adpellatur.

MONIMENTUM. Vide infra *monumentum*.

MONITOR adpellatur, qui opera rustica urget, & operi instat, cessatoresque increpat *l.* 8. *D. de instr. vel. instr. leg.* & apud Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 35. nec non Columell. aliquoties.

Monitores etiam, auctore Festo, dicebantur in scena, qui actoribus suggerebant, quæ dicturi essent, si eis memoria deficeret. Eodemque nomine adpellantur, qui dicentibus oratoribus, ejusdem subsidii caussa, præsto aderant Quinctilian. *lib.* 6. *Inst. c.* 5. Plinius quoque in *panegyr. c.* 23. pro nomenclatore hoc vocabulum usurpasse videtur.

MONITORIUM Edictum. Vid. *Edictum*.

MONOMACHIUM, pugna solius cum solo, seu duellum. Ea fieri consuevit ad eruendam rei alicujus probationem, aut purgationem inducendam, ita videlicet, ut qui se sic probaturum, purgaturumve aliquid obtulerit, & vicerit, probasse credatur, quod genus sanguinolentum omnimodo canonica sanctio vetat *c. monomachiam* 22. *causs.* 2. *qu.* 4. *& cap.* 2. *extra de purgat.* Domini, qui duellum permittunt, duellantes, patrini, & spectatores, sententiam excommunicationis inquirunt. Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *de reform. & c.* 1. *extra de Jorneam.* Gregorius XIII. motu proprio *ad tollendam*, & Clem. VIII. in Bulla, quæ incipit, illius vices Concilii Trident. pœnas ad privata duella extendit, & sedi apostolicæ reservavit. Duellum jure canonico, & civili prohibitum est, Bald. *Consil.* 165. *lib.* 2. *cap.* 2. *de cler. pugn. in duello.* Diabolica arte inventum fuit, & pater filium potest exheredare, si contra ejus jussum duellaverit Grot. *Consil.* 115. *n.* 6. *lib.* 2. Nec valet duelli consuetudo, quia numquam licet duellum acceptare, & acceptans non evitat infamiam, & recusans non deminuit honorem suum Card. Fuscus *verb. duellum.* Quinque conditiones ad duellum necessariæ sunt Baldus *in l. cum filius fin. D. de leg.* 2. & hodie a praxi exulant post tot SS. PP. decreta, quibus *monomachia* merito ut reipublicæ pestis damnata fuit, Dn. Giron.

Mo-

MONOMEPHΣ, EΣ unilaterale. Ita in *l.* 13. §. 2. *D. de jurejur.* μονομερης condictio dicitur dari, cum ex duabus condictionis furtivæ partibus, quarum una adversus furem, altera adversus furis heredem juxta Jul. Paul. *l.* 5. *D. de condict. furt.* competit, posterior tantum, priore sublata, datur, valetque adversus eum, qui juravit se furtum non fecisse, si alias contendat, qui condicit, quasi cum herede se furem agere.

Apud Rhetores, ut Fortunat. *lib.* 1. Monomeres dicitur, quum ex prima tantum parte controversia, nec quidquam ex secunda adferri potest, ut sunt loci communes, v.g. Leno, qua parte venturos ad se adolescentes sciebat, nocte foveam fecit occultam, eam juvenes perierant, accusatur, quod caussam mortis præstiterit, hic enim lenoni nulla defensio est.

MONOMEPΩΣ agere dicitur is, cujus adversarius in judicio non adfuit, i. e. absente altera parte, ex quo eremodicium contingit. Nam, ut ait Hesychius, ερημη μονομερης δικη. Vide *l. ult. D. ad SC. Trebell.* & ibi Dionys. Gothofr. Item Jac. Gothofr. *ad l. ult.* C. *Theod. de relat.*

MONOPOLIUM est mercium negotiatio, quam quis ita exercet, ut alii ab eadem arceantur, cum scilicet alicujus generis merces, vel universas comparat, vel solus fabricat, ut solus ipse postea vendat. Id autem, vel de facto contingit, quod quidem in civitate tolerandum non est, si ex eo aliquid incommodi in eam redundet, vel de jure, & hoc nemini, nisi voluntate Summi in civitate Imperantis, competere potest, nec a bono Principe concedi solet, nisi quatenus utile, aut saltem innocuum est civitati. *Vide tit.* C. *de monop.* Plin. *lib.* 18. *c.* 37. Magna fraus, & sibi lucrum monopolio invenit.

MONS *Sacer*, de quo *l.* 2. §. 2. *D. de orig. jur.* in via Tiburtina ultra Anienem 3. mill. conspicitur, dictus sacer, quod Jovi consecratus esset.

MONSTRARE est ostendere in *l.* 3. C. *de reb. cred. l.* 2. *D. de proximis.*

Monstrare pro probare, aut demonstrare *l.* 8. C. *Th. de divers. rescr. l.* 1. C. *Theod. de numerar.*

MONSTROSUS, a, um. Vetus glossarium, το εχον ανθρωπου, και ετερου ζωου μορφην, quod & hominis, & alterius animalis formam habet. De eo vide *l.* 135. *D. de verb. signif.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 9. §. 3. Mulier, si monstruosum quid, aut prodigiosum enata sit. Ibi particula *aut* copulativum habet significatum, ut docet *l.* 38. *D. de verb. signif.* Adde Priscian. *lib.* 18. *p.* 1170. de hujusmodi significatu.

MONSTRUM ait Festus, ut Ælius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut Monestrum. Item Sinnius Capito, quod monstret futurum, & moneat voluntatem Deorum. Et ibidem: Monstra dicuntur naturæ modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quatuor alis, homo cum duobus capitibus, jecur, cum distabuit in coquendo. Donatus *in Eunuch. Ter. Act.* 4. *sc.* 3. Monstrum, inquit, est omne contra naturam. Non. Marcellus: Monstra, & portenta similiter intelliguntur, quod imminentia monstrant, & ostendunt. Cic. *lib.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicant, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Insignis ad deformitatem puer, i.e. monstruosus, & ex legibus XII. Tab. cito necandus erat teste Cicerone *de Legib. lib.* 3. *c.* 8. quod postea semper observatum fuisse patet ex Nonio in voce

auscul-

auscultare ex Tibull. *lib.* 2. *eleg.* 2. Dion. Halic. *lib.* 2. *p.* 88. Senec. *lib.* 1. *de ira c.* 13. & Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c. ult.* ubi portenta, prodigiaque mala comburi dicit. Vide Jac. Gothofr. *not. ad XII. Tab. p.* 210. Enim vero hæc verbi significatum logicum scilicet, quatenus jure consultis inservire debent non satis definiunt. Quis enim inter monstra, vel partus monstrosos, quibus juxta *l.* 14. *D. de statu hom.* jus hominum commune denegatur, sedigitos, aliosque membrorum vitio laborantes referre velit, quum hi iisdem, quibus alii homines, juribus fruantur *l.* 10. §. 2. *D. de edilit. edict.* Igitur separamus monstrum ab ostento ita, ut hoc sit, quod in aliqua parte integrante excedit, vel deficit, illud, quod a specie solita sui generis deflectens natum sit, quod quidem indicare voluit Paulus in *d. l.* 14. his verbis: Qui contra formam humani generis converso more procreantur. Et huc facit *l.* 135. *de V. S.* Qui nempe vitulino, aut equino capite in lucem editur homo, formamque in eo humanam deserit, monstrum erit. Confer Wurffel. *Jurisprud. definit.* §. 52.

Monstrum etiam dicitur, quidquid absonum, vel absurdum est. Ita pro monstro est, ut major sit filius, quam pater §. 4. *Inst. de adopt.*

MONSTRUOSUS. Monstruosa nomina *l.* 6. *C. Theod. de hæret.* monstruosum mendacium. Apulej. *l.* 5. *metam. p.* 165.

MONTANISTÆ hæretici, de quibus *l.* 34. *l.* 48. *l.* 57. *l.* 65. *C. Theod. de hæret. l.* 5. *C. Just. eod.* a Montano dicti, qui Montanum statuerunt paracletum, muneres ad ecclesiæ ministerium admiserunt.

MONTENSIS. Eo nomine Romæ veniebant Donatistæ, eo quod in monte primum ecclesiam suam ibidem habuerant. Mentio eorum fit in *l.* 43. *C. Theod. de hæret.* iidem forte, ac qui *montani* dicuntur in *cauf.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 34.

MONUMENTUM, vel monimentum generaliter res est, memoriæ caussa in posterum prodita. In qua si corpus, vel reliquiæ inferuntur, fiet sepulchrum: Si vero nihil inferatur, erit monumentum, memoriæ caussa factum, quod cenotaphium adpellatur *l.* 42. *D. de relig.* Potest ergo monimentum & purum esse, quod etiam probatur *l.* 5. §. 10. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 6. §. *ult. D. de relig.* Festus: Monimentum est, quod mortui caussa ædificatum est, & quidquid ob memoriam alicujus factum est, ut fana, porticus, scripta, & carmina. Sed monimentum, quamvis mortui caussa sit factum, non tamen significat ibi sepultum. Unde monimentum a sepulchro separat etiam Cicero *pro Sextio c.* 67. dum ait: Unus in hac civitate, quem quidem possem ego dicere, præclare vir de rep. meritus, L. Opimius, indignissime concidit, cujus *monimentum* celeberrimum in foro, *sepulchrum* desertissimum in littore Dyrrachino relictum est.

Sæpe tamen *Monimentum*, & sepulchrum promiscue accipiuntur, ut si eo monimento, quod imperfectum esse dicitur, reliquiæ hominis conditæ sunt *l. ult. D. de mort. infer.* Si projectum, aut stillicidium in sepulchrum immiserit, etiam si ipsum monimentum non tangeret, recte cum eo agi *l. ult.* §. 4. *D. quod vi aut clam.*

Monimentum sepulchri id esse, D. Hadrianus rescripsit, quod monimenti, id est, caussa muniendi ejus loci factum sit, in quo corpus impositum sit *l.* 37. §. *ult. D. de religios.*

Mo-

Monumentum pro quovis, quod rei memoriam ad posteritatem propagat. Sic monimenta actorum *l.* 31. C. *de donat.* Vetera monimenta chartarum pro antiquis libris censualibus *l.* 2. C. *Theod. de indulg. debit.* Monimenta publica *l.*37. *D. de injur.*

MORA pro dilatione, quæ fit etiam juste. Sic hereditatis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit *l.* 7. *pr. D. quand. dies leg.*

Mora pro dilatione alicui concessa ad quid præstandum. Sic mora temporis, quod datur judicatis *l.*51. *D. de pecul.* neque enim magnum damnum est in mora modici temporis *l.*22.*D.de jud.*

Mora pro cessatione, procrastinatione, qua, qui in mora est, jure suo cadit, vel incommodum, aut periculum in se suscepisse videtur. Ita si quid damni per moram adpellationis reipublicæ acciderit *l.*1. *D. si tut. vel curat.* Si per emtorem, & venditorem mora fuisset, quominus vinum præberetur *l.* 51. *D. de act. empt. vend.* Si mulier in mora fuit, quominus dotem reciperet, dolum malum dumtaxat in ea re, non etiam culpam maritus præstare debet *l.*9. *D. dos quemadm. repet.* Id in quo creditor accipiendo moram fecit *l.* 72. *D. de solut.*Mora videtur esse, si nulla difficultas impediat,quominus traderet.

Mora pro debiti exsequendi injusta retardatione cum aliquo creditoris incommodo, ut patet ex *l.*3. *in fin. l.*17. *l.*21. *D. de usur.* Injustam dico, ad quam debitori nullum jus competit. Quod si huic desunt vires, aut facultas solvendi, ex eo tamen nullum differendæ obligationis oritur jus, nisi hujusmodi sit obligatio faciendi, quæ viribus sit æquabilis. Qui vero juste differt solutionem, in mora non est, v. g. qui testes, qui numerationi adfuere, adesse etiam vult solutioni *dicta l.* 21. *D. de usur.* qui exceptiones habet *l.*40. *in fin. D. de reb. cred. cap. non est.* 60. *de reg. jur. in* 6. Nec intelligi moram ibi fieri, ubi nulla petitio sit, ait Scævola in *l.*88. *D. de reg. jur.* Quod sic accipiendum est, quod, ubi nulla ipso jure actio competit, vel exceptione aliqua elidi potest, mora fieri non censeatur *juxta d. l.* 40. *de reb. cred.* Tametsi alii Scævolæ verba aliter intelligunt, nempe de petitione quæ non intervenit, jure tamen fieri potuit; & hic quidem intellectus pertinere dumtaxat potest ad speciem moræ, quæ ex persona dicitur.

Mora nimirum alia, quæ fit *re ipsa*, alia quæ *ex persona.* Illa ex sola ipsa dilatione,soloque temporis cursu absque ulla denunciatione, interpellationeve committitur, & vulgo dicitur *ipso jure intellecta in l.* 46. §.4. C. *de episc. & cler.* Cujusmodi *mora ex re* fieri dicitur in *l.* 32. *D. de usur.* vel *in re l.* 38. §.2. *D. eod. tit.* In minorum persona *re ipsa*, & ex solo tempore tardæ solutionis, excepto jure *moram* fieri creditum est, in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis, & legatis *l.* 3. C. *in quib. caus. in integr. rest.* Igitur in hisce, si minor debitorem suum non interpellaverit, ut eum in mora constitueret, & ratione moræ usuras consequeretur, nihilominus eas consequetur, quasi mora fiat re ipsa absque interpellatione. Porro Fideicommissaria hereditate puero data, aut, si ante restitutam decesserit, matri ejus relicta; si puer post legati cedentem diem decessit, ad pupilli heredes fideicommissum transmittitur, utpote *re ipsa mora* subsecuta, ait *l.* 3. §.2. *D. de adim. & transf. leg.*

Sub-

Subventum quoque est fideicommissariis libertatibus, ut *in re* mora facta esse videatur *l.* 26. §. 1. *D. de fideic. libert.* Aliquando etiam *in re* moram esse, decerni solet, si forte non exstat, qui convenitur *l.* 23. *D. de usur.*

Alias *Mora* fieri intelligitur, non *ex re*, sed *ex persona*, id est, si interpellatus opportuno loco non solverit, ait Marcianus *l.* 32. *D. de usur.* Unde Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 8. §. 4. Moram fieri videri definit, quum postulanti non datur. Et huic convenienter Pomponius in *l.* 23. *D. de verb. obl.* ait: Si ex legati caussa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas, non aliter post mortem ejus teneris mihi, quam si per te steterit, quominus vivo eo eum mihi dares, quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum.

Nota denique modos loquendi. Mora per venditorem emptori facta *l.* 51. *D. de act. empt.* Moram facere libertati *l.* 10. §. 21. *D. de alim. vel cib. leg.* solutioni *l.* 44. *D. de usur.* vel alii cuicumque debito passim in LL. nostris. Mora cautionis *l* 8. *D. de collat. bon.* In mora esse *l.* 31. §. 1. *D. de statulib.* Mora intercessit *l.* 44. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* intervenit *l.* 87. §. 1. *D. de legat.* 2. Moram interponere, i. e. in mora esse *l.* 2. *C. de peric. & commod. rei vend.* Moras habere idem est in *l.* 15. *D. ut legat. seu fideic.* Moras nectere arbitris *l. un. pr. C. de suffrag.* Moram pati *l.* 2. §. 18. *D. ad SC. Tertul.* Moram praestare *l.* 4. *C. si mancip. ita fuer. alien. ut manum.* purgare *l.* 73. §. *ult. D. de verb. obl.*

MORARI interdum est degere, & versari in aliquo loco, vel cum aliqua persona, vel in aliqua conditione. Ut *morari* in cœnaculo *l.* 3. §. 7. *D. uti possid.* in civitate *l.* 20. §. 4. *D. de instr. vel instrum. leg.* in damno *l.* 11. § *ult. D. ad SC. Trebel.* in hereditate *l.* 31. *D. de reb. auct. jud. possid.* in libertate *l.* 12. *l.* 24. *D. de liberal. caus.* in lucro *l.* 10. §. 24. *D. quæ in fraud. cred.* apud matrem *l.* 1. §. 1 *D. de liber. exhib.*

Morari dicitur aliquando id, quod præsens adhuc non est *in l.* 5. §. 1. *D. ut legator.* ubi Si petitionis dies moraretur.

Morari denique est differre, retardare. Sic morari cognitionem *l.* 7. *C. de his qui accus. non pos.* Quos moratur religio *l.* 36. *D. de fidic. libert.* Et apud Paull. in *l.* 85. §. *ult. D. de reg. jur.* Quoties æquitate desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur.

Morari aliquando passive usurpatur, ut Si petitionis dies *moraretur*, id est, retardaretur *l.* 5. §. 1. *D. ut legat. nom. cav.*

MORATORIUS, *a*, *um.* Moratoria cautio, de qua Paull. *l.* 5. §. *ult. D. de censib.* est, quæ datur, ut quis differat, & exspectet.

Moratoria præscriptio, de qua in *l.* 2. *C. de precib. Imp. offer.* interprete Aniano in *l.* 1. *C. Th. de diverss. rescr.* est, quæ caussam prolongat, hoc est quando inducias a litigatore petuntur judici.

MORBOSUS, *a*, *um.* Morbosus, & sanus opponuntur *l.* 6. §. *ult. D. de ædilit. edicto.* Attamen ut morbus a vitio, ita morbosus a vitioso separatur *l.* 6. §. *ult. D. eod. tit.* Mancipium morbosum, vel vitiosum *l.* 5. *D. eod. tit.* Morbosi vero, qui censeantur vel non, vide *l.* 6. §. 1. & §. *ult. l.* 7. *l.* 9. *l.* 11. *l.* 12. *l.* 13. *l.* 14. *pr.* & §. 8. *D. eod. tit.* Quidam jumenta pavida, & calcitrosa, morbosis non adnumeranda, dixerunt, animi enim, non cor-

corporis hoc vitium esse *l.* 14. §. 3. *D. eod. tit.*

MORBUS, est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus caussa nobis ejus corporis sanitatem dedit *l.* 1. §. 7. *D. de ædilit. edict.* Verum est, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, *vitium* vero perpetuum corporis impedimentum, ait Modestinus in *l.* 101. §. 2. *D. de verb. signif.* Intellige hic non ex accidenti, sed sua natura perpetuum: Nam perpetuum quoque morbum legimus in *l.* 65. §. 1. *D. de ædilit. edict. l.* 54. *D. de procurat. l.* 5. *D. de postul.* qui nempe ex accidenti non sua natura perpetuus est, atque ita differt a vitio Gell. *lib.* 4. *cap.* 2. ait, id quoque in libris veterum jurisperitorum scriptum esse, morbum & vitium distare, quod vitium perpetuum, morbus cum accessu discessuque sit: Sed hoc si ita est, neque cæcum, neque eunuchum morbosum esse, contra Labeonis, quam supra dixit sententiam. Ex Labeone enim paulo ante posuerat, partis (corporis) morbum esse cæcitatem. Ad alia porro verba Labeonis dicentis: Balbum & antiphum vitiosos magis quam morbosos esse, subjecerat idem Gell. *sed cui morbus est, is etiam vitiosus est. Neque tamen contra fit. Potest nempe, quia vitiosus est, non morbosus esse.* Sed salva res est. Vitium generaliori sensu morbum sub se comprehendit, qui est cum accessu, vel discessu, & vitium in specie sic dictum, quod est perpetuum. Nonius Marcellus, morbum a vitio prudentia veterum sic voluit separari, ut sit morbus cum accessu, aut temporis utique, aut contagii, vitium perpetua & insanabilis, atque irrevocabilis caussa. Et ita morbus, vitiumve & in servis, & in jumentis separatur *l.* 35. *l.* 48. §. 1. *de ædil. edict.* Quamquam Ædiles morbum, & vitium bis κατὰ τὸ αὐτὸ, tollendæ dubitationis gratia dixisse, Ulpianus existimat *l.* 1. §. 7. *in fin. D. de ædil. edict.* Morbi adpellatio in edicto Ædilium non videtur pertinere, nisi ad corpora *l.* 4. §. 3. *D. eod. tit.* Morbum esse, sine voce esse, adparet ex *l.* 9. D. *eod.* Furor quoque morbus dicitur *l.* 14. *D. de offic. præs.*

Morbus Comitialis, v. *Comitialis.*

Morbus sonticus, vide ibid. & voce *Sonticus.*

MORDERE *l.* 11. §. 5. *D. ad leg. Aquil.*

MORI proprie est vita decedere in *l.* 121. §. 2. *D. de verb. oblig. & l.* 77. §. 4. *de legat.* 2. *l.* 48. §. *ult. D. de jure fisci*, ubi mori de morte tantum naturali, non civili intelligitur.

Alias deportatus patronus *mortui* loco habetur *l.* 4. §. 2. *D. de bon. libert.* ac plane interire homines maxima, & media capitis deminutione æque, atque morte dicuntur *l.* 63. §. *ult. D. pro soc.* quod de deportatis speciatim ait Ulp. *l.* 1. §. *ult. D. de bon. possess. contra tab.* Sed & exheredati pro mortuis habentur *l.* 1. §. 6. *D. de conjung. cum emancip. lib.* eo quidem effectu, ut juste exheredati in computatione legitimæ non connumerentur inter heredes. Item pro mortuo habetur is, cujus bona universa publicantur, quum in ejus locum alius succedat *l.* 65. §. 12. *D. pro socio*, adeoque per id distrahitur societas tamquam morte socii.

Ceterum ad interpretationem *l. ult. D. quand. dies leg. ced. & l.* 1. §. 19. *D. de collation.* pertinet, quod Gellius *lib* 6. *cap.* 13. quæsitum narrat, quando moriens moreretur? an quum jam in mortem esset? an tum etiam cum in vita

vita foret ? additque, quodnam moriendi verbum, atque momentum, manente adhuc vita, dici ac fieri potuisse, alios nihil in eo tempore vitæ reliquisse, totumque illud, quod mori dicitur, morti vindicasse, sed Plato inquit noster, neque vitæ id tempus, neque morti dedit, sed peperit, expressitque quoddam novum in confinio tempus, quod verbis propriis, atque integris τὴν ἐξαίφνης φυσιν, id est, repentinam naturam adpellavit.

Mori autem non tantum animales dicuntur, sed & quæ anima carent, eæque tum corporales, tum incorporales. Sic mori dicitur lis *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. *ult. D. quæ in fraud. credit.* vitis *l.* 4 *D. de censib.*

MORIO *onis* idem ac fatuus in *l.* 4. §. 3. *D. de ædil. edict.* & apud Div. August. *lib.* 1. *contra pelag.* qui ait, hujus generis homines in deliciis, & in mancipiorum æstimatione pretiosiores fuisse.

MOROSE, i. e. cum fastidio, & difficultate *l.* 6. §. 3. *D. de offic. præsid.*

MORS proprie est σωματος, καὶ ψυχης διαλυσις, ut Gell. *lib.* 2. *c.* 8. tradit, id est, ut Cic. 1. *Tusc.* exponit, discessus animæ a corpore. Eaque vera, & naturalis mors est, quam ultimam rerum, i. e. vitæ, lineam esse dicit Horatius 9. *ep.* 16. 79. Huc pertinent mortis cogitatio *l.* 35. *D. de mort. caus. donat.* Mortem sibi consciscere *rubr. D. de bon. eor. qui ante sent. vel mort. sibi consc.* si mors contigisset *l.* 29. *D. de mort. caus. don.* mortem obire *l.* 14. *D. de jure codicill.* Morte præventus *l.* 13. §. 4. *D. de jur. fisc.* Mortis pœna *l.* 1. *D. de bon. eor. qui sib. mort.* quæ videlicet damnato vitam adimit, ut loquitur *l.* 6. §. *ult. D. de pœn.*

solemnia mortis peragere *l.* 44. *D. de man. test.* Sua morte decedere *l.* 28. *D. de bon. libert.*

Mortis causa capitur, quum propter mortem alicujus capiendi occasio obvenit, exceptis his capiendi figuris, quæ proprio nomine adpellantur. Certe enim & qui hereditario, aut legati, aut fideicommissi jure capit, ex morte alterius nanciscitur capiendi occasionem. Sed quia proprio nomine hæ species capiendi adpellantur, ideo ab hac definitione separantur. Ita Caius in *l.* 31. *pr. D. de mort. caus. don.* Nimirum mortis caussa capio generis quidem nomen est, quod omnes species complectitur, quibus quid propter alicujus mortem capitur, veluti hereditatis, legati, fideicommissi, sed cum illarum quoque proprium nomen haberet, factum est, ut quæ specialem nomen non habet, communi nomine adpellata sit, quo designetur adquisitio rei cujusdam propter mortem alicujus citra ullum hereditatis, legati, aut fideicommissi titulum. Ita mortis caussa capimus, non tunc solum, cum quis suæ mortis caussa nobis donat, sed & si propter alterius mortem id faciat *l.* 18. *pr. D. de mort. caus. don.* Confer & *l.* 22. *D. eod. tit.* Porro mortis caussa capitur pecunia, quam statu liber, aut legatarius alicui conditionis implendæ caussa numeravit, item ea, quam quis in hoc accepit, ut vel adeat hereditatem, vel non adeat, vel ut legatum omittat. Sed & dos, quam quis in mortem mulieris a marito stipulatur, capitur mortis caussa *d. l.* 31. §. 2. *D. eod. tit.* Alias hac classe contentas species vide in *l.* 8. *l.* 21. *D. de mort. caus. donat. l.* 1. §. 8. item *l.* 36. *D. ad Leg. Falcid. l.* 55. *D. de condit. & dem.* ubi hereditario jure, vel testamenti nomine habere,

& mortis causſa capere ſeparantur. Adde *l.*28. §. *ult. D. qui & quib.*

Mortis cauſa donatio quid ſit, & ejus ſpecies, vide ſupra in voce *donatio*.

Ad ſimilitudinem *mortis* naturalis alii quoque caſus admiſſi ſunt, qui *mortis* vicem repræſentant, qualis eſt aquæ, & ignis interdictio *l.* 29. §. 5. *D. de liber. & poſth.* Sed & ſervitus morti adſimilatur. Hi caſus ſunt *mortis civilis*, quæ in maxima, mediaque capitis deminutione conſiſtit. Amiſſo enim libertatis, civitatiſque ſtatu perſonæ eſſe definebant homines, ac proinde mortuis ſimiles habebantur. Vide *Capitis deminutio*. De aquæ, & ignis interdictione Paulo aliter Lactantius *in divin. inſt. lib.* 2. *c.* 10. Interdicto, inquit, uſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum (*aquæ & ignis*) perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte mulctatus. Utcumque vero ſe res habeat, ex ea fictione eſt, quod exſules diem, quo reſtituti fuerant, *natalem ſuum* dicerent, veluti Cicero *poſt redit.* *e.* 11. & quaſi *alterius vitæ quoddam initium*: Idem *lib.*4. *ad Attic. Epiſt.* 1. immo Cotta apud Salluſt. *in fragm.* ideo ſe *his genitum* adpellaret.

MORSUS honoris alieni *l.* 10. *C. Th. de re milit.* id eſt, ut Jac. Gothofr. interpretatur, dolor, & ſenſus aculeatus, quem quis exinde capit, quod alios ſibi prælatos videt.

MORTALIS, *e.* Sæpe etiam de rebus inanimatis uſurpatur. Sic mortale opus *l.*19. *l.* 12. *C. Th. de pagan.* id eſt, caducum. Mortales res *l.* 11. §. 5. *D. de minor.* Lactant. *lib.* 7. *c.* 17. Mortalia ſunt mortalium opera.

MORTALITAS pro morte, & naturali fato *l.*22. *D. ad SC. Trebell.* Quum mariti mortalitas intervenit *l.* 2. *D. de pact. dot.* Servitutem mortalitati fere comparamus *l.* 109. *D. de reg. jur.* De hac locutione, an ſatis latina ſit, remittit Heineccius ad Ducker. *de latin. vet. Iſtorum p.*376.

MORTIFER vel *mortiferus*, *a*, *um*, quod mortis cauſam præſtat, ut loquitur *l.* 7. §. 5. *D. ad Leg. Aquil.* Mortiferum vulnus inflixiſſe cenſetur, non ſolum, qui ita vulneraverint, ut confeſtim vita privarent, ſed etiam hi, quorum ex vulnere certum eſſet, aliquem vita exceſſurum *l.* 51. *D. ad L. Aquil.*

MORTIFERE vulnerare *l.* 36. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* ægrotare dixit Plin. *lib.* 3. *Epiſt.* 16. i. e. lethaliter.

MORTUUS. De *mortuo* inferendo interdictum habet locum; ut quis non prohibeatur mortuum inferre, & ſepelire, quo licet ei inferre, & ſepelire *l.* 1. *pr. D. de mort. infer.* ut ſi in via prohibeatur, vel ſepulcrum ædificare, vel lapides ad ædificandum per fundum ducere *d. l.* 1. §. 5. & §§.

MOS Ulpianus *tit.* 1. *reg.* §. 4. Mores definit tacitum conſenſum populi longa conſuetudine inveteratum. Nimirum ex non ſcripto jus venit, quod uſus comprobavit. Nam diuturni *moves* conſenſu utentium comprobati, legem imitantur §. 9. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Inveterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, & hoc eſt jus, quod dicitur moribus conſtitutum *l.* 32. *D. de legib.* atque hi ſunt νομοι αγραφοι §. 3. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Suidas εθος, νομος αγραφος. Το δε εθος εστιν ευρημα ανθρωπων αλλα βιου χρησιμον. Mos eſt jus non ſcriptum. Mos porro non eſt inventum hominum, ſed vitæ, & temporis. Servius *in* 7. *Æneid.* Varronem tradere ſcribit, morem eſſe communem conſen-

sensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit Quinctilian. *lib.* 5. *c.* 10. Pleraque, inquit, in jure non legibus, sed moribus constant. Festus hoc verbum ad religionem, & cerimonias sacras restringit his verbis: Mos est institutum patrium, pertinens maxime ad religionem, cerimoniasque Deorum antiquorum. Ex illis autem omnibus vix accurate pro lege habendorum morum prodibit definitio, qua intelligi possit, cur, & quatenus, & qui mores legis habeant vigorem. Mores sane, consuetudinem, & usum synonima esse ex dictis apparet, siquidem & reciprocantur velut abundanti definitione, & unum pro altero invicem ponitur. Neque tamen perfecta illa est synonymia. Etenim actus similes, qui nomine *morum* in genere veniunt, vel eos ipsa lex scripta comitatur, quæ eosdem fecit, vel ex ipsis nulla lege scripta existente jus quoddam inductum intelligitur, qui tunc mores in specie, seu consuetudo dicuntur. Priori sensu videntur intelligi mores in *l.* 5. *D. de extraord. cogn.* ubi Status legibus, moribusque comprobatus *leg.* 3. §. 1. *D. de donat. int. vir. & ux.* Si matrimonium moribus, legibusque nostris constat, & *l.* 19. *D. de capt. & postl. reverf.* Moribus, & legibus constitutum est jus postliminii. Sed absque lege scripta veniunt mores apud Ulpianum *dicto tit.* 1. *reg.* §. 4. item in *l.* 22. §. 1. *D. de jurisd.* his verbis, pleraque in jure non legibus, sed moribus constant. Et eo sensu conjunguntur cum consuetudine, ut ferias secundum mores & consuetudinem, quæ retro obtinuit, dare *l.* 7. §. 1. *D de off. prof.* Quæ moris sunt, & consuetudinis *l.* 31. *D. de ædil. edict.* Quod moribus, & consuetudine inductum *l.* 32. *D. de legib.* ubi *Mores*, & consuetudo κατα το αυτο dici videntur. Porro leges Regiæ abrogato Regio Imperio non equidem pro legibus amplius habitæ, ut discimus ex Pomponio *l.* 2. §. 2 *D. de orig. jur.* Sed eas valuisse ως εθισμος προτερος, tamquam priscos mores, docet Dionys. Halic. *lib.* 5. *antiq. Rom.* Hinc moribus receptum jus patriæ potestatis ait Ulpianus *l.* 8. *D. de his qui sui vel alien. jur.* etsi ex eodem Dionys. *lib.* 2. pateat, jus patriæ potestatis lege Romuli inductum esse. Ita & pœnam cullei more majorum institutam, ait Modestinus *l.* 9. *D. ad Leg. Pomp. de parric.* quam tamen vel Atilium, vel Aquilium quemdam, jam sub Tarquinio parricidii accusatum, dedisse, denuo testatur Dionys. Halic. *lib.* 2. *c.* 70. ceu observat Heineccius. *More* majorum puniri quid sit, vide supra in voce *majores.*

Morem gerere pro obtemperare *l.* 71. *D. de rei vind. l.* 5. *D. famil. ercisc. l.* 14. *D. de prob.*

Morum adpellatione, quemadmodum Quinctilian. *lib.* 6. *c.* 3. tradit, omnes habitus mentis continentur, adeoque omnis vivendi ratio morum nomine venit. Estque verbum μεσον, ita ut sint vel boni, vel mali mores, ut in hisce phrasibus. Matremfamilias faciunt boni mores *l.* 46. §. *ult. D. de verb. signif.* Propter nequitiam, malosque mores *l.* 43. §. 4. *D. de Ædilit. edict.* Sed & pro malis moribus aliquando absolute mores legimus, ut ob mores competit retentio dotis *l. un.* §. 5. *C. de rei ux. act. toll.* Ulp. *tit.* 6. *Reg.* §. 9. Item *in* §. 9. *ejusd. tit.* ait: Mores graviores, seu majores inter virum, & uxorem, adulteria tantum, leviores, seu minores omnes reliqui.

Sunt vero *mores* vel singulorum,

vel publici. Ad illos spectant phrases modo citatæ. Ad publicos vero hæ pertinent: Si liberis sublatis reversa post jurgium per dissimulationem mulier, veluti venali concordia ne dotata sit, conveniat, conventio secundum ordinem rei gestæ, moribus improbanda ea stipulatio est *l.* 27. *D. de pact. dotal.* ubi mores absolute, pro bonis moribus, quemadmodum *l* 35. §. 1. *de verb. obl.* 8. Adversus bonos mores festinasse dicitur, qui proximæ cognatæ viventis bona donavit *l.* 29. §. *ult. D. de donat.* Parta, quæ contra bonos mores sunt, vim nullam habent *l.* 6. *C. de pact.* In edicto de injuriis, quod ait Prætor, *quæ adversus bonos mores convicium cui fecisse dicitur*, Labeo ait, sic accipiendum, non ejus qui fecit, sed generaliter accipiendum, adversus bonos mores hujus civitatis *l.* 15. §. 28. *&* §. 38. *D. de injur.*

Mores boni pro viris probis, ut *mores mali* pro improbis hominibus aliquando accipiuntur. Sic exceptio, quæ patroni, parentisve opinionem apud *bonos mores* fugillet *l.* 2. §. 4. §. 16. *D. de dol. mal. & met. except.* Quum sæpe materiam peccandi *malis moribus* præstaret. Et *in Consult. vet. Icti. p.* 82. Tibi, & bonis moribus constat. *Heinecc.* ex Bynkersh. *lib.* 16. *c.* 25. *p.* 274.

MOTIO. Cunctis motionibus, & machinis amputatis *l. ult. C. Theod. fin. reg.* pro quo Codex Justinianus in *l. ult. eod. tit.* habet *molitionibus.*

MOTUS arborum naturalis, per quem translatio arborum in alium locum intelligenda videtur *in l.* 7. *D. de servit. præd. urb.* Accursius intelligit agitationem arborum; Cujacius *lib.* 27. *c.* 14. & Zannetus *resitit. ad lib. D. c.* 25. pro earumdem vegetatione accipiunt. Primam fovet sententiam Rad. Forner. *Rer. quotid. lib.* 2. *c.* 12. Pro secunda & tertia remittit Heinecc. ad Ever. Otto *præfat. Tomo* 2. *Thesaur. jur. præmissam.*

Motus quoque animi pro ejusdem affectione, vel deliberatione ponitur. Ita motus æqualis judicis *l. ult. C. Th ad Leg. Corn. de falsi.* Qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt *l.* 1. §. 1. *D. de pact.* Finis negotii in judicis potestate, ac motu situs *l.* 10. *C. de accus.*

Motus etiam pro animi effervescentia, ut motu judicis villa diruta *in l.* 20. *D. comm. divid.*

MOVENTES se res sunt res mobiles, animales, ut loquitur *l.* 15. §. 2. *D. de re jud.* Res *moventes* pro mobilibus etiam se ipsas non moventibus *l.* 19. *D. de vi & vi arm. l.* 35. *D. de donat.* quæ etiam dicuntur moventia *l. ult. D. de requir. vel absent. Moventium* enim, & mobilium adpellatione idem significari Celsus tradit. Si tamen adparet, defunctum animalia dumtaxat, quia se ipsa moverent, moventia vocasse *l.* 93. *D. de reg. jur.* Tunc a mobilibus moventia separantur.

MOVERE proprie est e loco in locum transferre. Ut qui terminos statutos extra suum gradum, finemve moverent *l. ult. D. de term. mot.*

Movere etiam nos dicitur, quo in aliquam sententiam adducimur, vel ab ea recedimus ut *in l.* 1. §. 9. *D. quod legat. l.* 41. §. 3. *D. de legat.* 1. Nec nos moveat quod *l.* 57. *D. de ædil. edict.* & alibi passim.

Movere pro instituere, intendere. Ut movere accusationem *l.* 20. *D. de accus.* actionem *l.* 10. *D. de act. empt.* arma adversus aliquem *Paul. lib.* 5. *Sent. tit.* 29. §. 1. Causam *l.* 2. §. *ult. D. de Stat. defunct.* controversiam *l.* 4.

l. 4. *D. de Carbon. edict.* crimen *l.* 5. *C. ad leg. Fab. de plagiar.* disceptationem *l.* 3. *C. de ordin. jud.* interdictum *l.* 3. §.4. *D. de lib. exhib.* judicium *l.* 8. §. 12. *D. de inoff. test.* litem *l.* 33. *D. de dol. mal.* negotium *l.* 16. *D. de legat.* quæstionem *l.* 16. *D. C. ne de stat. defunct.* querelam inofficiosi *l.* 8. §. 10. *D. de inoff. test.* seditionem *l.* 3. §. 20. *D. de re milit.* i. e. comitare.

Moveri etiam est removeri, pelli, ejici. Ita *Moveri* ordine *l.* 5. *D. de decur.* ordine decurionum *l.* 15. *D. ad munic.* senatu *l.* 7. *D. de senat.* Præscriptione motus ab excusatione proferenda *l.* 1. *D. de operib. publ.* i.e. summotus.

Mox, vulgo est confestim, statim, in continenti *l.* 6. §. 9. *D. de injust. rupt. irrit.* Mox quam unus ex heredibus adierit hereditatem Ulp. *tit.* 1. §. 22. Mox quam a solo separati sunt fructus *l.* 13 *D. quib. mod. usufr.* id est, simul atque ut *l.* 25. §. 1. *D. de usur.*

Alias mox ponitur pro deinde, postea, & interjecto aliquo intervallo *l.* 22. § 4. *D. ad SC. Trebell. l.* 1. §. *ult. D. de reb. cred. l.* 1. §. 1. *D. de verb. oblig.* & passim.

Mucatraulus, ad quem variæ datæ sunt constitutiones, quamvis in ejus nomine male passim erratum esse, veluti in *l.* 10. *C. qui accus. non poss. l.* 7. *C. de rescind. vend. l.* 15. *C. de postlim. & redemt. l.* 8. *C. de pact.* observat Jac. Cujac. *Comm. ad tres poster. libr. C. ad l.* 4. *de jure fisci.*

Mucianus, *a*, *um* a Mucio, de quo infra. Muciana cautio a L. Mucio P. F. Scævola inventa, quæ præstita impedit, ne conditio in non faciendo concepta, hereditatem, vel legatum usque ad mortem suspendat. De ea ait Ulpian. *in l.* 7. *D. de cond. & dem.* Mucianæ cautionis utilitas consistit in conditionibus, quæ in non faciendo sunt conceptæ, ut puta, si in capitolium non ascenderit: Si Stichum non manumiserit, & in similibus. Nec solum in legatis placuit, verum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est, vide & *l.* 39. §. 3. *D. eod. tit. l.* 76. §. 7. *D. de legat.* 2. *l.* 72. §. 1. *D. de cond. & dem l.* 106. *D. de condit. & dem.* ubi Muciana cautio satisdatio etiam dicitur.

Mucianus P. Licinius Crassus (a Publio Licinio Crasso adoptatus) *Mucianus*, unus e filiis *P.* Mucii, Quincti Mucii Auguris fratris, quorum alter fuit P. Mucius Scævola. Fuit autem ante hunc Augur, post autem Consul anno 622. Ipsum Jurisconsultissimum, eloquentissimumque perhibet Gellius *lib.* 1. *c.* 13. & ita a Cicerone adpellatum tradit Pompon. in *l.* 2. §. 40. *D. de orig. jur.* etsi nulla suæ scientiæ monumenta reliquerit. Videsis Balduin. *jurisprud. Mucian. p.* 7. 20. 21.

Mucidus, *a*, *um*. Mucida vina *l.* 6. *D. de peric. & comm. rei vend.*

Mucius. Quintus Mucius. Q. F. Q. N. Scævola Augur, Consul fuit anno 536. quem tamquam civitatis suæ oraculum laudat Cicero *in Bruto cap.* 39. & *lib.* 1. *de orat. c.* 51. quemque a se aliquamdiu auditum esse idem tradit *ibid. c.* 89. Eum præteriit Pomponius recensendo veteres prudentes, quod nihil de jure civili scripsisset. Nec confundendus is est cum Quinto Mucio P. F. Scævola Pontifice Maximo, cujus mentio fit *l.* 7. *pr. D. de ann. legat. l.* 1. §. 5. *l.* 5. §. 9. *D. quod vi aut cl. l.* 29. *l.* 55. *pr. D. de pœn. legat. l.* 3. §. 6. *D. eod. tit. l.* 27. *D. de aur. arg. legat.* Vellei.

Paterc. *lib.* 2. *c.* 26. Scævola, ait, Pontifex Maximus, & divini humanique Juris auctor celeberrimus. De hoc Vid. infra sub art. *Quintus.*

Publius *Mucius* P. F. Q. N. Scævola, Pontifex Maximus, frater patruelis Quinti Mucii Auguris. Eum Pomponius iis accenset, qui fundaverunt jus civile *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Consul fuit anno ab U. C. 520. collega L. Calpurnio Pisone Frugi. Vellei. Paterc. *hist. lib.* 2. *c.* 2. Gruter. *Inscript. p.* 202. *sequ.* biennio post Pontifex Maximus factus Cic. *lib.* 12. *ad Attic. epist.* 4. *De orator. lib.* 2. *c.* 12. Decem eum libellos reliquisse, auctor est idem Pomponius *l.* 2. §. 39. *D. de orig. jur.* e quibus nonnisi pauciſſima in jure noſtro ſuperſunt αποσπασματα *l.* 66. *D. ſolut. matrim. l.* 17. *D. de legation. l.* 4. *D. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Hujus filius fuit Publius *Mucius.* P. F. P. N. Scævola Conſul anno ab V. C. 575. Juriſconſultus eximius, de quo idem Pomponius *l.* 2. §. 41. *D. de orig. jur.* Stemma *Muciorum* dedit Rupertus in *Comment. in Pomponii Enchird. p.* 389.

MUCOR in *l.* 4. §. *pen. D. de peric. & comm. rei vend.* lanuginem ſignificat, quæ ex nimia vetuſtate vino acceſſit, aut quo alio vitio contrahitur. Columella *lib.* 12. *c.* 43. Ne ſitu penora mucorem contrahant.

MULA, & *Mulus.* Mulorum adpellatione generali & Mulæ continentur *l.* 62. *D. de legat.* 3. Mulæ carrucariæ *l.* 38. §. 8. *D. de Ædilit. edict.* rhedariæ apud Varron. *lib.* 3. *de re ruſt. c. ult.* Mulas enim carrucis, & rhedis jungi ſolitas, patet ex *l.* 13. *D. de aur. arg. leg.*

MULCTA eſt ſpecialis coercitio peccati, cujus animadverſio pecuniaria eſt *l.* 131. *D. de verb. ſignif.* Pœnæ generalior eſt ſignificatus, ideoque mulcta, & pœna ſeparantur in *l.* 68. *D de fidejuſſ.* Olim pecore mulcta dicebatur auctore Feſto, & Varr. *lib.* 4. *de ling. lat.* qui de vocis origine ait: Quod ſingulæ dicuntur adpellatæ multæ, quod olim unum dicebant multa. Itaque, addit, cum in dolium, aut culeum vinum addunt ruſtici, prima urna addita, dicunt etiam nunc *multa* Gellius *lib.* 11. *c.* 1. ex Varronis *rer. humanar.* 19. *libro*, ait, vocabulum ipſum mulctæ non Latinum, ſed Sabinum eſſe, idque ad ejuſdem Varronis memoriam manſiſſe in lingua Samnitium, qui ſunt a Sabinis orti. Sed, pergit Gellius, turba Grammaticorum novitia ea κατ' αντιφρασιν, i. e. per contrariam dictionem, ut quædam alia, ita hoc quoque dici tradiderunt. Huc pertinent phraſes Mulctam dicere, & irrogare in *l.* 6. §. *ult. D. de offic. P æſid* ſed & mulctam facere apud Aul. Gell. *citato capite in fine.* Mulcta damnari *l.* 2. *D. ſi quis in jus voc.* Mulcta committitur *l.* 6. *D. de condict. & dem.* Mulcta exigatur per antiptoſin in *l.* 54. *C. Theod. de hæret.* Decem librarum auri mulcta ferietur *l.* 5. *C Theod. de metat.* Mulcta mulctari *l.* 1. §. *ult. D. de aleator.* mulctæ ſubjacere *l.* 8. *C. Theod. de pœn.* Mulcta argentaria *l.* 20. *C. Theod. quor. adpell.* pecuniaria *l.* 3. §. 1. *D. de re milit.* frumentaria in inſcriptione *l.* 1. *l.* 2. *l.* 7. *C. Th. de præt. & quæſt.* quæ & condemnatio frumentaria dicitur *ſ. l. eod. tit.*

MULCTARE, ait Nonius, condemnare eſt. Igitur hoc tam ad corporalem, & aliam quamlibet, quam ad pecuniariam condemnationem pertinet. Corn. Nep. *in Epaminonda. c.* 7. Lex, ait, erat Thebis, quæ morte mulctabat,

bat, & c.8. Epaminondas a Thebanis morte mulctatus est. Velleius Paterc. *lib.* 2. *c.* 12. hominesque exitiabiles in hostilia curia morte mulctavit. Cicer. *pro Cæcin. c.* 34. Maleficium exilio mulctatum. Heredes magna pecunia mulctat testator *l.* 27. *D. de cond. & dem.*

Mulctare, alio significatu in *l.* 10. *pr. C. Theod.* idem ac male tractare, & plagis adficere. Omisit eam vocem Tribonianus in *l.* 5. *C. Justin. eod. tit.*

MULCTATIO est mulctæ irrogatio in *l.* 2. *C. Theod. de prætor.*

MULCTATITIUS servus in *l.* 1. *C. Th. de liberal. caus.* est servus, qui mulctæ nomine tradendus est.

MULIEBRIS, *e.* quod ad mulieres pertinet. Muliebria vestimenta sunt, quæ matris familias causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, velut stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, plagulæ, penulæ, ait Ulp. *in l.* 23. §. 2. *D. de aur. arg. leg.* Muliebri veste legata & infantilis continetur, & puellarum, & virginum *d. l.* 23. §. 9. *D. eod. tit.*

Muliebria pati dicuntur mares, qui pudicitiam suam præposteræ libidini substernunt, & stupro effeminantur *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* Tanto flagitio pollutos Prætor a postulando removet *d. l.* huicque sceleri Impp. gladium ultorem constituerunt *l.* 31. *C. ad leg. jul. de adulter.*

MULIER. Eo nomine omnes dici, quæcumque sexus feminini sunt, ait *l.* 23. *D. de aur. arg. legat.* Sic mulieribus legatis & virgines debentur *l.* 81. §. 1. *D. de legat.* 3. Melius est mulieribus propter fragilitatem sexus, quam maribus subveniri *l.* 20. *C. de don. ant. nupt.* Tertullian. *de virgin. veland. c.* 5. uxores vulgi loquendi more mulieres nostras (nomine sc. generico) dici notat, additque: Ita mulier non natura (i. e. non quatenus a virgine separetur) est nomen uxoris, sed *uxor* conditione est nomen mulieris, denique mulier & non uxor dici potest, non mulier autem uxor dici non potest, quia nec esse. Ita Tertullianus. Et sane *Mulieris* adpellatione etiam virginem integram viri potentem contineri, observat etiam Caius *l.* 13. *D. de verb. signif.* idque verissimum esse, cum multa veterum testimonia, tum & illud Servii *ad Virgil. Æneid. lib.* 11. *v.* 687. ubi ad verba, advenit, quæ vestra dies muliebribus armis. Verba redargueret. Apud majores, inquit, indiscrete virgo dicebatur & mulier. Utrumque enim (vocabulum mulier sc. & virgo) sexum significabat, ut ecce hoc loco dicit (Virgilius) *armis muliebribus*, quum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolico legimus: *Ah Virgo, quum Pasiphaen constet ex Minoe ante amorem tauri, filios suscepisse.* Quin etiam Terent. *in Hecyr. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 61. Mulierem post vitium oblatam *virginem* vocat. At Ambrosius *lib.* 1. *Epist.* 1. Mulier sexus est, virgo species. Et ita virgo a muliere separatur *l.* 16. *D. de manum. vind.* Si me virginem emere putarem, cum jam mulier esset *l.* 11. *D. de contrab. emt. l.* 11. §. 5. *D. de act. emt. vend.* Nam usus obtinuit, (deinceps) ut innuptas *virgines*, nuptas *mulieres* vocemus, ait Servius, ante verba modo citata, Hinc est, ut in jure nostro, mulieris vocabulum modo virgines simul complectatur, modo de nuptis, vel viduis, modo promiscue dicatur. At notatu dignissimus est locus *l.* 14. §. 7. *D. de ædilit.*

edict. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri, qui per πλοκὴς mulierem primo loco personam, posteriore qualitatem designari observat Voss. *lib.* 5. *Inst. orat. c.* 2. §. 3.

MULIERCULARIUS *in l.* 2. *pr. C. Th.* est, qui mulieres adfectatur, sicut ancillarius, qui ancillas. Interpres luxuriæ deditum interpretatur, sub quo tamen aleatorem simul comprehendit. Glossa Isidori *Mulierarium* & femellarium adpellat. Plautus *mulierosum in Pœnulo Act.* 5. *sc.* 5. *v. n.* 4.

MULIO qui mulos mulasve agit *l.* 1. §. 4. *D. si quadrup. paup. fec. dic.* muliones de urbano artificio sunt, nisi propter opus rusticum testator eos destinatos habebat *l.* 99. §. 2. *D. de legat.* 3. Erant & muliones publici, qui curandis mulis, cursui publico destinatis, præerant *l.* 10. *l.* 14. *in fin. l.* 31. 34. *l.* 53. *pr. l.* 58. *C. Th. & l.* 4. *C. Justin. de curs. publ.*

MULOMEDICUS *l.* 1. *C. de excus. artif.* Ibi enim hoc verbum esse inserendum cum ex Accursii glossa, tum ex *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* & veteribus libris patet. Fit & mulomedicorum mentio in *l.* 31. *C. Th. de curs. publ.* & apud Firmic. Matern. *lib.* 18. *mathes. c.* 4. Sunt autem Mulomedici, qui animalibus ægris medentur, veluti equarii medici, ceu vocat Valer. Max. *lib.* 9. *c. ult. &* 2. Ceterum ex eo, quod non inter professores, & medicos, sed artifices numerantur Mulomedici ἱπποιατροι, vel veterinarii, facile patet, abjectiorem esse hanc artem, quamvis a medicina secundam, & reipublicæ utillissimam, ceu demonstravit, qui ex instituto hanc artem excoluit, & singulari commentario illustravit Vegetius *de re veter. in præfat.* quod observat *Hein.*

MULSUM potio ex vino, & melle concinnata *l.* 5. §. 1. *D. de rei vind. l.* 7. §. 7. *de adquir. rer. dom.* §. 25. *Inst. de rer. div.* A Græcis οἰνόμελι adpellatur, & μελίκρατον, ut Pollux *lib.* 6 *segm.* 17. Id ex vino vetere factum ad appetentiam, & aviditatem cibi revocandam, auctor est Plin. *lib.* 22. *de natura mellis.* Ulp. *in l.* 9. *pr. D. de tritico vino, vel ol. leg.* Si mulsum, inquit, sit factum, vini adpellatione non continebitur, nisi forte paterfamilias etiam de hoc sensit. Et in *l. ult.* §. *ult. D. eod. tit.* Mulsum inter dulcia numeratur. Quin Mulsum ex pluvia aqua fieri solitum, ex Galeni *lib.* 4. *tuendæ sanitat.* adnotat Cælius Rhodig. *lib.* 23. *c. ult. lect. antiq.*

MULTIFARIAM, i. e. multis modis *l.* 7. *pr. D. de incend. ruin. naufr.*

MULTIMODUS, *a, um*, quod multifariam fit. Ita *multimoda* donatio *l.* 5. *C. Th. de suar.* observatio *l.* 2. §. 1. *C. de Episc. & cler.*

MULTIPLICARE, i. e. multiplex facere, hoc sensu, multiplicata actio *l.* 6. *D. de public. & vectig.* Multiplicata Scita Divalia, id est, constitutiones Principum multæ *l.* 48. *C. Th. de hæret.*

MULTIPLICATIO verborum *l.* 36. §. 6. *D. de aur. arg. mund. leg.*

MULTITUDO hominum, i. e. turba *l.* 4. *D. de vi bonor. rapt.* Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 30. §. 1.

MULTO construitur cum comparativo, ut *Multo* justius *l.* 6. *D. de magistr. conven.* magis *l.* 36. §. 1. *D. de hered. pet.* minus *l.* 24. *D. de mun. & honor.* pluris *l.* 61. *D. ad leg. falc.*

MULTUM adv. Multum esse pro multum interesse *l.* 6. *D. de publican. & vectig.*

MULTUS

MULTUS, *a*, *um*, Multi dixerunt *l.* 41. *D. de recept. arb.* Post multum tempus *l.* 1. §. 12. *D. de separat.*

MULUS. vide supra *mula.*

MUNDANI in *l.* 55. §. 1. *C. de Episc. & cler.* sunt laici, qui sunt idiotæ *Nov.* 6. *c.* 1. & sæculari conversationi dediti in *l.* 56. *C. dict. tit.*

MUNDUS, *a*, *um*, ut ait Festus, lautus, & purus. Munda esse potest mulier, non tamen ornata *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg.* Sed & res mundæ dicebantur. Salicis mundæ annua librarum singula millia *l.* 12. *de ann. legat.* Mundas consequi pro mundis annonis dixit Lampr. in Alex. Sev. *c.* 42. uti mundas bucellas *l.* 5. *C. Th. de ann. civ.*

Mundum charta pura, schedave, in quam contractus redigitur *l.* 16. *C. de fid. instrum.* χαρτης καθαρον vocat Just. *Nov.* 43. *c.* 2. *init.*

Mundus, *Subst.* in genere est, instructum cuique rei instrumentum Barth. *lib.* 8. *adversar. c.* 12. Sic mundus nuptialis Apulei. *metam. lib.* 4. operæ messoriæ mundus omnis apud eumd. *lib.* 6. *metam.* Mundum etiam rusticum dixit Plaut. *Merc. Act.* 1. *Sc.* 1. *v.* 65.

Mundus autem *Muliebris* est, quo mulier mundior fit. Continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, lavatio, risus *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. legat.* item argentum balneare, non etiam ornamenta, vestes, monilia, a-muli *l.* 32. §. 7. *D. eod. tit. l.* 100. §. 2. *D. de legat.* 3. Unde & a veste, & ab ornamentis mundus separatur *ibidem*, quamquam & vestem sub mundo comprehendat Apul. *lib.* 2. *metam.* Tertull. *de cultu fem. c.* 4. Habitus feminæ, ait, duplicem speciem circumfert cultum, & ornatum, cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant, ornatum, immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus disputatur, iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. Et ita mundum muliebrem accipe *l.* 39. *D. de usu & usufr. leg. l.* 39. *D. de aur. arg. legat.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Mundus muliebris dictus a munditia, Festus. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non alius est, quam qui moveri potest. Atteius cum virginali mundo clam pater. Liv. *lib.* 34. *c.* 7. Munditiæ, ornatus, & cultus hæc feminarum insignia sunt. Hunc mundum muliebrem adpellarunt majores nostri. Inde Senec. *lib.* 1. *natur. quæst.* Adeoque omnia indiscreta sunt perversissimis artibus, ut, quidquid mundus muliebris vocatur, farcinæ viriles sint, minus dico, etiam militares.

MUNERARE pro *munerare* dixisse fertur Ulpianus *l.* 6. *in fin. D. de bon. damn.* Sed ita habet Haleandrina dumtaxat, quum in vetere Florentino codice sit munerari, uti *l.* 10. §. *ult. mand.* compositum *remunerari*. Neque tamen, & prius solœcum esse ostendit Ducker. *de latin. vet. Ictor.* Cic. *pro Dejot. c.* 6. locus erat quidem, in quo erant ea composita, quibus Rex eum munerare constituerat. Senec. Epist. 119. Inani me lance munerat.

MUNERARI pro munus gerere ex Hotomanno affert Calvinus, quasi eo verbo usus fuerit Ulpianus *l.* 1. §. 2. *D. de vocat. & excus. mun.* ubi tamen non *munerabantur*, sed *numerabantur* vulgo legitur. Nec ullum hujusmodi significatus exemplum apud probatos auctores occurrere memini.

MUNERARIUS. Senec. *lib.*

4 *controvers.* Quod, inquit, munerarii solent facere ad expectationem populi detinendam, nova paria per omnes dies dispensant, ut sit quod populum delectet, & revocet &c. Est autem munerarius, qui dat munera populo, gladiatoribus exhibendis, ut definit Laur. Valla *lib.* 1. *elegant. c.* 6. Munerarium autem Augustum primum dixisse, Quinctilian. *l.* 8. *c.* 3. tradit. Muneratorem quoque eum, qui munus gladiatorum funebre edit, vocat Florus *lib.* 3. *c.* 20. *comm.* 9. vide infra *Munus* spectaculum gladiatorium.

MUNIA. Omnia ingenuitatis munia habet, qui jus anulorum accepit *l.* 10. §. 2. *D. de in jus voc.*

MUNICEPS. Ita primum appellati sunt hi, qui ex municipiis suo jure, & legibus suis utentes sine suffragii jure munerum tantum honorariorum cum populo Romano participes erant, ut Gellius *l.* 16. *c.* 13. tradit. Festus autem: Municeps, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio natus est, item qui ex alio genere hominum munus functus est, item qui in municipio a servitute se liberavit a municipe. (Hæc quidem non tam ad definiendum ipsum municipem, quam ad ea declaranda, quibus quis municipis jura obtinuerit, pertinent, quemadmodum ait Ulpianus *l.* 1. *pr. D. ad municipal.* Municipem, aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio.) item (pergit idem Fest.) Municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tamen muneris partem, ut fuerunt Cumani, Hætani, Atellani, qui & cives Romani erant, & in Legione manebant, sed dignitates non capiebant. Idem Ulpianus in d. *l.* 1. §. 1. *eod. tit.* & proprie quidem, ait, Municipes adpellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiscum facerent, sed nunc abusive municipes dicemus, suæ cujusque civitatis cives, ut puta Campanos, Puteolanos.

Hoc autem posteriori sensu dixit Paulus *l.* 228. *D. de verb. signif.* Municipes intelligendi sunt & qui in eodem municipio nati sunt. Atque his modis accipe *l.* 26. *D. de usufr. l.* 97. *D. de condit. & dem. l.* 20. §. *ult. D. si servit. vind.* Utrobique porro procedit, quod ait idem Paul. *l.* 18. *D. de verb. sign.* Municipes dicti, quod munera civilia capiant, & Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* munere municipes, qui una munus fungi debent.

Posteriori vero sensu dicuntur municipes, ubi in *l.* 6. §. *ult. l. ult.* §. 22. *D. de mun. & hon.* ab incolis separantur, quin in *l.* 17. §. 10. *D. ad mun.* ubi municeps, aut colonus,

Municipes autem quam a colonis differant relati ad civitatem Romanam docet Gellius *D. lib.* 16. *c.* 13. vid. supra art. *colonia*.

Municeps esse (respectu municipum ceterorum) definit Senatoriam adeptus dignitatem quantum ad munera, quantum vero ad honorem, retinere creditur originem *l.* 13. *pr. D. de mun.* vide *Municipium*.

MUNICIPALIS, *e.* quod ad municipium pertinet. Ita Municipalis lex, quæ est propria cujusque municipii lex *l.* 3. §. 4. *D. quod vi aut cl. l.* 3. §. 3. *D. de Sepulcr. viol.* vide supra sub art. *lex*.

Municipales Magistratus *l.* 25. *D. ad munic.* Iidem & *Municipales* simpliciter adpellantur in *l.* 3. *C. Th. de Donat.* Duo autem erant primi, & præcipui Duumviri dicti, Alias & στρατηγοι των πολεων prætores civitatum *l.* 6. §. 6. *D. de excep.* Theophil. in §. 4. *Inst. de Atilian. tut.* Hinc illud, si alter ex Magistratibus *l.* 13. *ad municipal.* vide in voce *Duumviri*.

MUNICIPIUM. Festus Mu-

Municipium, ait, id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt Fundani, Cumani, Cetani, Lanuvini, Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem Romanam venit, ut Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur id genus hominum, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia essent sua cujusque civitatis & coloniæ, ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, Urbinates, Nolani, Bobutinenses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucrenses.

At in *l.* 29. *D. ad municipal.* *Municipium* dicitur pro Civitate ipsa, ut & *in l.* 8. §. 4. *D. Qui satisd. cog.* Municipium autem proprie a Colonia differt: Municipia namque sunt civitates a Populo Romano in societatem suorum munerum, ac honorum receptæ, suo interim jure utentes, Coloniæ vero, quæ ex urbe Roma originem habent, & jura instituta, quæ omnia populi Romani, non sui arbitrii habent. vide *l.* 12. & *l. fin. D. de censib.* Gell. *lib.* 16. *c.* 13. *sub fin.* Hinc Municipium a Colonia separatur *in l.* 27. §. 1. *D. ad municipal.* & apud Paul. *lib.* 4. *sent. tit.* 6. §. 1.

Municipia sæpe in Legibus nostris vocantur Respublicæ, eorumque Magistratus administrare rempublicam dicuntur, ut in *l.* 5. *D. de legat.* 3. *l.* 2. *l.* 8. *l.* 14. *D. ad munic. l.* 13. §. 1. *D. de public. & vit. C. si tut. vel cur. reip. caus.* Et tamen Caius civitates præter Romam privatorum loco haberi, docet *l.* 16. *D. de verb. sign.* & Ulpianus bona civitatum abusive publica dicta esse notat *l.* 15. *D. eod. tit.* Qui ergo, ait Heineccius, ipsæ civitates municipales dici potuerunt Respublicæ? Abusive, respondet, ut jam Ulpianus monuit, præterquam si qua Municipia ea lege jura civitatis Romanæ accepissent, ut semper Rempublicam a Populo Romano separatam haberent, ut loquitur Festus in *municipium.* De talibus civitatibus αυτονομοις plura habes apud Ezech. Spanhem. *orb. Rom. Exerc.* 1. *c.* 12.

MUNIFICENTIA, *i. e.* liberalitas. Munificentiam principalem nefas est revocari *l. ult. C. Th. de annon.*

MUNIFEX, Munifex cursus publici *l.* 2. *C. Th. de curs. publ.* Jul. Firmic. *lib.* 2. *Mathem. c.* 5. Quidam vero, ait, volentes hunc locum subtilius explicare, terna munera singulis decanis applicarunt, quos munifices adpellandos esse voluerunt, hoc est synergos. Veget. *lib* 2. *c.* 19. Fascicularia tamen, id est, lignum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo adpellantur, quod hæc munia faciant &c. Contra *beneficiarii* nuncupabantur, qui vacabant muneris officio, ut Festus scribit. Scilicet beneficiarii erant milites principales, quibus ejusmodi munia obire ignominia erat non levis. Ambr. *in Luc. c.* 22. Nullus enim ab hoc immunis est censu, quia omnis ætas munifex Christo est.

MUNIFICIUS, *a, um.* pro eodem ac munifex vulgo legitur in *l.* 4. §. 1. *D. de publ. & vect.* quo significatur, ceu patet ex contextu, vectigali obnoxium. At veteres obnoxios cuicumque muneri non munificios, sed munifices adpellabant. vid. Fest. in *beneficiarii*, & Veg. *lib.* 2. *de re mil. c.* 7. & 9. Hinc munifex mamma apud Pl. *hist. nat. lib.* 11. *c.* 40. Sed &

mu-

munificus pro munifex dixere, ut ex sequentibus patebit.

MUNIFICUS, *a*, *um* pro tributario, vectigali, & certis pensionibus, officiis, vel oneribus obnoxio. Sic eam partem, quæ emta est, pro suo modo, ac ratione, esse munificam, ait *l.* 2. *C. de præd. & omn. reb. navieul.* adde *l.* 31. *C. Th. de ann. & trib. l.* 9. *l.* 11. *C. Th. de indulg. debit.* Et quosdam milites officiis, seu oneribus, quæ & munera dicuntur militaribus subeundis adstrictos *Munificos* exinde adpellari tradit Paul. in *l.* 18. *D. de verb. signif.* pro quo verbo munifices ex Haloandrina reponunt nonnulli. At probum illoque cadentis latinitatis ævo non ignotum esse vocabulum *munificus* eo sensu usurpatum variis testimoniis ostenderunt Do. Frid. Gronov. *obsev. in Script. Eccles. c.* 22. & Ducker. *de latin. vet. Ictor.*

MUNIMEN. Munimina sententiarum violare *l.* 2. *C. Theod. de frum. urb. Constant.* Glorioseæ vocis confisi munimine *l.* 14. *C. de advoc. diverf. jud.*

MUNIMENTA *in c. quamvis* 10. *in fin. de Elect. in* 6. sunt juxta glossam, ea quæ causam muniunt, ut probationes, & instrumenta, arcta.

MUNIMENTUM sepulcri, vide *Monumentum*.

MUNIRE est firmius, vel totum reddere, sartum tectum servare, defendere, coercere. *Munire* se ad illud *l.* 14. §. 8. *D. de religios. & sumt. fun.* Munitus exceptione *l.* 1. *l.* 11. *C. de exception.* præscriptione *l.* 3. *C. de his, quæ vi* privilegiis *l.* 2. §. 32. *D. ad SC. Tertull. Munire* aggerem *l.* 1. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv.* ripam *rubr. tit. D. de vip. mun.* viam *l.* 15. §. 8. *D. de damn. infect.* Munire ignem, ne latius divagetur *l.* 27. §. 9. *D. ad L. Aquil.*

MUNIS, E. oneri obnoxius, si unus ex pluribus heredibus rem munem caussa vectigalis surripiat *l.* 8. §. 1. *D. de publican. & vect.* Festus: *Munem* significare certum est *officiosum*. Unde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio vid. Cujac. *ad lib.* 13. *responf. Papin. in l.* 8. *de public. & Bynkersh. lib.* 8. *observ. Heim.*

MUNITIO *l.* 1. §. 6. *D. ne quid in fl. publ.* Munitionis instructum *l.* 4. *pr. C. Th. de itin. mun. Munitio* limitis, atque fossati *l.* 2. *C. Theod. de terr. limit.* viarum *l.* 12. *l.* 14. *D. de muner. & honor.*

MUNUS tribus modis dicitur, uno donum, & inde munera dicuntur dari, mittive *l.* 18. *D. de verb. signif. Munus* tamen a dono separatur *l.* 6. *D. de off. Prioris* Scilicet quatenus donum genus est, munus vero species. Nam munus est donum cum caussa, (*consuetudine recepta*) ut puta natalium, nuptalitium *l.* 194. *D. de verb. signif.* Ita Si vir uxori munus immodicum Kalendis martiis, aut natali die dedisset *l.* 31. §. 8. *D. de donat. int. vir. & ux.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Munus, quod mutuo animo qui sunt, dant officii caussa. Festus Munus, donum, quod officii caussa datur. Huc pertinet muneralis lex, (nempe Cincia) de qua Festus, qua Cincius cavit, ne cui liceret, munus accipere. Plautus, neque muneralem legem, neque lenoniam roga. Sed & translate munera divina dicuntur *l.* 14. *C. de mal. & mathem.* Item munere divinitatis ablutus *l.* 4. *pr. C. Theod. ne sanct. bapt. iteret.*

Munus altero modo onus dicitur *l.* 18. *D. de verb. signif.* & ita differt a *munere* specie sub dono contenta, quæ nomine generis *donum* dicitur. Quam differentiam ita exponit Ulpianus: Munus, inquit, proprie est, quod nec-

cessario obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem. Dona autem proprie sunt, quæ nulla necessitate juris, officii, sed sponte præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est, plerumque laus inest; sed in summa in hoc ventum est, ut non quodcumque munus, id & donum accipiatur, at quod donum fuerit, id munus recte dicatur *l.* 214. *D. de verb. signif.* Vetus glossarium: *Munus κυριως μεν το εξ αναγκης νομω, η εθους η αρχοντων κελευσει γενομενον λεγεται.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat. Munus*, quod muniendi causa impetratum, a quo etiam municipes, qui una munus fungi debent. vide in *municeps.*

Munus autem (hoc sensu) aut publicum, aut privatum est; publicum munus dicitur, quod in administranda Republica cum sumtu sine titulo dignitatis. Ita Callistratus in *l.* 4. §. 1. *D. de mun. & hon.* Javolenus autem in *l.* 239. §. 3. *D. de verb. signif.* Munus publicum, ait, est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio magistratus extraordinarium pervenit. Idem Callistratus in *d. l.* 14. *pr.* ita munus ab honore differre docet, ut hic sit cum dignitate, illud cum sumtu sine titulo dignitatis. Proinde munera, & honores in *l.* 2. §. *ult. l.* 7. *D. de decur.* diversa auctores nostri faciunt. Ceterum ad munus publicum pertinet munus judicis *l.* 79. *D. de jud.* legatio *l.* 27. *D. eod. tit.* tutela vel cura *pr. Inst. de excus. tut.* adversus Modestini sententiam in *l.* 6. §. 15. *D. de excus.* quia tutela non est reipublicæ munus, nec quod ad impensam pertinet, sed civile, cui sententiæ favit & Callistratus in *l.* 17. §. 4. *D. eod. tit.* ubi ita: Eum qui Ædilitate fungitur, tutorem dari idcirco posse, quod Ædilitas inter eos magistratus numeretur, qui privatis muneribus excusati sunt *l.* 17. Nam ex *l.* 13. §. *pen. D. de excus.* excusatio manifestum tutoris jure dati argumentum est. Nec movent, quæ ex *d. l.* 17. §. 2. ejusdem Callistrati verba adferuntur: Eos qui in corporibus sunt, veluti fabrorum, immunitatem habere dicimus, etiam circa tutelarum exterorum hominum administrationem habebunt excusationem, nisi si facultates eorum adauctæ fuerint, ut ad *cetera* quoque *munera publica* compellantur. Non movent, inquam, hæc ultima verba, cum verbum *cetera* ideo a se inserendum Tribonianus existimare potuerit, quod vicerat sententia contraria, qua placuit, tutelam munus publicum esse.

Munus porro est aut personale, aut patrimonii, aut mixtum. Personale generaliter est, quod corporibus, labore cum sollicitudine animi, & vigilantia solemniter existit *l.* 1. §. 3. *D. de muner. & hon.* quod animi provisione, & corporis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetratur *l. ult.* §. 1. *D. eod. tit.* item quod corporis ministerio obitur *d. l.* §. 11. & 26. quod ideo etiam corporale dicitur *l.* 3. §. 3. *D. eod. tit.* corpori indicta officia vocat *l.* 4. §. 2. *D. eod. tit.*

Munus patrimonii vero est, in quo sumtus maxime postulatur *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit.* onera patrimonii vocat *l.* 4. §. *D. eod. tit.* item onera, quæ patrimoniis, vel possessionibus indicuntur *l.* 10. *D. de vacat. & excus. mun.* & munia pecuniaria *l.* 191. *C. Theod. de dec.*

Munera mixta *l. ult. pr. D. de muner. & hon.* decaprotiæ, & icosaprotiæ, quibus, qui fungebantur, præter corporale ministerium, etiam de propriis facultatibus impensas faciebant *d. l. ult.* §. 26. *D. eod. tit.*

Munera deinde sunt vel ordinaria,

ria, vel extraordinaria. Illa sunt quæ lege SCo, constitutioneve Principum injunguntur *l. un. C. de vacat. publ. mun.* Vetus glossarium. Munera ordinaria sunt, quæ ex consuetudine debentur.

Munera extraordinaria, quæ extra ordinem indicuntur *d. l. un. C. eod. tit. l.* 3. *§. pen. C. de Episc. & Cler.* Vetus glossarium. *Munera* extraordinaria sunt, quæ extra ordinem solitum, ex inopinata necessitate contingunt.

Ceterum *Munus* non modo onus publicum dicitur, sed quodvis aliud onus. Ita Ex eo patrimonio, quod munus collationis pati debet *l.* 54. *ad SC. Trebell.* Munere Falcidiæ fungitur fideicommissum *l.*77. §.1. *D. de legat.*2. id est, quod Falcidiam patitur.

Munus tertio significatu notato a Paullo in *d.l.*18. *D. de verb.sign.* est officium, unde munera, ait, militaria. Festus Munus significat officium, quum dicitur quis munera fungi. Munus militiæ adpetere, & contra detrectari *l.*4. §. *D. de re milit.* Qui stationis munus reliquit *l.*3. §.5. *D. eod. tit.*

Munus petitoris, id est partes, vel officium *l.* 73. *D. de re. vind.*

Munera denique ludos gladiatorios veteres vocabant, eoque nomine proprie funebres ludi ab *officio*, ut Tertull. de *spectaculis c.*12. auctor est, adpellabantur, quoniam *officium* mortuis se talibus spectaculis facere, veteres arbitrabantur *Lactant. lib. 9. divin. inst. c.* 20. & primitus quidem vexationes, quæ vocantur munera, Saturno attributæ sunt, Sueton. *in Jul. c.*39. Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium. Bestiis primo quoque munere objiciatur *l.* 1. *C. Theod. ad leg. fab.* Hinc edere munus, *h. e.* spectaculum, seu ludum gladiatorium in *l.* 36. *D. de condit. & demonstr. l.* 122. *D. de legat.* 1. Vide & Apulei. *lib.*4. *&* 10. *metam.* Pet. Fabr. *semestr. lib.* 2. *c.* 11.

MUNUSCULARIUS aquæductus quidam legunt in *l.* 10. *C. de aquæduct.* Alii reponunt *muscularius*, sed perperam utroque modo vide supra *minuscularius* aquæductus.

MUNUSCULUM *l. un. C. Th. ne damn. prov. Novell. Leonis, & Majoriani de Sanctimonial.*

MUREX *l.* 3. *Cod. de vestit. holober.* conchæ genus, cujus cruore infici, ac tingi vestes solebant, ut Plin. *lib.* 9. *c.* 25. uberrime docet Vide & Cassiodor. *lib.* 1. *var. lect. c.* 2.

MURIA ut & oleum forte, garum, mel non sunt esui potuque, sed ea sunt, in quibus esse solemus, id est per quæ solemus esse, ceu docet *l.*3. §.1. *D. de penu leg.* Muriam autem proprie adpellatam aquam sale commixtam, Isidor. *lib.* 20. *orig. c.* 3. scribit. Sed & solutorum a salsamento piscium humor *usuria*, eodem auctore, dicitur. Vide Auson. *Epist.*7. *ad Paulin.* Columell. *lib.* 13. *c.* 16. Majorag. *Miscell. lib.*2. *c.*9.

MURILEGULUS, qui murices tingendæ purpuræ caussa legit. *rubr. C. de murileg.* Alio nomine adpellantur in jure Conchylioleguli, sive Conchyliorum piscatores. Huic autem muneri originis,& conditionis jure addicebantur, adeo ut non possent ad dignitatem ullam, vel militiam adspirare, vel si ad eam adspirassent, revocabantur, redditis bonis, si qua ejusdem originis, & conditionis homines aliquo titulo possiderent. Quod si ea exteri possidissent, maluissentque eidem conditioni se subjicere, quam ea bona restituere, audiebantur, ita ut in futurum essent murilegulis, & in præteritum reliqua publica canonis fisco persolverent.

MURRATUS, *a, um.* Myr-

MYRRHATUS, *a*; *um*. a myrrha. Sic *murrata* potio, Verbum XII. Tab. de quo Festus. Lautissima apud Priscos vina fuisse, myrrhæ odore condita, & inde murrinam non modo inter vina, sed inter dulcia quoque numeratam esse, Plin. *lib.* 14. *c.* 13. ex Plaut. *pseudolo* tradit. Non. Marcell. Murina potio confecta. Varro Anthropopoli. Non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, Murrina, passum, defrutum.

MURREUS, *a*, *um* ex myrrha, vel murra gemma confectum. Ex hac enim pocula fiebant, Chalcedonii nomen, ut notius ei tribuit Agricola. Hinc murrea vasa, quæ ad usum edendi, & bibendi caussa parata essent *l.* 11. *D. de suppellect. legat.* Propertius videtur existimasse hujus nominis vasa fuisse fictilia, cum in Parthorum caminis coqui ea scribat *lib.* 4. *orig.* 5. *v.* 26. Murrea quæ in Partheis pocula cocta facis. Mart. *lib.* 4. *epigr.* 86. Nos bibimus vitro, tu murra Pontice. Quare? Prodat perspicuum ne duo vina calix.

MURRINA vasa ejus generis videntur esse, quod modo dictum est. Nam quod Senec. *epist.* 119. murreum dixit poculum, myrrhinum adpellat *in epist.* 122. absolute myrrhina in *epist.* 123. ubi ea crystallinis adjungit, ut pote pretiosiora, quod facit & Paulus, qui an utraque debeant supellectili adnumerari, dubitat propter eximium usum, & pretium *l.* 3. §. *ult. D. de supell. leg.* de his quoque *l.* 19. §. 19. *D. de aur. arg. leg.* Mart. *lib.* 4. *epigr.* 64. Opimianum morionibus nectar-Crystallinisque murinisque propinat. Plin. *lib.* 37. *c.* 2. de Pompeii victoria. Eadem, ait, victoria primum in Urbem, murrina induxit. Et eodem capite: Oriens murrina mittit. Inveniuntur enim ibi plurimis locis, nec insignibus, maxime Parthici regni, præcipue tamen in Germania. Humorem, putant, sub terra calore densari. Et mox: Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremque, & tertium ex utroque igneſcentem velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Sunt, qui maxime in iis laudant extremitates, & quosdam colorum repercussus, quales in cælesti arcu spectantur. Aliqua & in odore commendatio est.

MURUS. Varro *lib.* 4. *de lingua lat.* Quod aggerem contineret *murus*, quod muniendi caussa manu parabatur, quin sepiebant oppidum, e quo munere murus. Muros municipales nec reficere licet sine Principis, vel Præsidis auctoritate, neque aliquid eis conjungere, vel superponere *l.* 9. §. *ult. D. de rer. div.* vide & *l. ult. D. eod. tit. l.* 2. *l. ult. D. ne quid in loc. sacr.*

Muri civitatis. vid. *Mœnia*.

MUSCULARII aquæductus, pro quo in *l.* 10. *C. de aquæd. minuscularii* legendum esse diximus in voce *munuscularius*.

MUSEARII in *l.* 1. *C. de excus. artif.* perperam vulgo legitur, ae *Musivarii* reponendum esse discimus ex *l.* 1. *C. Th. eod. tit.*

MUSIA pro Mysia in *l.* 16. §. *ult. D. de pœn.* Latinum enim V. græcum υ ψιλον repræsentare ejus loco in referendis dictionibus græcis antiquitus suffici solitum, non est ignotum.

MUSIVARII *l.* 1. *C. Th. de excus. artif. & l.* 1. *C. Just. eod. tit.* a musivo opere, cujus meminit Spart. in *Pescenn. Nigro. c.* 6. Hunc, inquiens, in Commodianis hortis, in porticu curva, pictum de *musivo* inter Commodi amicissimos videmus. Gregor. Turon. *lib.* 5. *histor. c.* 45. Ecclesiam fabricavit, quam columnis fulcivit, variavit marmore, musivo depinxit.

xit. Sic enim illic emendandum est, quemadmodum recte apud Aimonuum *lib.* 3. *de gest. franc. c.* 42. scribitur. Erant vero *musiva*, tessellata ex minutissimis lapillis, vitrisque varii coloris ita coagmentata, ut integras picturas exhiberent. De iis videnda Jo. Calepini *vetera monumenta*, in quibus præcipua musiva opera sacrarum, prophanarumque ædium structura, ac nonnulli antiqui ritus dissertationibus, conibusque illustrantur. *Romæ* 1601. *fol. Hein.* Musina vocat Prateius, & ita Cujacius contendit scribendum apud Firmicum *in fin. c.* 4. *lib* 2. Aut inauratores, aut *mussinarios*.

MUSTUM ex uvis factum *l.* 12. §. 1. *D. ad exhib.* Isid. *lib.* 20. *orig. c.* 3. *Mustum* est vinum e lacu statim sublatum, cujus tanta vis fervoris est, ut vasa quamvis grandia ex eo plena absque spiramine relicta illico disrumpat.

MUTARE tritæ est significationis. Notandæ tamen formulæ. Nec mutat, i. e. nec refert *l.* 52. §. 2. *D. de fidejussor.* non movet, non obest, nec ad rem facit *l.* 11. *D. de usufruct. quemadm. cav. l.* 10. *C. famil. ercisc.* Nec mutari videtur *l.* 36. §. 1. *D. de torm. milit.* id est interesse.

MUTATIONES vel ἀλλαγαὶ in materia cursus publici, quæ & σταθμοὶ, seu stationes dicuntur in *l.* 36. *C. Theod. de curs. publ.* Mentio earum fit *in l.* 15. 17. 18. *C. Justin. & l.* 36. 53. 58. 60. *C. Th. eod. tit. l.* 9. *C. Th. de annon.* ubi a mansionibus separantur, & in hoc differunt, quod in mutationibus equi, & jumenta tantum mutarentur, mansiones vero quieti iter facientium essent destinatæ Barth. *lib.* 45. *adversar. c.* 5. Jac. Gothofr. *Comm. ad l.* 9. *C. Th. de ann.* & Jac. Guth. *de offic. dom. aug. lib.* 3. *c.* 15.

MUTESCERE silere, Omnia mutescant tempora *l.* 17. *C. Th. de pœn.*

MUTIANA cautio. Vide *Muciana.*

MUTILARE, deminuere, Ita *mutilare* urbis commoda *l.* 2. *C. Just. l.* 4. *C. Th. de aqu.* jus *l. ult. C. de long. temp. præscr.* patrimonium *l.* 1. *C. de pericul. nomin.* prata *l.* 2. *C. Justin. l.* 3. *C. Th. de suar.*

MUTILATUS manu ad sacros ordines non potest promoveri juxta *c. exposuisti* 6. *de corpor. vitiat.* Id ipsum & veteribus cautum, monet *declamationum lib.* 4. Seneca, ubi de Metello inquit: Sacerdos integer fit. Metellus Pontifex, cum arderet vestæ templum, dum rapit Palladium, ocula perdidit, sacerdotium illi negatur. Vide Cœl. Rhodig. *lect. antiq. lib.* 12. *c.* 2.

MUTILUS, *a, um.* in *l.* 10. *Th. de tiron.* sunt, qui digitos ad declinandam militiam sibi amputarunt, seu, ut ita textus verba habent, qui spurca amputatione digitum declinant, alias *Muci* dicti. Sed de eo vocabulo *Mucus* quo ex Amm. Marcell. *lib.* 15. *c.* 12. usus est, plura Jac. Gothofr. *in comm. ad d. l.* 10. Car. Dufresne *in glossar. med. lat.* hac voce. Valer. & Lindebr. *ad Amm. Marcell.* & qui in illud majore cura inquisivit Ægid. Menag. *amœn. jur. civ. c.* 3. *p.* 12. *seqq. Hein.*

MUTITARE in vetusto SCo quod a Gellio *lib.* 2. *c.* 24. refertur mutua inter se convivia agitare significat. Quo verbo idem auctor usus est *lib.* 8. *c.* 2. At Turnebus *lib.* 14. *adversar. c.* 18. utrobique rescribendum putat *mutuitare.*

MUTUARE, & MUTUARI est mutuum accipere *l.* 5. §. 13. *D. de institutoria act. & l.* 3. §. 1. *D. de contra. tut. act.* ubi utrumque & occurrit, & utrobique quidem eodem illo sensu. Id quum

in reprehensionem auctoris *de vet. lctor. latinit.* apud Ducker. *p.* 344. incurrat, vir hic doctissimus ostendit, vanam esse eorum observationem, qui *mutuare* interpretantur mutuum dare, *mutuari* accipere, quia veteres, & boni auctores utrumque verbum promiscue pro mutuum accipere usurparunt. *Hein.*

MUTUATIO sumtio mutuæ pecuniæ. Cic. *pro Flacco*: Quum multis minutis mutuationibus fraudaviffet. Et ita *l.* 2. §. 1. *D. ad SC. Vellej.* quod ad fidejussiones, & *mutuationes* pro aliis, quibus interceſſerint feminæ, pertinet. Sic legendum esse, non *mutuidationes*, vult Hottomanus 1. *obſerv.* 5. *&* 4. *obſ.* 14. quia sCum non prohibet, ne mulieres dent mutuam pecuniam, sed ne pro aliis accipiant 1. *obſ.* 14. *in fin.* Sed Cujacius 4. *ad Afr. ad l.* 17. *ad SC. Vellej.* sic accipit, mutui dationes, id est cum mulier alii datura, vel ab eo, qui alii daturus erat, mutuum accepit, & *eod. tractat. ad l.* 19. *eod. tit.* ostendit fidejussione pro alio recipi veterem alienam obligationem, mutui datione pro alio novam recipi. Quapropter, juxta hanc Cujacii observationem, legi recte potest *in d. l.* 2. §. 1. mutui dationes, ut vulgo fit.

MUTUO, id est invicem. Ita prædia quæ mutuo serviebant *l.* 34. *D. de servit. præd. ruſt.*

MUTUS intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur §. 3. *Inſt. quib. non est permiſ. fac. teſt.*

MUTUUM damus, recepturi non eamdem, quam dedimus speciem, sed idem genus. Adpellata est autem mutui datio, quod meum tuum fit *l.* 2. *pr. &* §. 2. *D. de reb. cred.* & apud Cajum *lib.* 2. *Inſt. tit.* 9. §. 1. Ea autem consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensurave constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi ejusdem generis, & qualitatis *l.* 1. §. 2. *D. de obl. & act. pr. Inſt. quib. mod. re contr. oblig.* Ex quibus hanc brevem colligere licet definitionem, Mutui contractum esse reinitum, quo nempe res fungibiles ita dantur, ut fiant accipientis, & tantumdem quandoque in eodem genere reddatur.

Mutui datio etiam acceptionem continet *l.* 2. *D. ad SC. Vellej.* sicuti emtio venditionem *l.* 27. *D. de reb. cred.* vide supra in mutuatio.

Mutuum conciliatum re ipsa non nomine occurrit in Jure nostro. Ut puta si quis ab eo, qui ob deficiens judicium, vel ob potestatem alterius prohibetur mutuum dare, mutuam sumserit pecuniam, nescius aut conditionis, aut juris dantis, eamque statim expenderit, nummi vindicari nequibunt, quippe non amplius exstantes; placuit igitur ex post facto ejusmodi mutuum convalescere *l.* 15. §. 1. *D. de reb. cred. vide* etiam *l.* 12. *&* *l.* 19. §. 1. *D. eod.*

Mutuum palliatum nominant quoque moderni, quod simulato alio contractu initum est. Huc referas contractum, quem aiunt Mohatæ, quo res datur, ut ea vendita pecunia cedat in mutuum, qui filiorum familias ingenio debetur in fraudem Macedoniani Senatusconsulti. Vide Wurffel. *jurisprud. definit.* §. 309. 310.

MYOPS in *l.* 10. §. 3. *D. de ædil. edict.* Myopes autem, juxta Paull. Æginetam *lib.* 3. *Æt. lib.* 7. & Oribasum *lib.* 8. esse dicuntur, qui ita nati sunt, ut, quæ prope sunt, videant, quæ procul non item. Μυωπα vero a Locrensibus αγχραν vocatum Hesychius auctor est.

MYRRINUS, *a*, *um*. Vide supra *Murrinus*.

MYSIA, provincia, quam olim sub Germania habitam, ac deinde sub proprio Præside constitutam fuisse, docet *l.* 3. *D. de off. adsess.* Ac plane Mysiæ Præsidis fit mentio in rescripto Trajani apud Pl. *lib.* 10. *Epist.* 53. Sed & hanc provinciam divisam, & sub duobus Præsidibus constitutam, ait Macer *eadem l.* 3. *D. de off. adsess.* Mysia itaque duplex fuit, inferior, & superior. Illius meminit *l.* 9. *D. de capt. & postlim.* Fit & mentio Mysiæ mediterraneæ, seu Dardaniæ in *l.* 4. *C. de metallar.* & Mysiæ primæ *in l. ult. C. de diverss. off.* In Mysia porro vitium incensores gravissime plecti, tradit Claudius in *l.* 16. §. *pen. D. de pœn.*

MYSTERIUM arcanum religionis, & fidei. Sic Mysteriis Christianis imbuti *l.* 12. *C. Th. de judæis.* In sacris, & secretioribus Dei mysteriis perseverare *l.* 163. *C. Th. de decur.* Sacramentum dicitur mysterium, quod secretam, & reconditam habet dispensationem *cap.* 84. *multi secular. Caus.* 1. *qu.* 1.

Mysterii vox & de hæreticorum, & infidelium ritibus aliquando usurpatur. Sic mysteria exsecrabilia celebrare *l.* 57. *C. Theod. de hæret.* Consueta feralium mysteriorum sepulcra constituere *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* Nullus hæreticis mysteriorum locus pateat *l.* 7. *pr. C. Theod. eod. tit. l.* 2. *pr. C. Just. eod. tit.* ubi male nonnullæ editiones *ministeriorum* legunt. Mysteriorum autem locus est, in quo sacra sua peragunt hæretici.

Mysterii vox figurate de Curialibus, eorumque functionibus, quas sustinere tenentur in *l.* 122. *C. Th. de decurion.* his verbis: Hi namque prærogativa quidem concessæ dignitatis utantur, atque eos præstiti honoris splendor exornet, sed maneant in sinu patriæ, veluti dicati insulis, mysterium perenne custodiant. Vide *Comment.* Jac. Gothofr.

N

NÆVUS excusationis *l.* 6. *C. Th. de agent. in reb.*

NAM particula plerumque causalis est. Sed & sæpe inceptiva, idemque valet quod *plane*, ut Donat. *in Hecyr. Tevent. Act.* 2. *sc.* 2. notat, Plautique testimonio comprobat. Sic apud Val. Max. *lib.* 8. *c.* 5. & in *l.* 1. §. *ult. D. de ver. divis. l.* 85. §. 5. *de verb. obl. l.* 3. *in fin. D. de test. milit.* ut & in *l.* 10. *C. si cert. pet.* In hac tamen Cujacius, & Donellus existimant vocem *nam* usurpari continuative, veriusque esse ait Donellus, particulam hanc semper esse causalem. Quod & Cujacius in *l.* 18. *C. de jur. dot.* observat.

Nota porro Nam ecce *l.* 5. §. 9. *D. quod vi aut clam.* Nam enim *l. ult. D. de verb. signif.*

Nam pro sed *l.* 1. §. 3. *D. de calumn. l.* 8. §. 17. *D. quib. mod. pign. vel hypoth. l.* 19. §. 2. *D. de judic. l.* 2. *D. de cond. & demonstr.*

Nam abundat in *l.* 101. §. 2. *D. de verb. signif.*

NAMUSA. Namusam cum audis in *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Ausidium Namusam intelliges, de quo etiam *l.* 52. §. *ult. D. pro socio l.* 20. *D. de opt. vel elect. leg. l.* 2. §. 6. *D. de aqu. & aqu. pluv. l.* 5. §. 7. *D. commod. l.* 40. §. 3. *D. de cond. & dem.* Refert Pomponius *d. l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Ausidium Namusam octo illustriorum Servii Sulpicii auditorum opera digessisse in centum quadraginta libros. Hos ipsos vero esse libros collectaneorum, vel conjectaneorum, quos ob locum Gellii *lib.* 6. *c.* 5. Alfeno Varo tri-

tribuunt, acute conjicit Bynkersh. *lib.8. obſ. c.* 1. ubi & oſtendit, idem conjectaneorum volumen laudari, quoties in Pandect. citentur Serv. Sulpicii auditores, vel auctores, veluti ab Ulpiano *l.* 1. *§.6. D. de aqu. & aqu. pluv. l.* 6. *D. de dote præleg. l.* 12. *pr. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Hein.

NANCISCI, adipiſci, conſequi, adquirere. Sic *nanciſci* actionem *l.* 65. *§.* 9. *D. ad SC. Trebell.* cauſſam *l.* 2. *D. de ſtatulib.* dominium *l.* 1. *D. de adquir. rer. dom.* exceptionem *l.*66. *D. de reg. jur.* facultatem *l.* 4. *§.*7. *D. de uſurp. & uſuc.* fructus *l.* 12. *§.* 5. *D. de uſufr.* juriſdictionem *l.* 4. *§. ult. D. de eſſ. proconſ.* jus *l.* 7. *§.* 12. *D. de interd. & releg.* libertatem *l.* 5. *C. ſi mancip.* occaſionem *l.*31. *D. de mort. cauſ. don.* poſſeſſionem *l.* 37. *D. uſurp. & uſuc.* poteſtatem *l.* 28. *§.* 1. *D. de liber. & poſth.* proprietatem *l.* 5. *C. ut in poſſeſſ. legat.* rem *l.* 4. *§.*7. *D. de adquir. poſſeſſ.* ſacerdotium *l.* 13. *D. de vacat. & excuſ.* tabulas *l.* 32. *D. de furt.* tutelam *l.*9. *D. de legit. tut.* Alias *Nanciſci* juxta vim totam verbi non eſt ſimpliciter adquirere, ſed, ut Donatus in *Hecyr. Terent.* adnotavit, nanciſci proprie dicitur, qui paratus ad retinendum, antequam poſſit reperire, quod teneat ſtatim, quod occurrerit, prehendit.

NARBONENSIS provincia, cujus meminit *l.* 2. *§.* 32. *D. de orig. jur.* etiamnum Provinciæ nomen retinet, & olim Germanici juris fuit. Narbonenſes in Viennenſi juris Italici ſunt, ait *l. ult. D. de cenſib.*

NARDUS, vel nardum. *Nardum* purum, unguentorum adpellatione contineri, licet valetudinis cauſſa eo ungamur, tradit Pompon. *l.* 21. *§.* 1. *D. de aur. arg. legat.* additque, hoc quidem etiam, quo elegantiores ſint, & mundiores ſint, unguntur feminæ. Ac plane nardum præcipuum in unguentis eſſe, ait Plin. *lib.*12. *c.*12. ex quo nardi deſcriptionem pete, ut & uſum in re medica ex *lib.* 21. *c.* 20. Talis nardus pura procul dubio fuit ναρδος πιστικη, qua Dominum Jeſum, Bethaniæ cœnantem inunxit mulier *Marc.* 14. *v.* 3. πιστικη, nempe eſt πιστη pura, genuina, vera, non adulterata. Nam & Cedrenum πιστικος pro πιστος dixiſſe obſervavit Caſaubonus. videſis, quem citat Heinecc. Wolfſium *cur. philolog. & crit. in nov. Teſt. Tom.*1. *p.* 520. *ſequ.*

Nardi ſtachys in *l. ult. §.* 7. *D. de publ.* Speciebus ad vectigal pertinentibus adnumeratur. Stachys autem nomine ſuo græco ſpica eſt. In elegantibus Cod. Humelbergii Comment. legimus nardum fruticem eſſe odoratum, in India naſcentem, cujus ſpicæ, & folia in honore ſunt, & celebrantur, eſſeque hujus nardi ſpicam longe aliam ab iis, quæ vulgo vocantur ſpica nardi, & lavendula. Spica autem nardi nos carere late proſequitur Brunsfelſius in herbarii ſui Tomo ſecundo. Eſt autem radix, licet ſpica dicatur, vide Mathiol. *lib.*1. *Comment. Dioſcor.*

NASCI de homine dicitur paſſim in legibus noſtris. Sic naſcitur patri filius *l.*43. *D. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Qui ex me, & uxore mea naſcitur *l.* 4. *D. de his qui ſui vel alien. jur.* Natum plane accipimus etiam utero exſectum. Quamvis enim natus ab eo, qui poſt mortem matris exſecto ventre ejus extractus eſt, ſeparetur *l.* 11. *§.* 5. *D. de publician. l.* 6. *D. de inoff. teſt.* & falſum ſit eam peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt *l.* 132. *§.* 1. *D. de verb. ſignif.* attamen &

ea mulier, quum moreretur, creditur filium habere, quæ excisо utero edere possit *l.*141. *D. eod. tit.* Hinc & illum natum accipimus, qui exsecto ventre, (puta viva matre) editus sit, nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur in potestate: Quin etsi non integrum animal natum sit, cum spiritu tamen illud natum dicimus *l.* 12. *pr. &* §. 1. *D. de lib. & posth.*

Sed & animalia quævis *nasci* dicuntur, ut Animalia, quæ in cœlo, terra, mari nascuntur *pr. Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

Nasci etiam dicuntur res inanimatæ, corporales. Sic *nascitur* aqua in fundo *l.* 30. *D. de servit. præd. rustic.* arbor *l.* 30. §. 1. *de adquir. rer. dom.* fructus *l.*45. *D. de usur.* insula *l.* 1. §. 6. *D. de flum.*

Nasci denique incorporales res, & jura dicuntur. Sic nascitur actio *l.* 38. §. *ult. D. de verb. oblig.* bonorum possessio *l.* 8. §. 5. *D. de bonor. possess. contr. tab.* condictio *l.* 69. §. *ult. D. de legat.*2. contemtio dignitatis *l.*19. *D. de offic. præsid.* crimen *l.* 1. *D. ad Leg. fab. de plag.* exceptio *l.*2. *D. de recept. arbitr.* interdictum *l.* 40. *D. de solut.* Liberatio *l.* 94. §. 1. *D. de solut.* obligatio *l.* 5. *pr.* §. 1. *D. de præscr. verb.* peculium *l.* 40. *pr. &* §. 1. *D. de pecul.* petitio *l.*1. §.21. *D. de collat. bon.* querela inofficiosi *l.*8. §.10. *D. de inoff. test.* vide porro in *natalis.*

Nassa cum retibus, fuscinis, naviculis, & hamis instrumento piscatoris continetur Paull. *lib.*3. *Sent. tit.*6. §.66.

Natalis, *e. Natalis* dies *l.* 31. §. 8. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 7. *C. de fer.* professio *l.* 6. *C. de fid. instrum.* Usurpatur etiam substantive pro die natali. Sic natalis sui die *l.* 3. §. 3. *D. de minor.* natali suo *l.* 5. *D. qui test. fac. poss.* Natalem autem diem dicebant Romani veteres non modo eum, quo lucem mundi adspexissent, sed & eum, quo honores in Republica amplissimos, ut consulatum, consequuti essent; qua quidem ex opinione a Cicerone in oratione post reditum ad Quirites dictum, a parentibus, id quod necesse erat, parvus sum procreatus, a vobis natus sum Consularis. Sed & clarius multo apud Sallustium in Oratione Cottæ his verbis, nam si parricida vester sum, & bis genitus hic, deos penates meos, patrumque & summum imperium vilia habeo. Et qui exilio revertebantur, tamquam renasci videbantur; certe diem, quo redibant, *natalem* redditus sui vocabant. Cicero *ad Atticum.* Ad quæ recuperanda, ait, per fortunas incumbe, ut fecit, diemque natalem reditus mei cura, ut in tuis ædibus amœnissimis agam tecum, & cum meis. Turn. *advers. lib.* 3. *c.* 4.

Nec homines tantum, sed & urbes habebant suos natales *l.* 7. *C. de fer.* Sic natalis urbium regiarum Cassiod. *lib.* 6. *hist. tripart. c.* 30. Quorum verborum explicationem pete ex Brissonii *observationum divini & humani juris* libro. Vide & Sozom. *lib.*5. *Hist. Eccles. cap.* 16. & Suid. *in verbo* μιλιον.

Natalis, & natalitium dicitur dies obitus alicujus sancti, qui ut sæculo moritur, sic tunc cœlo nascitur Cypr. *epist.* 33. Euseb. *hist. eccl. lib.* 4. *c.* 15. Vox hæc etiam usurpata in festo translationis reliquiarum.

Natalis calicis, dies cœnæ Domini adpellatur, quia Christus in ea celebrationis initium fecit.

Natalis Cathedræ S. Petri, cujus festum celebratur.

Na-

Natalis Templi, basilicæ, seu ejus dedicationis.

Natales pluraliter Sosipat. *lib.* 1. *p.* 13. generis nobilitatem significare, ait, & ita accipitur *l.* 46. §. 1. *&* *l.* 10. *l.* 13. *C. de prob.* Sic natalium dignitas *l.* 7. *C. de postl. reversi.* Natalium origo *l.* 14. §. 3. *D. de mun. & hon.* Natalibus reddi, restituique *l.* 4. *D. de jur. aur. annul. l.* 3. *l. ult. D. de natal. restit.* Quod quidem de libertino dicitur, qui ingenuus a Principe est factus. Illis enim utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines nati fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum ipse servus natus esset *l.* 2. *D. eod. tit.* Plin. *lib.* 10. *Epist.* 77. Postulantibus quibusdam, ait, ut de agnoscendis liberis, restituendisque natalibus cognoscerem. Hoc restitutionis jus Justinianus τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον, seu *regenerationis* jus vocat *Nov. Const.* 78. *c.* 1.

NATALITIUS, *a*, *um.* Natalitii dies urbium maximarum, Romæ, & Constantinopolis *l.* 7. *C. de fer. l.* 2. *C. Th. eod. tit.* Natalitium munus *l.* 194. *de verb. signif.* Solebant nempe diebus natalibus munera accipere honoratiores atque amici. Mart. *Epigr.* 9. 54. Natali tibi, Quinte, tuo, dare parva volebam-Munera, tu prohibes, imperiosus homo es. Et alibi *lib.* 8. *epigr.* 64. lepide exagitat Clytum, qui ut nova semper munera natalitia auferret, septies, octiesve in anno natalem celebrabat. Vide Hein. *Antiqu. Rom. ad Inst. lib.* 2. *tit.* 7. §. 6.

NATIO pro gente, ex qua quis natus est. Natio servi plerumque aut provocat, aut deterret emtorem. Etenim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sunt non infamata, quosdam malos videri, quia ex natione sunt, quæ magis infamis est *l.* 31. §. 21. *D. de ædil. edict.* Nationes quædam, veluti Sarmatarum *l.* 25. *D. de instr. vel instr. leg.*

NATIVITAS *l.* 1. *D. de mun.* Nativitatis veritas *l.* 2. *C. de ordin. jud.*

Nativitas Domini, omnium festivitatum palmaria. Postquam illa in Ecclesiis celebrari cœpit, orientales eam observarunt VIII. idus Jan. sive VI. die Januarii, Romani vero VIII. Kal. Jan. sive XXV. Decembris, qui mos postea etiam apud Græcos obtinuit, Crisost. *hom.* 21. Vulgo dies illa sol novus adpellabatur Voss. *diss. de temp. nat. Christi parte altera*, quia ab hac die crescere solet dies Ambros. *Serm.* 16. A nativitate Christi etiam annos numerandi ratio post Dionysium Exiguum invaluit Aug. *Serm.* 21. *de S. S.* In Ecclesia Romana hodie tres missæ nocte, & die habentur. Missa præterea in hac nocte ante ejus medietatem celebrari solet in capella Papali, & in Ecclesia S. Marci Venetiis. Peragitur in eadem nocte benedictio gladii imperialis, & ducalis pilei. In officio hujus noctis cooperiebatur Altare tribus velis diversorum colorum.

NATIVUS, *a*, *um.* Nativus color *l.* 70. §. 22. *D. de legat.* 3. Nativa curia, in qua, quis statim ut natus est, curialis esse cœpit *l.* 122. *C. Th. de dec.* Nativa libertas *l.* 7. *pr. C. Just. l.* 10. *pr. C. Th. de mur.*

NATU. Qui grandes natu sunt *l.* 11. *D. de decur.* Minor viginti quinque annis natu *l.* 3. §. 5. *D. de min.*

NATURA pro mundo, quam Philosophi ajunt naturatam. Quo pertinet formula, in rerum natura esse, pro in mundo esse. Ut cece si duobus res conjunctim legata sit, quamvis alter in rerum natura non fuerit *l.* 26. *D. de legat.* 3. Qui in utero sunt,

in toto pene jure civili intelliguntur in rerum natura esse *l.26. D. de stat. hom.* Si hereditas venierit ejus, qui vivit, aut nullius sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit, quod venierit *l.* 1. §. 1. *D. de hered. vel act. vend.* Si res, quæ legata est, an in rerum natura sit, dubitetur *l.69. §. ult. D. de legat.* 1. Opera in actu consistit, nec autem in rerum natura est, quam si dies venit, quo præstanda est *l.* 1. *D. de oper. serv.* Atque ita a natura recedere dicitur pro mori in *l.* 3. *C. de confess.* Contra naturam recipere est ad existentiam pervenire. Ut si id quod in confessionem venit, & jus, & naturam recipere potest *l.* 14. §. *ult. D. de interrog. in jur. fac.*

Natura alio significatu Deus ab aliis intelligitur. Ita Senec. *lib.*4. *de benef. c.* 7. Quid enim aliud est natura, quam Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus ejus insita? Et ita hoc vocabulum Jurisconsultos, qui Stoicos fere semper sequuntur, pro Deo passim usurpasse, probat Cujacius in *l.* 1. §. 2. *D. de just. & jur.* Suntque huc pertinentes phrases: Omnes fructus rerum natura hominum gratia comparavit *l.* 28. *D. de usur.* Cujus causa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit *l.* 1. §.7. *D. de Ædil. edict.* Natura id omnia animalia docuit *d. l.*1. §. 1. *D. de just. & jur.* Et hæc est natura, quam philosophi aiunt naturantem.

Natura alio sensu a D. Augustino *lib.*2. *de morib. hæret.* nihil aliud esse dicitur, quam *id quod in unoquoque genere intelligitur aliquid esse.* Quod si pluribus ineat, horum communis natura dicitur, quemadmodum Imperat. Manuel' *or.*3. naturam, ait, omnibus communem, & quæ ejus sunt, nobis communia, ac ne regem quidem superiorem esse. Alias cuique rei sua natura est. Sic natura actionis *l.* 14. §. 13. *D. de religios.* agri *l.* 2. §. 6. *D.* *de aqua & aqu. pluv.* aquæ *l.6. D. de aqu. quotid.* cavillationis *l.* 177. *D. de verb. signif.* contractus *l.*7. §. 5. *D. de pact.* & ceterarum rerum, sive corporalium, sive incorporalium, quemadmodum & hominis. Sic humanæ naturæ congruum *l.* 65. §. 3. *D. de legat.* 3. natura masculorum, i. e. sexus *l.* 17. *C. Theod. de pret. & quæst.* Neque natura rerum recipit, ut per eum aliquid possidere possimus, quem civiliter in mea potestate non habeo *l.* 23. §. *ult. D. de aquir. vel amitt. poss.* Acceptilatio non sua natura agit *l.* 5. *D. de reseind. vend.* id est, non propria vi & potestate.

Natura sæpe intelligitur qualitas, cum qua quid statim natum est. Sic qui natura spadones sunt *l.* 128. *D. de rei vind.* sua natura corrupta vina *l.* 15. *D. de peric. & comm. rei vend.* Natura sterilis *l.* 14. *D .de Ædilit. edict.* commota contra naturam fera *l.* 1. §. 7. *D. eod. tit.*

Natura & facto hominis opponuntur. Ita sui natura patefactæ tabulæ *l.* 10. §. 1. *D. testam. quemadm. aper.*

Natura pro ordine instituto ab auctore mundi, ut in his phrasibus: Natura non permisit, simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere *l.* 15. *D. de statu hom.* Quum mulier uterum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare potest, quod quidem post certum tempus conceptionis eveniet *l.*30. §.6. *D. de adquir. vel amit. hered.* Naturæ concedere, id est mori *l.* 1. *C. ad SC. Tertull.*

Natura pro aggregato virium ad corpus vita præditum pertinentium. Sic Quantum in natura homi-

hominum sit *l.* 38. *D. de reb. cred.* Impossibilis conditio, cui natura impedimento est, quominus existat, veluti si cœlum digito attigero §. 11. *Inst. de inutil. stipul.*

Natura seu ex corpore provenire, & jure, seu ex conventione percipi separantur *in l.* 62. *D. de rei vind.* his verbis: Vectura sicut usura non natura provenit, sed jure percipitur.

Natura pro necessitatibus. Sic naturæ restituere, i. e. heredibus naturalibus *l.* 9. *C. Theod. de hered.*

Natura juxta Thom. Magistrum *de verb. astic.* ab essentia separatur. Essentia enim est ipsa cujusque rei subsistentia (ὑπαξις): Natura autem vis, quæ cuique rei inest. Sic natura terræ est, proferre herbas, natura ignis calefacere.

Ita quidem varie philosophi, aliique *naturæ* vocabulum accepere. Egregie vero legi naturali definiendæ accommodatam ejus vocis definitionem tradit Vir clariss. Sigism. Lud. Lerberus in *summa Legis naturæ c.* 2. quod est *de natura*, ubi hanc plerumque intelligi ait, constitutionem rei cujusque illam, qua res ad consequendum, quem ei Dominus Deus assignavit finem, apta efficitur. Cum autem Lex naturæ cum ratione naturali, finium scilicet, ad quos res singulæ hoc illove modo constitutæ sunt, copulata sit, hinc *naturam* recte pro lege naturali dixeris cum Legibus nostris. Ut ecce: Hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem *l.* 14. *D. de condict. indeb.* id est, jure naturæ, ut est in *l.* 206. *D. de reg. jur.* Natura mare omnibus patet *l.* 13. *D. commun. prædior.* Naturæ religio flagitat *l.* 28. *C. de inoff. test.* Liberos naturæ simul, & parentum commune votum ad parentum bona admittit *l.* 7. §. *ult. D. si tab. test.* Et hoc sensu natura dicitur esse communis *l.* 12. §. *ult. D. de accus.* Et quod dicitur, aliquem contra naturam dominio alieno subjici *l.* 4. §. 1. *D. de stat. hom.* intelligendum est, fieri præter jus naturale, illud scilicet, quod vocamus primarium, quo nempe servus nullus est, nullusque dominus.

NATURALIS, *e.* quod a rei natura est in se spectata. Sic Naturale vitium esse dicitur, negligi quod communiter possidetur, utque se habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur *l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars.*

Naturale alio sensu dicitur quidquid naturæ convenit, ut Naturalis adpellatio *l.* 40. *D. de verb. signif.* adfectus *l.* 28. §. 3. *D. de liber. legat.* intellectus, i. e. significatus *l.* 5. *D. de serv. export.* Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvi, quo colligatum est *l.* 35. *D. de reg. jur.* Si eum qui in potestate patris esset, respondisse, filium meum esse, ita me obligari (ait Ictus) si ætas ejus pateretur, ut filius meus esse posset, quia falsæ confessiones *naturalibus* convenire deberent *l.* 13. *D. de interrog. in jur. fac.*

Naturale in specie dicitur id, cujus ratio in natura ipsa magis quam in civili instituto continetur. Ita naturalis æquitas, quæ opponitur civili *l.* 1. *pr. D. si is qui test.* Indebiti solutio naturalis est *l.* 15. *D. de condict. indeb.* Naturale debitum *l.* 40. §. 3. *D. de cond. & dem.* Naturale jus *l.* 1. §. 3. *D. de justit. & jur.* item Naturalia jura *l.* 8. §. 7. *D. de bon. possess. contr. tab.* Naturalis lex *l.* 1. §. *ult. D. de furt.* quæ & naturalis ratio dicitur *l.* 9. *pr. D. de just. & jur.* Naturalis obli-

gatio, quæ a civili separatur *l.* 13. *pr. & l.* 38. *D. de cond. indeb.* quæ & naturale vinculum *l.* 59. *D. eod. tit.* & naturalem habere præstationem dicitur *leg.* 8. *D. de capit. minut.* Naturalis est omnium gentium locatio *l.* 1. *D. locati.* Et ita cognati nomen naturale est *l.* 10. §. 1. *D. de grad.*

Naturale autem hoc modo dicitur duplici sensu, vel ut ab iis separetur, quæ civili tantum ratione sunt introducta, vel, ut ab iis distinguatur, quæ de facto quidem, seu naturali ratione qualitatem quamdam, & vim habent, sed civili lege nec sustinentur, nec attenduntur.

Priori sensu *naturalis* obligatio, maxime quoad causam efficientem, opponitur civili *in l.* 126. §. *ult. Versu supereſt. D. de verb. obl.* ubi Paulus illam dixit, quæ ex naturali facto, id est, numeratione oritur, ad differentiam ejus, quæ verbis (solemnibus jure civili institutis) contrahitur. Ita etiam adoptivæ, utpote meræ civili, opponitur naturalis cognatio, & familia *l.* 4. §. 2. *D. de gradib. & adfin. l.* 1. §. 4. *D. unde cogn.* Quemadmodum *naturalis* avus *l.* 1. §. 12. *D. de ventr. in poſſ. mitt.* naturalis filius *l.* 5. *D. de gradib. & adfin.* naturalis frater, soror *l.* 10. *D. de manum. vind.* naturales liberi *l.* 5. *D. de his qui ſui, vel alien. jur.* naturalis soboles *l.* 2. *C. de adopt.* naturalis pater *l.* 29. *D. de adopt. l.* 6. *l.* 8. *D. de in jus voc. l.* 7. §. 1. *D. de Carb. edict.* §. 13. *& l.* 14. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* naturales parentes *l.* 6. §. *ult. D. de bon. poſſ. contr. tab.* omnes in dictis legibus opponuntur adoptivis.

Posterioris sensus, quo nempe naturale id dicitur, quod de facto tantum est, nec civili lege sustinetur, exempla sunt quoque in ipsa cognatione. Ita enim opponuntur legitimis *naturales* liberi, qui nempe vulgo, vel extra nuptias quæsiti, vel ex serva nati, vel in servitute susceptı sunt, uti *l.* 3. *pr. D. de liberal. cauſ. l.* 38. *D. de reb. auct. jud. poſſid. l. ult. C. de confirm. tut. Rubr. & tit. C. de natur. liber.* Isidorus *lib.* 9. *orig. c.* 3. Filios *naturales* definit ingenuarum concubinarum filios, quos sola natura genuit, non honestas conjugii. Quæ verba transcripsit Gratianus *in can. ult. quæſt.* 32. Theophilus *in* §. *ult. Inſt. de nupt.* Si cum muliere aliqua rem habui, cujus mihi matrimonium legibus interdictum non fuerat, habui tamen cum ea consuetudinem, non ut cum uxore, sed cum meretrice forsan, vel cum concubina, & ex ea nati sunt liberi, in potestate mea hi non sunt, quia matrimonium non præcessit, sed naturalis (φυσικος) est filius. Thomas Magister *naturalem* filium, ait, e stupro natum, cui opponitur legitimus, & huic rursus nothus, quem νοθευτον vocant D. Augustinus *lib.* 4. *adv. Julian.* Ac per hoc, ait, & ea, quæ cum feminis committuntur stupra laudatis, quia & illic usus naturalis est, quamvis damnatus, quia legitimus non est. Unde & filii non legitimi, sed naturales vocantur, qui inde nascuntur Idem *lib.* 6. *confeſſ. c.* 13. *&* 15. Naturalem, ait, filium suum appellat, ex ea susceptum, quam unam habebat, non legitimo conjugio cognitam, sed vago ardore, & prudentiæ inopia indagatam. Et ita *naturalis* filius accipiendus est in *l.* 7. *D. de confirm. tut.* Vid. infra in *ſpurius.*

De servo autem *naturali* filio ejus, qui eum in servitute suscepit (ideo naturali dicto, quod servorum nullæ sunt nuptiæ, nec adeo-

adeoque liberi horum dicuntur civiliter legitimi) verba hæc sunt: Libertinum, qui filio suo naturali, quem in servitute susceperat, postea manumisso, pupillam suam, eamdemque patroni sui filiam in matrimonio collocavit, ad sententiam Amplissimi ordinis, qui hujusmodi nuptias interdicendum putavit, pertinere, dubitari non potest *l.* 4. *C. de interdict. matrim.* Et de naturali filio, quem dominus ex ancilla susceperit hæc legimus: Si ea lege Chrestes servum suum, sed naturalem filium venumdedit *l.* 2. *C. si mancip. ita fuerit alien.* Qui filium naturalem possidet, non eo locupletior est, quod eum plurimo, si alium possideret, redemturus fuit *l.* 33. *D. ad leg. aquil. l.* 66. *D. ad leg. falc.* Et eo indirecte spectant verba hæc, si quis ingenuam ab hostibus redemtam eo animo secum habuerit, ut ex ea susciperet liberos, & postea ex se natum sub titulo naturalis filii cum matre manumiserit *l.* 21. *pr. D. de captiv. & postl.* Et ita naturales filii accipiuntur apud Paul. *sent. lib.* 5. *tit.* 6. §. *ult.* Quin hoc quoque non solum eos, quos ex libera muliere quis extra matrimonium suscipit, spectare videtur *l.* 17. *D. ad SC. Trebell.* De filiis naturalibus a domino parente naturali manumissis verba hæc sunt: Lucius Titius libertis suis, iisdemque filiis naturalibus universas res suas tradidit *l.* 17. §. 1. *D. quæ in fraud. credit.* Simili ratione *naturalis* pater dicitur, qui ex concubinatu, vel ancillæ consuetudine, non ex justis nuptiis suscipit *l.* 40. *pr. D. de fideic. libert. l.* 19. *D. de manumiss. l.* 88. §. 12. *D. de legat.* 2. Et ita naturalis pater justo opponitur *l.* 3. *C. ad leg. jul. de adult.* Denique naturalis cognatio per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per feminam descendit, quæ vulgo liberos peperit *l.* 4. §. 2. *D. de gradib. & adfin.*

Naturale pro corporali, ut naturalis possessio *leg.* 38. §. 8. *D. de usur. l.* 2. §. *ult. D. pro hered. l.* 1. *D. de adquir. vel amitt. possess.* id est, corporalis, ut loquitur *l.* 40. §. *ult. D. de pign. act. l.* 24. *l.* 25. §. *ult. D. de adquir. vel amitt. possess.* quum videlicet quis corpore rei incumbit, eaque civili possessioni, quæ animo dominii, & affectu retinetur, opponi solet. Ita commodatarii & depositarii possessio naturalis dicitur, his verbis: Si possessionem naturalem revocem, ut in deposito, & commodato *l.* 38. §. 8. *D. de usur.*

Naturale pro eo, quod a nativitate est, sic naturale nomen dicitur id, cui quis ipsa nativitate sua obstringitur *l.* 123. *C. Th. de decurion.*

Naturale seu ingenitum, ut *Naturalis* bonitas vini, aut olei §. 13. *Inst. ad leg. aquil.* color *l.* 70. §. 12. *D. de legat.* 3. feritas *l.* 1. §. 1. *D. si quadrup. pauper. fec.* libertas *l.* 3. *D. de adquir. rer. dom.* laxitas *l.* 44. *D. de adquir. rer. dom.* vitium loci *l.* 24. §. 2. *D. de damn. inf.* facilitas *l.* 17. *D. de recept. arb.*

Naturale separatur a facto hominum. Ita *naturalis* agger, qui a manu facto differt *l.* 2. §. 6. *D. de aqu. & aqu. pluv.* alveus fluminis *l.* 7. §. 4. *D. de adquir. rer. dom.* maturitas *l.* 42. *D. de usu & usufr. leg.* Naturali vi, vel terræ motu *l.* 59. *D. locat.* naturalis interitus *l.* 14. §. *ult. D. depos.*

NATURALITER interdum est naturali jure. Sic naturaliter obligabitur pupillus, in quantum locupletior factus est *l.* 5. *D. de auct. & cons. tut. & cur.* Dum-

mo-

modo sequens obligatio, aut civiliter teneat, aut naturaliter, ut puta, si pupillus sine tutoris auctoris auctoritate promiserit *l.* 1. §. *uls. D. de novat.* Naturaliter etiam servus obligatur *l.* 13. *D. de cond. indeb.* ubi mere naturalis, nec civilis obligatio intelligenda. Servi enim ex contractibus civiliter quidem non obligantur, sed *naturaliter* & obligantur, & obligant, ait *l.*14. *D. de obligat. & act.* Ac plane cum servum debere, vel servo deberi dicimus, factum magis demonstramus, quam ad jus civile referimus obligationem *l.*41. *D. de pec.*

Alias *naturaliter* est ratione obvia, cum juris stricti naturalis, tum politica. Sic naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se circumscribere *l.* 22. §. *ult. D. locat.* In pretio emtionis, venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire *l.* 16. *D. de minor.* Ibi verbum circumvenire non promiscue, sed cum modo est accipiendum. Ecquis vero hoc admittendum censebit, quod ait *l.* 9. §. 7. *D. de pec.* Licere etiam servis naturaliter in suum corpus sævire? Cum hominis vita, & corpus non ita sua sint, ut perdere liceat, nec naturali lege nec politica ratione.

Naturaliter interdum significat corporaliter, re ipsa, & ut vulgo loquimur *realiter*. Et ita quoque *naturaliter*, & *civiliter* opponuntur. Sic ea, quæ civiliter adquiruntur, veluti stipulatio, quod naturaliter adquiritur, sicuti est possessio *l.* 53. *D. adquir. rer. dom.* Possessio, nisi naturaliter comprehensa, ad heredes institutos non pertinet *l.*23. *D. de adquir. poss.* id est, nisi corpore adprehensa, ut *l.* 51. *D. eod. tit.* Possessor non solum qui civiliter, sed & qui naturaliter incumbit possessioni *l.*3. §. *ult. D. ad exhib.* Naturaliter interrumpitur possessio, id est, facto naturali, & corporali, quum quis de possessione vi dejicitur, vel res mobilis ei eripitur *l.* 5. *D. de usurp. & usuc.* Atque hoc sensu *naturaliter* aliquando accipitur, ut *to civiliter* excludat, quasi diceretur mere naturaliter, ut in his phrasibus: Coloni, & qui depositum susceperunt, naturaliter possident *l.* 7. §. 11. *D. comm. divid.* Naturaliter possidere videtur, qui usumfructum habet *l.* 12. *D. de adquir. poss.* Servus a fructuario naturaliter tenetur *l.* 49. *D. de adquir. poss.* Peculium servus civiliter quidem possidere non potest, sed naturaliter tenet *l.* 24. *D. eod. tit.*

Rursus *naturaliter* pro corporaliter, & realiter habetur quoque in his exemplis: Verborum obligatio, aut naturaliter resolvitur, aut civiliter. *Naturaliter*, veluti solutione, aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa promissoris in rebus humanis esse desiit; *Civiliter*, veluti acceptilatione, vel cum in eamdem personam jus stipulantis, promittentisque devenit *l.* 107. *D. de verb. oblig.* Solutam pecuniam intelligimus utique naturaliter, si numerata sit creditori *l.* 49. *D. eod. tit.*

Naturaliter quoque idem est, ac sui natura. Ita Aperire autem (tabulas) hic ille videtur, qui *naturaliter* aperit, sive sint signatæ, sive non sint ligatæ, sed tantum naturaliter clausæ *l.* 3. §. 19. *D. ad SC. Silan.* Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter, linum autem inciderit *eidem l.* 3. §. 23. *D. eod. tit.* Debiti, vel non debiti ratio in contradictione naturaliter intelligenda est *l.*64. *D. de cond. ind.* Semper inferior ager superiori servit, at-

atque hoc incommodum naturaliter patitur inferior ager a superiore *l.* 11. §. 12. *D. de aqu. & aqu. pluv.* Earum rerum naturaliter inter se pugna est, testatus, & intestatus *l.* 7. *D. de reg. jur.*

Sic & *naturaliter*, & *opere facto* opponuntur *l.* 1. §. 10. *D. de aqu. & aqu. pluv.* Servitus naturaliter, non manu facto lædit fundum servientem *l.* 20. §. 1. *D. de servit. præd. rustic.* Naturaliter nigrum *l.* 70. §. 12. *D. de legat* 3.

NATALIA vasa *l.* 19. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* fortassis positum est pro *nivalia*, vel *nivaria*, vide infra *Nivarius*. Nam dicta in lege de navalibus vasibus, in quibus onera recondita in naves imponuntur, agi, ut quidam interpretantur, haud facile quisquam sibi persuadebit.

NAVALIS, *e.* Navalem functionem sustinent prædia *l.* 15. *C. Just. de omni agr. deser.* De hac perperam Brissonius citat *l.* 15. *C. Th. de Sen. & de glebali*, ubi *glevales*, non navales functiones legimus.

NAVARCHIA. Navarchiæ functioni obnoxiæ facultates *l.* 20. *C. Th. de navic.*

NAVARCHUS, qui navibus præest *l. un. C. de bon. poss. ex testam. milit.* Navarchorum coetus *l.* 32. *C. Theod. de navicul.* Concilium nempe, & corpus speciale cujusque loci erat Naviculariorum, veluti Alexandrinorum, & Carpathiorum, qui & Navarchorum coetus dicebatur, ad quem, ob justam navicularii culpæ præsumtionem, naufragii dispendium pertinebat, seu recedebat, inter omnes pro rata muneris dividendum. Vide Gothofred. *Comment. ad dict. leg. C. Th.* sumtum omnem in Classem frumentum, stipendio, ceteriscque rebus Navarcho suo quæque Civitas dare solebat Cic. *in Verr.*

NAUCELLA. Naucellæ piscium caussa præparatæ *l.* 17. §. 1. *D. de instr. vel instr. leg.* Idem ac naucula, vel navicula, id est cymba piscatoria.

NAUCLERUS. De naucleris mentio est in *l.* 1. & 2. *C. de navicul.* Eadem fere accipiuntur significatione ac navicularii, de quibus mox: Alius tamen Græcis ναυκληρος, alius κυβερνητης gubernator. Sic enim eos Plutarchus in *polit.* distinguit: ναυτας μεν ειλεγεται αυβερνητης, κυβερνητην ναυκληρος: Nautas quidem eligit gubernator, gubernatorem nauclerus Athen. *lib.* 51. των μεν κατα ναυν αδικηματων δικαστηριον καθειστηκει ναυκληρος κυβερνη της προρευς. Ammonio *naucleri* non solum sunt qui naves possident, sed ædium locatores: Hesychio vero nauclerus est ο συνοικιας προεστως sive ξαδμαχος, is scilicet, qui ita hospitibus domum suam quasi locat, ut navicularius vectoribus. Demarchi item Athenis ναυκληροι dicebantur, ut ex Hyperide observat Hippocrates.

NAUFRAGIUM fractæ navis casus, & conjuncta cum illo jactura, immo & aliquando res naufragio amissæ, vel ex naufragio superstites. Sic naufragio peremta navis *l.* 36. §. *ult. D. de rei vind.* Naufragii periculum *l.* 12. §. 1. *D. de usufr.* si naufragio perierit *l.* 17. §. 7. *D. ad SC. Trebell.* Naufragium facere *l.* 9. *D. ad leg. Rhod. de jact.* Naufragium colligere *l. ult. D. de injur.* supprimere *l.* 3. *D. ad Leg. Corn. de sicar.* Ne quid ex naufragiis diripiatur, vel quis extraneus interveniat colligendis eis *l.* 7. *D. de incend. ruin. naufr.* Similiter Frider. Imperator in *Auth. Navigium. de furt.* damnat eos, qui bona naufragorum sibi appropriant, prætextu consuetudinis, quæ certe crudelis est, & impia. De naufragio, qui abstulerit

rit excommunicatur *c. excommunicat.* 3. §. *illi etiam. De rapt.*

NAVICULA functioni muricis, & legendis conchyliis deputata *l.* 12. *C. Th. de murileg. & gynæc.* Navicula parva *l.* 44. *D. de evict.*

NAVICULARIS. Munera rei (id est functionis) navicularis *l.*1. *D. de mun. & hon.*

NAVICULARIUS dicitur, qui navem agit, exercetque, & onus aliquod vehendum navi suscipit *l.* 1. §. 3. *D. naut. caup. stabul. l.* 5. §. 9. *D. de jur. immunit.* Vetus glossarium: Navicularii sunt, qui transferebant frumenta in urbem, aut ubicumque erat Imperator. *Naviculárii*, qui annonæ urbis serviunt *l.* 5. §. 3. *D. de jur. immunit.* Vopiscus in *Aurelian. cap.* 47. Quod ut esset perpetuum navicularios apud Ægyptum novos, & Romæ amnicos posuit. *Naviculárii*, seu naucleri publicas species transportantes *rubr. C. de navic.* De differentia Navicularii ναυκλήρε & κυβερνήτε, gubernatoris, itemque magistri navis, vide Grot. *ad Act. Apost. c.*27. *v.*11. Collegia Romæ certa sunt, quorum corpus SCis, atque constitutionibus confirmatum est, veluti Naviculariorum *l.* 1. *D. quod cujusc. univ. nomine.* De horum collegiis vide supra in voce *Navarchus.*

Navicularius, a, um. quod ad navicularios pertinet. Sic Navicularia functio *l.* 2. *l. ult. C. d. præd. navic.* quæ & navalis functio vocatur *in l.*15. *C. de omn. agr. deser.* Navicularium munus *l.*3. *C. Th. de navic.* onus *l.*149. *C. Th. de dec.*

NAVIGABILIS, *e.* Navigabilis aqua *l.* 1. §.15. *D. de flumin.* Navigabile flumen *l.* 1. *D. ne quid in flum. pub. l.* 1. §.12. *D. de flum.* & apud Senec. *de benef. lib.*3. *c.*8.

NAVIGARE dicuntur nautæ, & vectores. At in edicto furti adversus nautas, cauponas, navigandi caussa, in nave esse, accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget, id est, nautas *l.*1. *D. furt. adverf. naut.* qui navis navigandæ caussa in nave sunt, ut est *in l.* 1. §. 1. *D. de exercit. act. l.*1. §.1. *D. naut. caup. stab.* Navem navigare *l.* 3. *D. de naut. fœn.* Sed & navis navigare dicitur, ut in *d. l.* 1. *D. furt. adverf. naut.* & in *l.*1 §.6. *de exercit. act. l.*12. §. 1. *D de usufr.* itemque merx *l.*1. *D. de naut. fœn.* & pecunia Paul. *lib.*2. *sent. tit.*14. §.3.

Navigare translato significatu dicitur, qui conjugem ducit Augustin. *ad Bonifac. Comit. epist.* 70. cujus verba relata sunt in *C.* 2. *caus.* 17. *quæst.*2.

NAVIGATIO notissimæ significationis in *l.*1. *D. de vip. mun. l.*137. §.2. *D. de verb. sign. l.*3. *D. de mort. caus. don. l.*1. §. 5. *de flum. l.*27. *D. de rei vind.*

NAVIGIUM pro nave & pro navigatione. Ait Prætor, iterque navigii deterius fiat, hoc pro navigatione positum est, immo navigium solemus dicere etiam ipsam navem. Iter ergo navigio potest & sic accipi, *iter navi deterius fiat.*

Navigii adpellatione etiam retes continentur, quia plerumque retium usus est necessarius. Sunt verba Ulpiani in *l.* 1. §. 14. *D. de flumin.* In omnes navigii dies *l.* 122. §. 1. *D. de verb. obl.* Perfecto navigio, ibid. Non est impedimento navigio *l.*1. *D. de vip. muniend.* Navigia, quæ in alveo Tiberis inveniuntur *l. un. C. Th. & Just. de naut. Tiber. Colum.* Jamque, qui ædificare velint, fabros, & architectos advocent, qui navigia mari concredere, gubernandi peritos.

NAVIS est *corpus mobile, seu*

plu-

plurium tabularum contentus *l.* 30. *de usuc. l.* 20. §. 1. quod *vi aut cl. l.* 1. §. 7. *de vi & vi armat.* Veteres eam caudicem appellarunt *Stebwich. lib.* 5. *de re milit. c.* 1. in jure navigium dicitur, & inter duo vocabula nulla adest differentia *l.* 1. §. 14. 15. *de flum. l.* 2. *de capt. & postlim. l.* 2. §. 6. *de exercit. act.* Nomine navis omnia navigiorum genera continentur *l. fin. de fund. instr. & dict. l.* 2. §. 6. 10. *C. de nav. non ex. l.* 29. §. 2. 3. & 4. *ad legem Aquil.* dicuntur etiam retes *l.* 1. §. 14. *de flum. Accurs. in l.* 1. §. 2. *naut. caup.* omnia, quæ de navi dicuntur, in naviçula locum habent *leg.* 44. *de evict. & Bald. in l.* 1 §. 4. *naut. caup.* Vox navigii aliquando pro ipsa navigatione sumitur *l.* 122. §. 1. *de verb. obl. l.* 1. §. 14. *de flum. l.* 3. *C. de naut. fæn.* Partes navis vel principales sunt, vel minus principales, & ejus membra, seu conjuncta dicuntur *l.* 44. *de evict.* sequentes sunt.

1. *Carina* & est navis infima pars, & ejus fundamentum *l.* 61. *de v. v.* 2. *costæ*, latera navium. *Plin. lib.* 13. *c.* 9. 3. *Prora.* quæ est anterior navis pars 4. *Puppis*, pars posterior navis, quæ est honestior locus, ubi sedet Gubern. *Tholosan. in praxi memor. rer. lib.* 26. *c.* 6. 5. *Gubernaculum Jacob.* 3. *v.* 5. *l.* 44. *de evict. l.* 29. §. 2. *ad Aqu.* dicitur *servac.* 6. *malus l.* 44. *cit. l.* 142. *Goedde ad leg.* 142. *cit. v.* 1. Partes vero, quæ extra navis corpus conspiciuntur, ejus armamenta nominantur *l.* 3. §. 1. *d. v. v. l.* 1. §. 3. *de exerc. act.* *Vela*, *Carbasa*, *lintea.* quæ alæ sunt navis *Segel. l.* 44. *de evict. Cassiodor. lib.* 5. *Var.* Quatuor vela rum genera statuit Isidorus *lib.* 19. *etimolog. cap.* 3. *Anthena* est lignum transversum in malo positum, cui velum alligatur. *Antennæ subnectere vela. Ov. Metamorph. Rudentes* a nimio stridore ait appellari, & varii generis sunt. *Chytr. in nomenclat. c.* 34.

Mira in navium fabricatione diversitas. Ægyptii ex corio, & spino, sicut Babilonii. *Herodot. lib.* 2. *in eut. pag.* 196. Indii ex unica tantum arbore. *Benz in hist. Novi orbis lib.* 1. *cap.* 2. Romani variis modis. *Vegetius lib.* 1. *de re mil. cap.* 12. Prisci Romani ex arboribus excavatis *Plinius lib.* 16. *c.* 40. Græcandici ex scorteis *Alth. in comm. Taciti de moribus Germ.* Brittanni ex vitice *Jul. Cæsar.* 1. *de bello civ.* Veneti ex robore *idem de bello Gallico lib.* 3. Hodie vero mira diversitas, adeo ut ex solo navis aspectu, cujus sit nationis, primo intuitu cognoscitur. Qui de navi construenda cogitavit scientem Architectum eligere debet, qui in jure naupegus vocatur *l.* 6. *de jure immun. Faber. l.* 13. §. 1. *de man. test.* Qui promittit navem facere, si hæc per alium fiat, non liberatur stipulatore non consentiente *l.* 31. *Din. in Reg. jur. quod quis per al. in* 6.

Formam navis graphice describere debet, & si in modo fefellerit Architectorum judicio, utili actione conveniri debet *l.* 12. §. 1. *C. de prox. sac. scrinior. l. fin.* §. 3. *si mens. falsi. mod.* si vero certa mercede opus vitiosum fecerit actione locati tenetur *l.* 9. §. *pen. l.* 13. §. 1. *l.* 51. §. 1. *locat.* navi constructa cum machina Helix ab Archimede primum inventa minimo labore in aquas demittitur *Bot. de Polit. lib.* 8. *cap.* 3. Nohemus primus inventor navium fuit. *Genes.* 6. *Hostius tom.* 3. *c.* 4. *Morisotus in orbe maritimo lib.* 1. *cap.* 2. Summa navium divisio est in longas, quæ bellicæ dicuntur, vel onerariæ, aut actuariæ *Liv. lib.* 35. *cap.* 27. *Cæsar.* 4. *de Bello Gall.* naves biremes, quia ex duplici remorum ordine ab erytheis inventæ sunt,

sunt. Sequuntur triremes *Vegetius cap.* 37. Quadriremes, quæ quatuor ordines remorum habebant *Plinius ut supra.* Quinqueremes, quibus in bello priore Punico Romani usi sunt. *Polyb. lib.* 1. Hexeris, quæ sex ordines habebat. *Florus lib.* 4. *c.* 2. Septeres, Octeres, quales habuit Ptolomæus. Eneres, quibus Antonius in pugna Actiaca contra Augustum usus fuit *Florus lib.* 4. *cap.* 11. Deceres, quæ decem habuit ordines *Plinius lib.* 7. *c.* 56. Soleres ad 12. ordines remorum, & usque ad 30. Ptolomæus Philadelphus. *Plinius cap.* 56.

Naves luforiæ duplicis generis sunt. Vel ad belli usum destinatæ *C. Theod. de Lusor.* vel placidæ, quæ voluptatis causa habentur *l.* 2. *Senec. lib.* 7. *de Benef. cap.* 20. Naves onerariæ ab oneribus sustinendis *l.* 1. §. 12. *de exercit. act.* dicuntur naves mercatoriæ, vel vinariæ, aquariæ, & frumentariæ, quia grana vehunt *l.* 31. *locat. l.* 55. §. 4. *de legat.* 3. *Anton. August.* 4. *emend.* 16. Naves denominationem sumunt vel a loco, ubi navigant *l.* 1. §. 6. & 12. *ibi fluvii capaces l.* 3. *de vacat. mun. l.* 5. §. 6. *de jure immun.* vel a quantitate, ut Hispanorum Caravella *Benzo de occup. ind. passim*, vel a navigationis cursu, ut cursoriæ, vel a forma *Cicer. lib.* 16. *Epist. ad Attic.* Navis eget nauta, qui illam exercet *l.* 1. §. 2. *l.* 11. §. 2. *de publ. & vect. l.* 1. §. 1. *furt. adverf. naut.*

Classis Præfectus est Archithalassus *l.* 46. *ad SC. Trebell.* Navarchus Princeps maris *l.* 6. *C. de navic. l.* 1. *de bon. poss. ex test. mil.* nauclerus *l.* 3. *C. de navic.* navicularius, qui Patroni adpellantur *tot. tit. C. de nav.* Magister cui totius navis cura commissa est *l.* 1. §. 1. *de exerc. act. l.* 57. *de verb. signif.* Gubernator, qui in navi ad clavum sedet in puppi *l.* 11. §. 2. *si publ. & vect. l.* 13. §. 2. *locat.* Inferioris conditionis sunt Dietarii *l.* 2. §. 2. *naut. caup. l.* 12. §. 4. *de instr. legat.* remiges, qui navim remigando propellunt *l.* 1. §. 2. *naut. caup.* Alii sunt scriba, naupegus, coquus focarius, Mercatores, & Vectores *l. cit. naut. caup.* Magister navis illam ad vendendas merces locat *l.* 1. §. 12. *de exerc. act.* & merces illa locarium vocatur *l.* 1. §. 7. *de exerc. act.* Variis mercibus naves onerantur *l.* 31. 47. *l.* 21. §. 5. *de furt. l.* 5. *C. de navib. tot. tit. C. de frum. l.* 1. *C. quæ res export. l.* 61. §. 1. *locat. l.* 3. §. 1. *de pen. legat. l.* 16. §. 7. *de public. l.* 55. §. 5. *de Legat.* 3. *l.* 12. *de act. emt.* Magister navis cavere debet, ne prohibitas merces vehendas suscipiat *l.* 6. §. 4. *de offic. Præsid.* si contra fecerit capitaliter punitur, & ejus bona fisco vindicantur *l.* 2. *ut supra*, & vectigalis onere liberæ sunt res, quas unusquisque usus sui gratia vehit *l.* 5. *C. de vectigal. l.* 4. §. 1. *de publ. & vectig. l.* 203. *de verb. signif.* Navis est res in commercio, & usibus humanis, aut dominio nostro subjici potest *l.* 83. §. 5. *v. nam & si de verb. obl.* bello, vel specificatione acquiritur *l.* 12. *de captiv. & postl.* navigaturis non solum quædam res commodari possunt, imo & ipsa navis *l.* 18. *comm. mod.* §. 2. *in fin. l.* 1. §. 4. *de obl. & act. Hotom. illust. quæst.* 14. Navis potest sequestrari *l.* 12. §. 1. Quælibet res in navi deponi possunt, & custodiæ mandari *l.* 1. §. 6. *naut. caup.* & si dolose agat nauta actio depositi contra illum competit *l.* 3. §. 1. *& ver. nisi quod d. t.*

Navis pro pecunia oppignorari potest *l.* 5. *qui potior. in pign.* si navis fuit obligata *l.* 18. §. 2. *de pign. act.* & pro pecunia credita

l. 18. §. 3. casus fortuitus, vel naufragium non liberat debitorem *l. fin. de naut. pec. l.* 11. C. *de reb. cred.* Navis in stipulatum deduci potest *l.* 83. §. 5. *de verb. oblig. l.* 97. §. 8. *v. nec simul de solut.* Hæc stipulatio vel pura, vel conditionalis est *l.* 83. §. 5. *l.* 98. §. 8. *l.* 163. *de verb. oblig.* Adsecuratio navis est novus contractus nominatus *Stympan. de jure maritimo fol.* 437. Adsecurationis forma vel essentialis, vel accidentalis est. In prima periculum suscipitur *l.* 4. *naut. caup. l.* 1. *de peric. rei vend. l.* 13. *de liber. caus. l.* 60. §. 6. *locat.* a casu fortuito distinguitur, cum hic nulla providentia humana præcaveri potest *l.* 2. §. 7. *de adm. rer. ad civit. pertin.* Accidentalis adsecurationis forma est, quod super ea obligatio conficiatur, quæ Pollex nominatur *Targa in Ref. lex. commercii maritimi.* Quæ conditiones requiruntur *Stypman. de jure maritimo fol.* 462. & 467. Sicut adsecuratori datur actio, ita & retentio *l.* 1. §. 4. *de superficieb.* Adsecurationis contractus licitus est, non enim jure repugnat periculum, & casus fortuitus in quovis contractu *l.* 1. & *tot. tit. de peric. & commod. rei vendit.* & nullibi prohibetur, imo a cultissimis populis quotidie exercetur *Santern. de Adsecurat. cap.* 1.

Navis sicut & omnis alia res in commercio existens emi, & vendi potest *l.* 36. *de evict.* emtaque navi tenetur emtor pretium cum usuris præstare *l.* 13. §. 13. *de act. em.* & venditor emti actione ad traditionem navis tenetur cum pretio vecturarum *l.* 13. *tit. de act. em.* vendita nave non solum ipsa, sed omnia, quæ navi conjuncta sunt, ut malus, gubernacula, vela tradi debent *l.* 44. *de evict.* hæc enim membra navis dicuntur *l.* 242. *de verb. sign. & Cujac. ad hanc legem.* Vendita nave Scapha non venit *l.* 44. *cit.* Venditor navis ad evictionem obligatur ex natura contractus, licet nihil super ea conventum fuerit *l.* 6. *C. de evict.* & navi vendita non debetur laudemium, quia res mobilis est *Stympan. cap.* 1. *part.* 3. nec jus retractus. *Reink. Tract. de jure retract. q.* 3. *n.* 105. *Tiraquell. Glos.* 7. *n.* 90. & 91. *de jure retract.*

Cum navis res sterilis non sit, locatur & conducitur sicut domus, aut horreum *l.* 13. §. 1. *l.* 31. *l.* 61. §. 1. *locat. l. fin. ad Leg. Rhod. de Jactu.* Navis fructus vecturæ dicuntur, & inter civiles fructus numerantur *l.* 29. *de hæred. pet. l.* 62. *de R. J. l.* 39. §. 1. *ibi fructus de legat.* 1. Magister navis locator dicitur *l.* 1. §. 5. *de exerc. act.* Conductor vero mercator *l.* 2. *v. at si non D. ad legem. Rhod.* Artifex opus faciendum conducere dicitur, idemque operas locare, quas alter conducere, & idem locare dicitur opus faciendum *l.* 11. §. *penult. l.* 13. §. 1. & 3. *l.* 10. §. 7. *l.* 25. §. *penult. l.* 30. §. 3. *l.* 57. §. 1. *l.* 60. §. 3. *l.* 62. *locati* & in terminis *l.* 22. §. 1. *eod.* qui aliquid faciendum recepit locator, & conductor dicitur. Pro infanti in nave nato vectura non debetur *Ulpianus in l.* 19. §. 7. *locat. l.* 4. *de vest. in integr. l.* 1. §. 1. *de inspect. ventr.* Pretium, quod pro personis trajiciendis datur, peculiari nomine dicitur *naulum l.* 5. *qui potior. in pign. l.* 39. §. 1. *de legat.* 1. *in l. fin.* §. *fin. ad leg. Rhod.* illud vero, quod pro aliis rebus, vel mercibus datur, in jure appellatur vectura *l.* 29. *v. item de hæred. pet. l.* 62. *de R. V. l.* 1. §. 12. *de Exerc. act. l.* 13. §. 13. *de act. emt. l.* 39. §. 1. *de legat.* 1. Pro penore quotidiano nihil solvitur *l.* 1. §. 6. *l.* 4. §. 1. *naut. caup.* Actio ex conducto locato, vel locato conducto ex hoc contractu oritur *l. fin.* §. 1. *ad leg. Rhod. l.* 13

§. 1

§. 1. & 2. *locat.* Præter actionem ex hoc contractu ortam jus habet retentionis in bonis, & mercibus transvectis, usque ad vecturæ solutionem *l.* 2. *ad leg. Rhod. ibi.* Casus autem fortuitus, veluti naufragium in hoc contractu non præstatur *l.* 13. §. 2. *locat. l.* 23. *de R. I.*

Ex contractu cum navis Magistro in exercitorem datur actio *l.* 3. §. *fin. ad l. Aquil. l.* 5. *de serv. export. l.* 19. *de R. I. & l.* 19. *ad S.C. Macedon.* hæc actio dicitur exercitoria ab exercitore navis *Cujac. in l.* 3. *hoc tit. ad Paull.* Exercitor ille est, ad quem omnes obventiones, & redditus navis perveniunt *l.* 1. §. 15. *hoc tit. in l.* 1. §. 2. *naut. caup. l.* 1. *furt. adv.* in exercenda navi non attenditur sexus, an vir, aut mulier sit *l.* 1. §. 16. & in feminis locum non habet S.C. Velleiani beneficium, cum proprius contractus sit *Vinnius ad* §. 16. Possunt etiam plures exercitores esse *l.* 1. §. 25. ex omnibus vero Magistri navis contractibus potest exercitor conveniri. De pecunia credita *l.* 1. §. 8. Actio exercitoria in depositio locum habet *l.* 3. §. 1. *naut. caup.* Pignore etiam in re aliena *l.* 1. §. 7. *naut. caup.* emtione, venditione *l.* 1. §. 3. *ibi* §. 7. §. 10. *ibi.* locatione, conductione *l.* 1. §. 3. *ibi.* §. 12. *l.* 55. *de cond. ind. ibi. locaverit.* Societate *l.* 3. *de exerc. act.* Mandato *l.* 1. §. 12. *hoc tit. l.* 1. §. 2. *naut. caup.* Indebito *l.* 55. *de cond. indeb. ibi.* & similiter in omnibus contractibus Finis, & effectus est, quod exercitor ex contractu Magistri in solidum teneatur §. 2. *quod cum eo qui in alien. pot.* & si plures sint unusquisque eorum *l.* 1. §. *fin.* Hæ actiones perpetuo heredibus, & in heredes dantur *l.* 4. *fin. hoc tit.* Tenetur actione hujus contractus exercitor navis magnæ, aut parvæ *l.* 1. §. 4. §. 2. & 3. *eod.* Hæc actio Prætoria est *l.* 1. *hoc tit.* & actio honoraria vocatur §. 1. *l.* 13. §. 5. in hanc actionem veniunt non solum dolus, & culpa levis, sed etiam de leviffima §. *penult. de locat. l.* 23 *de R.I. l.* 3. §. 1. & de omni damno *l.* 5. §. 1. solus casus fortuitus excipitur *l.* 3. §. 1. *ibi. damno fatali* & hæc actio pœnalis non est, sed rei persecutoria ex contractu locati, vel depositi *l.* 3. §. 4. Dn. Gir.

Navis. Navem in edicto de exercitoria actione accipere debemus, qualiscumque sit, sive marinam, sive fluviatilem, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit *l.* 1. §. 6. *D. de exercit. act.* Navium utique varia in libris nostris genera memorantur, at multo plura apud alios auctores. Nam ita navium adpellationes sunt hæ, gauli, corbitæ, longæ, hispagines, cercuri, celoces, vel, ut græci dicuat, κελητες, lembus, horiæ, remunculi, (sic ex Nonio utrumque repone) prosumiæ, vel gesoretæ, vel oriales, cattæ, scaphæ, nuctutuciæ, mediæ, phaseli, parones, myoparones, capulica, mareplacidæ, cidarum, ratariæ, catascogium Gell. *lib.* 10. *c.* 25. Quorum nominum interpretationem pete ex Nonio Marcell. *C. de gener. navigiorum*, & ex Isidor. *lib.* 16. *origin. c.* 1. ex quibus ad superiora adpellationes adde, civibam, prisim, liburnas, rostratas, anciromactum, muscolum, carabum, portemiam, barcam, trabarias. Sed hæc omnia accuratius, & multo majore cum adparatu expostuerunt Lazar. Baysius *in adnot. in l.* 2. *D. de capt. & postlim. reverf. in* 4. *Basil.* 1537. & Jo. Scheffer. *de milit. navali veter. edit. Upsal.* 1654. *in* 4. *in primis lib.* 1. *c.* 3. *p.* 20. *sequ. & lib.* 2. *c.* 2. *p.* 64. *sequ.* ubi varia navium cum communium, tum ad

ad Classem pertinentium genera recensentur, describenturque, quos citat *Heinecc.* In primis passim memorantur sequentia navium genera. Actuariæ naves sunt, quas Græci ἱστοπόδας, vel σπαστίδας vocant, ut Gell. *lib.* 10. *c.* 25. docet. Non. Marcell. Actuariæ, ait, naviculæ celeres dictæ, quo cito agi possent. Isidor. *lib.* 19. *orig. c.* 1. Actuariæ naves sunt, quæ velis simul, & remis aguntur. Codicariæ *Naves*, quo nomine adpellatas eas, quæ per Tiberim commeatus subvehebant, Sen. *de brevit. vit. c.* 13. auctor est. Quas codicas perperam apud Gel. *lib.* 10. *c.* 25. adpellatas credit Brisson. Nam & Nonius: Codicarias, ait, *Naves* etiam nunc consuetudo adpellat eo, quod in fluminibus sunt usui, ibidemque ex Varronis *de Vita Pop. Rom. lib.* 3. hæc verba citat. Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi *naves codicarias* adpellamus. Isidor. tamen priori scripturæ suffragatur *lib.* 19. *c.* 1. cujus verba sic habent: Trabariæ, amnicæ naves, quæ ex singulis trabibus cavantur, quæ alio nomine littorariæ dicuntur, hæ ex caudice factæ, & ex uno ligno cavatæ, inde caudicæ.

Naves agrarienses. vid. *Agrarienses.*

Navium genus *Dromones* vide supra. Sunt & ἐπιβατηγοὶ, quarum mentio fit in *l.* 1. §. 12. *D. de exercit. act.* quas esse putat Briss. Naves ad vectores trajiciendos idoneas, ad onera intrabiles. Ἐπίβατοι enim sunt, qui trajiciendi caussa navem conscendunt, quemadmodum Isidor. *lib.* 19. *orig. c.* 1. scribit.

Inter fluviales *naves* sunt lintres, quorum usum in fluminibus indicat Cæsar *lib.* 1. *de bell. gall. c.* 12. & Claud. *de laudib. Stilich. lib.* 1. *v.* 206. Non. Marc. *Lintres*, naves fluminales. Virg. *lib.* 2. *Georg. v.* 206. Cavat arbore lintres. Sunt & *Naves* longæ. Navibus longis, atque onerariis propter belli usum postliminium est, non piscatoriis, aut si quas actuarias voluptatis caussa paraverunt *l.* 2. *D. de capt. & postlim. reversi.* Isid. *lib.* 19. *orig. c.* 2. Longæ, ait, naves sunt, quas dromones vocamus, dictæ eo, quod longiores sint ceteris. *Naves lusoriæ.* De his Veget. *lib.* 2. *c.* 1. tractat, qui hujusmodi navibus in Danubio ad quotidianas excubias veteres usos *lib. ult. c.* 33. *& c. ult. refert.* Hujusmodi navigiorum etiam meminit Amm. Marcell. *lib.* 17. *c.* 2. Lusoriis, ait, navibus discurrentes flumen ultro citroque milites ordinavit, & *lib.* 18. *c.* 2. Collecti nocte provecta, impositique omnes, quos lusoriæ naves quadraginta, quæ tunc aderant solæ, cœperunt, decurrere jubentur per flumen. Hæ autem *lusoriæ naves judiciariæ* aliæ, aliæ *agravienses* dicebantur, de quo discrimine copiose Jac. Goth. *Comment. ad l. un. C. Th. de lusor. Danub.* Vid. supra sub art. *lusoriæ.*

Naves marinæ eædem & maritimæ vocantur in *l.* 5. §. 5. *D. de jur. immun. l.* 5. *D. de vacat. & excus. mun.*

Naves onerariæ quædam ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγοὶ sunt *l* 1. §. 2. *D. de exercit. act.* & merx. Ut ecce sunt naves, quæ Brundusium a Cassiopa, vel a Dyrrachio vectores trajiciunt, ad onera inhabiles, item quædam fluvii capaces ad mare non sufficientes. Quas onerarias adpellatas *de oneribus tardas*, Non. Marc. tradit.

Navis piscatoria *l.* 2. *D. de capt. & postlim. reversi.* piscatorum *l.* 29. §. 3. *D. ad leg. Aquil. Liv. lib.* 33. Ni naves piscatoriæ ---- peritis nandi dedissent effugium.

Inter fluviales naves sunt rates, quamquam a Navibus separantur *in l.* 1. §. 4. *D. naut. caup.*

stabul. eas tamen *navigii* adpellatione contineri, Ulpianus in *l.* 1. §. 14. *D. de flumin.* ait.

Naves tabellariæ Alexandrinas quasdam naves, quæ præmitti solebant, & nunciare classis sequuturæ adventum, *tabellarias* vocatas esse Seneca *Epist* 77. tradit.

Navis Tiberina l. un. C. Th. de naut. Tiber.

Navis vinaria, ut sunt multæ, in quas vinum effunditur *l.* 21. §. 5. *D. de furt.* de quibus hæc Varronis *lib.* 2. *de re rust. c* 1. accipi vult Brissonius: Navibus vindemiam condimus ex insula Coo, & Chio.

Si *navem*, quam tu promisisti, dominus dissolverit, deinde iisdem tabulis compegerit, eadem navis est *l.* 38. *D. de verb. obl.* cui consentit *l.* 98. §. 8 *D. de solut.* Navem si adeo sæpe refecta esset, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non nova fuisset, nihilominus eamdem navem esse existimari *l.* 76. *D. de judic.* Navis si hac mente resoluta est, ut in alium usum tabulæ destinarentur, licet, mutato consilio reficiatur, tamen & peremta prior navis, & hæc alia dicenda est. Sed si perficiendæ navis caussa omnes tabulæ refixæ sint, nondum intercidisse navis videtur & compositis, rursus eadem esse incipit *l.* 82. *D. de verb. oblig.* Navis ususfructus, si quidem per partes refecta sit, usumfructum non interire, si autem dissoluta sit, licet iisdem tabulis, nulla præterea adjecta, restaurata sit, usumfructum extingui *l.* 10. §. 7. *D. quib. mod. ususfr.* Nave emta, singulæ tabulæ emtæ esse, non intelliguntur *l.* 36. *D. de evict.* Si meis tabulis navem feciſſes, tuam navem esse, quia cupressus non maneret *l.* 26. *D. de adqu. rer. dom.* Proprietas totius navis carinæ caussam sequitur *l.* 61. *D. de rei vend.*

Navis membra recensetAlsenus his verbis: *Malum navis* esse partem, artemonem autem non esse Labeo ait, quia pleræque naves sine *malo* inutiles essent, ideoque pars navis habetur, *artemon* autem magis adjectamentum, quam pars navis est *l.* 142. *D. de verb. signif.* Scapham non videri navis esse, nec quidquam conjunctum habere. Nam scapham ipsam per se parvam naviculam esse, omnia autem, quæ conjuncta navi essent, veluti gubernacula malus, antemnæ, velum, quasi membra navis esse *l.* 44. *D. de evict.* Si navem cum instrumento emisti, præstari tibi non debet scapha navis. Etenim scapha navis non est instrumentum navis *l. ult. D. de instr. vel instr. leg.* Armamenta navis erunt vindicanda, Scapha quoque separatim vindicabitur *l.* 3. §. 1. *D. de rei vindic.* Seneca *Epist.* 77. Nulla res æque adjuvat cursum, quam summa pars *veli.* Illinc maxime navis urgetur. Itaque quoties ventus increbuit, majorque est, quam expedit, *antemna* submittitur. Minus habet virium flatus ex humili. Idem *Epist.* 90. Navigia, quibus amnes, quibusque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis, & additis a tergo gubernaculis, quæ huc, atque illuc cursum navigii torqueant; & exemplum a piscibus tractum est, qui cauda reguntur, & levi ejus in utramque partem motu velocitatem suam flectunt.

Navis exercitor, gubernator, magister. Vide in his vocibus suo loco.

NAVITER, diligenter, itemque valde. Naviter servare, & custodire *l. ult. C. Th. de agent. in reb.* Naviter impudentem esse, dixit Cic. *lib.* 5. *ad fam. epist.* 12.

NAULUM merces, quæ a vectore solvitur ei, qui navem exercet *l.* 6. *D qui pot. in pign.* Naula navium *l.* 49. §. 1. *D. de*

legat. 1. Ea *vecturas navium* adpellat *l.* 29. *D. de her. pet.*

NAUPEGUS, fabricator, & picator navium *l. ult. D. de jur. immun.* & apud Firmic. *Matern. lib.* 4. *matheſ. c.* 7. Iidem dicti naupegiarii, & eorum artificium ναυπηγικη, vel ναυπηγια dicebatur. Collegium naupegiariorum memoratur apud Reinef. *Inſcr. Claſſ. X. inſcr.* 7. *Claſſ. I. inſcr.* 269. Hein.

ΝΑΥΦΥΛΑΞ navium cuſtos *l.* 1. §. 3. *D. naut. caup. ſtab.*

NAUTA in edicto *nautæ caup. ſtabul.* eſt, qui navem exercet, quamvis nautæ adpellantur omnes, qui navis navigandæ cauſſa in nave ſunt *l.* 1. § 2. *v. nautam. D. naut. caup. ſtab.* In claſſe nautæ omnes milites ſunt *l.* 1. §. 1. *D. de bon. poſſ. ex teſt. milit.*

ΝΑΥΤΕΠΙΒΑΤΗΣ, qui pro vectura remos agit *l. ult.* §. 2. *D. naut. caup. ſtab.* vide ſupra in voce *meſonauta.*

NAUTICUS, *a*, *um.* Fœnus nauticum *rubr. D. & C. de fœn. naut.* Id uſuras maritimas adpellat Paullus in *l.* 6. *D. eod. tit.* Nautica pecunia *l.* 1. §. *ult. D. naut. caup. ſtab. l.* 3. *D. de fœn. naut.* ea eſt, quæ alias trajectitia vocatur, & quam creditor negotiatori trans mare navigaturo, uſque ad certum locum, vel in omne itionis, & reditionis tempus ſuo periculo præſtat, qua de cauſſa permiſſum eſt, ut ejus nomine, & ex pacto uſuram illam petat graviſſimam, quam modo diximus fœnus nauticum, vide *l.* 1. *& paſſim. D. de naut. fœn.* Fœnus nauticum, ſeu mutuum, aut creditum marinum *Nov.* 106. *in præf.* eſt contractus ſub periculo creditoris conſtans rebus, quæ pondere, numero, & menſura continentur *l.* 2. §. 1. talis eſt pecunia, quæ ſi trans mare vehitur, trajectitia dicitur *l.* 1. §. 4. §. 2. *de naut. fœnor. l.* 2. §. *fin. de eo quod cert. l.* 13. *de neg. geſt. l.* 1. §. 8. *de pec.* In cauſa trajectitiæ pecuniæ venit 1. pecunia ipſa, & aliæ res, quæ pondere, numero, & menſura conſtant *l.* 2. §. 3. *de reb. credit.* 2. Merces & hac pecunia comparatæ *l.* 1. *tit.* 4. *verſ. ſed vidend.* 3. & ſervus, qui pecuniam ſequebatur *l.* 122. §. 1. *de V. obl. & l.* 23. *de O. & A. l.* 4 §. 1. *de naut. fœn.* Duæ ſunt nautici fœnoris ſpecies. Prima, quando ſolutio differtur ad reditum navis *l.* 3. *C. ne naut. fœn.* ſecunda, quando certum præſcribitur tempus *l.* 4. *hoc tit. & l.* 6. in trajectitia pecunia ſemper ſors cum uſuris ſolvenda venit *l.* 3. *C. hoc tit.* hæ uſuræ graviſſimæ erant *l.* 40. *de reb. credit.* quæ legitimæ vocabantur, quia eo uſque Romanis legibus fœnerari licitum *l.* 8. *C. ſi cert. pet. l.* 1. *C. Th. de uſuris*, & in jure uſuræ licitæ nominantur *l.* 44. *de uſur.* modus uſurarum *l.* 11. §. 3. *de pign. act.* ſtatus modus *l.* 2. §. *fin. de eo quod cert. loc. l.* 8. *in quibus cauſ. tacit. pign.* probabilis *l.* 3. §. *fin. de ann. leg.* legitimæ uſuræ *l.* 4. §. 1. *de naut. fœn.* maximæ *l.* 38. *de neg. geſt.* & graviſſimæ *l.* 7. §. 8. *de adm. tut.* Hæc uſura dicitur uſura nautica *Nov.* 106. & 110. & uſura maritima *l.* 6. *hoc tit.* De uſura hac cecinit Manilius *lib.* 4. *Aſtron.*

Navigat, & celeres optando ſortibus annos,
Dulcibus uſuris æquo quoque tempore vendit.

Uſuræ hæ exceſſivæ apud Romanos erant *l.* 27. §. 1. *C. de uſur. Novell.* 121. 138. 160. Ratio harum uſurarum erat periculum, ideo etiam periculi pretium *in l.* 5. *hoc tit. l.* 14. & 17. *C. de uſuris.* Inter mutuum terreſtre, & nauticum plures ſunt differentiæ,

in mutuo terrestri usuræ non debentur, nec peti possunt, nisi stipulatione fuerint promissæ *l.* 3. *C. de usur. l.* 24. *de præscr. verbis.* at in mutuo nautico ex nudo pacto usuræ debentur *l.* 5. §. 1. *ibi. l.* 7. *de naut. fœn. ibi.* in pecunia nauticæ usuræ ex mora deberi nequeunt, quum periculum creditoris sit, & nulla mora, ubi nulla est petitio *l.* 88. *de R. I. l.* 127. *de V. O.* at discusso periculo a tempore moræ usuræ communes debentur, & earum causa separata stipulatio est *l.* 4. §. 1. *de naut. fœn.* Ex pecunia nautica mutuo data oritur condictio certi, & est communis actio mutui, & stipulationis *Treutl. Vol.* 1. *disp.* 20. & condictio ex lege competere videtur, cum illa ex novis obligationibus dari soleat *l.* 1. *de cond. ex lege*, at citra legem esset inutilis talis pactio, cum potentior sit lex, quam pactum *Bachov. tit. de condict. ex lege n.* 4. Si navis fœnori nautico obligata perierit casu fortuito, & sine debitoris culpa, periculo creditoris erit, ex eo die, quo navem ad locum destinatum navigare convenit *l.* 3. *D. hoc tit.* at absque tali conventione naufragii casus ad debitorem pertinet *l.* 4. *c. hoc. tit.* D. Giron.

Nazaræi dicti, qui dum Christum (qui a vico Nazaræus est appellatus) filium Dei confitentur, omnia tamen veteris Legis custodiunt *Causs.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 8.

Ne notissimo significatu vim habet vetandi, & prohibendi, ut ne luminibus officiatur *l.* 3. *D. de serv. urb. præd.* Ne facias furem, vel fugitivum servum meum *l.* 50. *D. de pact.*

Ne aliquando sensum habet simpliciter negandi, & pro *non* ponitur, ut Donat. *in Eunuch. Terent. Act.* 2. *Sc.* 3. *& act.* 3. *scen.* 3. notat, atque dictum a Plauto *Mostell. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 76. Ne vis pro non vis. Idem Don. *in Terent. phorm Act.* 1. *Sc* 3. monet, *ne* pro non usurpatum esse illo Nævii versu, utinam ne in nemore Pelio. Sic in *l.* 13. §. 2. *D. de jurejur.* Si juraverit se furtum ne fecisse. Et alibi: Si a liberis ne nupserit *l.* 62. §. *ult. D. de cond. & demonstr.* Pedius putat, ne furtum eum facere *l.* 21. §. 1. *D. rer. amot.* Dum tamen, ne prope ipsam condemnationem id fiat *l.* 29. §. *ult. D. de evict.* Hoc ne exigi *l.* 31. *D. de excus.* Cic. *in Verr.* 3. *c.* 14. Ne tollam potius, quam paciscar. Confer *Turneb. lib.* 5. *adverss. c.* 5. *& lib.* 15. *c.* 2.

Ne pro nec. Ac ne si liber homo bona fide mihi serviat *l.* 13. §. *ult. D. de interrogat.*

NeakiΣ. Νεανιν Caius in *l.* 30. *D. de verb. signif.* a græcis vocari ait terram, quam Latini novalem vocant. Quidam in eo loco pro νεανιν legunt νεατον. Vid. Budæum in voce νεατον.

Nebula. Nebulæ competitionum *l. un. C. Theod. de rei vind.* eodem, ut videtur, sensu, quo nebulas inanium accusationum dixit Vigilius, Mart. apud Barth. *lib.* 19. *adversar. c.* 17.

Nec pro non in XII. Tabulis sæpe positum esse Festus Pomp. notat, quod & ex earum capitibus, quæ hodie extant, adparet. Et ita nec manifestum furtum, i. e. non manifestum *l.* 2. *l.* 8. *D. de furt. l.* 6. *l.* 13. §. 7. *D. de his, qui not. infam. l. ult. C. de noxal. act.* §. 3. *Inst. de obl. quæ ex delict.* De parte utique nec litigatur, id est, non litigatur *l.* 3. §. 6. *D. de Carb. edict.*

Nec pro nequidem. Sic Nec potest nec per judicialem subtilitatem manifestari, id est, ne per judicialem quidem subtilitatem

tem *l.* 10. §. 1. *D. de reb. dub.* Nec si mulier consentiebat *l. un.* §. 15. *C. de rei uxor. act.*

Nec minime duplex negatio fortius negat, ut in *l.* 189. *C. Th. de decurion.* ubi nec senatoriis minime functionibus obstringitur. Vide & Plaut. *Bacchid. Act.* 4. *sc.* 9. *v.* 114. *sequ. Epidic. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 57. Tibull. *lib.* 4. *eleg.* 7. *v.* 8. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 19. *v. ult. & lib.* 4. *eleg.* 4. *v.* 68. ubi Scaliger, quocum jungendus Auson. Popma *de usu antiqu. loquut. lib.* 2. *c.* 9.

Nec pro *non autem*, vel *non tamen*. Quamvis id contrectare, *nec* tollere solus posset *l.* 21. §. 9. *D. de furt.* id est, non tamen tollere, ceu interpretatur Hein.

Nec raro pro & raro geminata negatione ex Græcorum consuetudine pro simplici positum esse volunt in *l.* 97. §. 2. *D. de verb. oblig.* his verbis: Si tibi nupsero, decem dari spondes, caussa cognita denegandam actionem puto: nec raro probabilis caussa hujusmodi stipulationis est. Ibi Accursius insolentia locutionis offensus, *nec raro* inquit, id est numquam. Sed & *nec rara* legi quibusdam in libris testatur, quod multo absurdius videtur Hotomanno. Sed ibi *nec rato* legendum esse suspicor, id est, *nec rato quidem*, ut significet, nec si ratam habuerit stipulationem reus promittendi, vel *nec* ut ratum faciat prætor negotium, *caussa stipulationis probabilis est.*

Nec vero, pro non ideo tamen in *l.* 11. *C. Th. de med. & prof.*

NECARE, neci dare, interimere. Necare fame in *l.* 5. *C. ad leg. Aquil. l.* 16. §. 1. *l.* 29. §. 7. *D. eod. tit.* igni *l.* 9. *D. de incend. ruin. naufr.* veneno *l. ult.* §. *ult. D. de bon. damn.* verberibus *l.* 8. §. 3. *D. de pœn.* Necare videtur non tantum is, qui partum perfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimenta denegat, & is, qui publicis locis misericordiæ caussa exponit, quam ipse non habet *l.* 4. *D. de agnosc. & alend. lib.*

NECESSARIE pro necessario in *l.* 51. *D. de hered. pet. l.* 8. *D. dep. l.* 214. *D. de verb. sign.*

NECESSARIO, i.e. ex necessitate. Sic necessario factæ impensæ *l.* 30. *D. de ædil. edict.* obligari necessario *l.* 52. §. 4. *D. de oblig. & act.* Necessario sequitur *l.* 5. §. *ult. D. de præscr. verb.*

NECESSARIUS, *a*, *um*, quod exigit necessitas. Necessaria absentia *l. ult. D. ubi pup. educ.* & apud Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 7. §. 2. aditio prætoris *l.* 1. §. 2. *D. de oper. nov. nunc.* ac salutaris ars *l.* 14. *C. Th. de med. & prof.* caussa, i. e. necessitatis. Sic in necessarias caussas accipere mutuam pecuniam *l.* 47. *D. de sol.* Idem verbum dicitur de domicilio *l.* 22. §. 3. *D. ad munic.* de electione *l.* 67. §. 1. *D. de legat.* 2. de officio *l.* 6. *D. de postul.* de impensis *l.* 14. *D. de mort. caus. don.* quales sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit *l.* 79. *D. de verb. sign.* Ulpian. *tit.* 6. *reg.* §. 15. item quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia *l.* 39. *D. de hered. pet.* Si necessarias impensas fecerim in servum, aut in fundum. Finge enim, medicis, quum ægrotaret servus, dedisse me pecuniam, item insulam fulsisse, vel refecisse *l.* 8. *D. de pignor. act.* Impensæ in res necessarias, & inutiles cedentes separantur in *l.* 7. §. *ult. D. solut. matr.* Necessarium jussum *l.* 36. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Necessarius magistratus, qui hastæ præest *l.* 2. §. 29. *D. de orig. jur.* Necessaria pars corporis dicitur,

quæ spadoni deest in *l.7. in fin. D. de ædil. edict.* ἀναγκαιον veteres dixisse pro pudendo, ex Artemidori *lib.1. oniroctit.* Suida in ἀναγκαιον & Eustath. *in Homer. odyss. ω.* observavit Radulph. Forner. *ver. quotid. lib.4. c.* 14.

Necessaria satisdatio *l.* 7. §. 1. *D. qui satisd. cog.* cujus exempla petenda sunt ex *l.8.§.4. D.eod.tit.*

Necessaria in *l.* 2. *C. Th. de tractib. & stativ.* interprete Jac. Gothofredo, non sunt ministeria, & angariæ, sed επηδεια, ut Græcis adpellantur, id est, victus, annonæ, copiæ. Aliter Justinianeus codex in *l. un. eod. tit.*

Necessarius heres, quis sit, vide in voce *heres.*

Necessarii tum substantive, tum *necessariæ* personæ adjective vocantur propinqui *l.*5. §.1. *D. ex quib. caus. major. l.*4. *C. qui pet. tut.* Festus. Necessarii sunt, ut Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut adfines, aut in quos necessaria officia conferuntur præter ceteros. Non. Marc. *Necessitas*, adfinitas, unde & hoc jure conjuncti *necessarii* adpellantur. Similiter ἀναγκαιος Græci dicunt, ut apud Andocidem *de mysteriis orat. 1. p.* 197. Isæum *de hered.* Philoctemon *orat.*5. 458.

Necessarias autem personas in edicto *in jus voc. ut eant, aut satis, vel caut. dent*, accipe parentem, patronum, liberos, uxorem, virum *l.1. l.* 2. *D. in jus voc. ut eant.* Immo & testes *necessariæ* personæ vocantur *l.* 11. *C. de testib. & l. ult. C. Th. eod. tit.*

NECESSE id, quod evitari non potest. Sic Necesse est plerumque, fidem nautarum, cauponum, stabulariorum sequi *l.* 1. *D. naut. caup. stab.* Necesse habere, & solere diversa sunt *l.1. C. quom. & quand. jud. sent.*

NECESSITAS, ait Non. Marcellus, est vis quædam, quæ alterum cogere invitum potest; quibus verbis non liquido apparet quæ pateat vocis significatio. Necessitas autem aliquando ponitur pro rerum statu, quo quis damni, seu incommodi sibi, vel alteri vitandi caussa ad quid compellitur. Sic qui sponte, & nulla necessitate cogente immiscuit se negotiis *l.* 3. §. 10. *D. de neg. gest.* Omne jus aut consensus facit, aut necessitas constituit *l.* 40. *D. de legib.* Peregrinationes quæ ex necessitate fiunt *l.* 17. *D. de sponsi.* Necessitate potestatis excusantur servi, qui dominis parent *l.*15. §.3. *D. de Lege Cornel. de falsi.* Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi *l.* 162. *D. de reg. jur.*

Necessitas aliquando pro angustia rei familiaris. Sic Inopes onera patrimonii ipsa non habendi necessitate non sustinent *l.* 4. §.2. *D. de mun. & hon.* Propter necessitatem rei familiaris an mera voluntate donaverit *l.* 18. *D. de adim. legat.* Si exiguo pretio rem abjicere necessitate rei familiaris cogerentur *l.*36. §. 1. *D. mandati.*

Necessitas alias ponitur pro juris vinculo, & ipsa dicitur juris necessitas in *l.*2. *D. de distr. pign. l.*40. *pr. D. de judic. l. ult. D. de in lit. jur. l.* 34. *D. de procur.* qua obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum est *l.* 52. §7. *D. de obl. & act.* Qui rempublicam administrantes per officii necessitatem civitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt *l. ult. C. ut in possess. leg.* Parendi necessitatem habet filius *l.*10. § *ult. de his, quæ ut indign.*

Necessitas denique pro collatione sive publica, sive municipali *l.* 7. *C. de dignit. l.* 7. *C. Theod. de oper. public.* Immo & boni auctores

res hoc sensu necessitatem pro quibusvis tributis, vectigalibus accipiunt, ceu exemplis compluribus probavit Lipsius ad *Tacit. Annal. lib. 1. p.* 27. Sic in acceleratis necessitatibus suo uti arbitrio *l.* 15. *C. Theod. de annon.* Necessitates civiles *l.* 17. *C. Theod. & l.* 19. *Justin. C. de decurion.* id est functiones municipales, quæ & absolute necessitates *l.* 65 *l.* 177. *C. Theod. eod. tit.* Necessitates curiales *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* curiarum *l.* 89. *l.* 177. *C. Theod. eod. tit.* municipales *l.* 57. *C. Theod. eod. tit.* oppidaneæ *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* principales *l.* 11. *C. Theod. de exact.* publicæ *l.* 1. *C. Theod. de nav. non excus. l.* 3. *C. Th. de princ. agent. in reb.* item necessitas publica *l.* 10. *C. Th. de ann.*

NECESSITUDO pro conjunctione sanguinis, & propinquitatis *l.* 5. §. 1. *D. quib. ex caus. in possess. l.* 50. §. *ult. D. de leg.* 1. cujus infinita existimatio esse dicitur in *l.* 187. §. *ult D. de reg. jur.* Cornel. Fronto *de differ. vocum.* Necessitudo, ait, vel sanguinis, vel meritorum, cum præceptoribus, cum amicis. Necessitudo consanguinitatis *l.* 13. *C. de probat.* sanguinis *l.* 2. *C. de adopt. l.* 6. *C. de suspect. tut.* Si tutor aliquo vinculo necessitudinis, vel adfinitatis pupillo conjunctus sit *l.* 9. *D. de susp. tut.*

Necessitudines aliquando pro ipsis necessariis & propinquis. Ita in *l.* 2. *C. Th. de test. & codicill.* Quæ codicillis, aut epistolis nobis, necessitudinibusve nostris relinquuntur, non admittimus, Sueton. *in Aug. c.* 17. Remisit tamen hoste judicato necessitudines, amicosque omnes. Idem in *Tiber. c.* 50. Necessitudines in Druso primum fratre detexit. Vide & Curt. *lib.* 4. *c.* 10. Justin. *lib.* 11. *c.* 15. Tacit. *lib.* 3. *hist. c.* 59.

Necessitudo pro necessitate, ut Varronis, & Sallustii testimoniis Non. Marcellus probat. Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 57. Necessitudinem definit, cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari, neque leniri potest. Imprimis hoc vocabuli usu delectatur Tacitus. Et ita in *l.* 5 *D. de re milit.* Si fuerit ultro reversus, non cum necessitudine. Contra & *necessitatem* pro necessitudine, seu sanguinis jure, & conjunctione usurpari auctoritate Cæsaris *lib.* 1. *de bell. civ. c.* 8. probatur, & ex ejusdem oratione pro Bithynis jam olim probavit Gell. *lib.* 3. *c.* 3.

Νεκροθάπτης, qui mortuos sepelit, latinis Libitinarius *l.* 5. §. 8. *D. de instit. act.*

NECTERE, obstringere, obligare. Ita necti actibus fiscalibus *l.* 1. *C. Theod.* creditori *l.* 2. *C. de crim. stell.* hypothecæ, seu pignori *l.* 2. *Cod. de distr. pign.* militiæ, curiæ *l.* 105. *C. Theod. de decur.* obligationi *l.* 5. *C. de oblig. & act.* patrimonio Principis *l.* 7. *C. de bon. proscr.* præstationi *l.* 13. *C. Th. de lustr.* fisci rationi *l.* 33. *C. Th. de hæret.* fisci viribus *l.* 7. *C. Th. de def.* vide *Nexus*.

Nectere est etiam aliquid moliri. Ita Nectere insontibus calumnias *l.* 1. *in fin. C. Th. de cur.* moras *l. un C. de suffrag.*

NEFANDUS, *a, um*, de quo vel ne fari quidem licet. Nefanda libido §. 4. *Inst. de publ. jud.* Nefandissimum scelus *l. ult. C. si nupt. ex rescr. pet.*

NEFARIE. Quæ a quibusdam in præteritum nefarie, incesteque commissa sunt *l.* 32. *C. Greg. de nupt Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 6. § 4 Multa in Deos, hominesque nefarie facere, dixit Cic. *Divinat. in Verr. c.* 12.

NEFARIUS, *a, um*, quidquid nefas est fieri. Nefaria con-

junctio *l.* 1. §. 3. *D. de concub.* licentia *l.* 5. *C. Theod. de pagan.* Nefariæ nuptiæ §. 1. *Inst. de nupt.* preces *l.* 7. *C. Theod. de malef. & mathem.* scripturæ *l.* 7. *C. Th. de fid. test. & instrum.* Nefarium crimen *l.* 22. *C. de pœn.*

NEFAS esse dicitur, quod est contra fas, ut loquitur *l.* 5. *D. de quæst.* Hominem homini insidiari nefas est *l.* 3. *D. de just. & jur.*

NEGARE, id est denegare. Negare actionem *l.* 1. §. 7. *D. de oper. novi nunc. l.* 27. *D. de noxal. act. l.* 1. §. 3. *D. de superf.* licentiam criminandi *l.* 19. *C. qui accus. non poss.* petitionem *l.* 43. *D. de her. pet.* i.e. non concedere.

Negare pro inficiari. Si tutor negavit apud se esse pecuniam *l.* 7. §. 10. *de admin. & peric. tut.* Negare se heredem *l.* 11. §. 10. *l.* 6. §. *ult. D. de interr.* Si vel parens neget filium, vel filius parentem *l.* 5. §. 8. *D. de adgn. & alend. lib.* Si testamentum patris jure factum filius negavit *l.* 14. *de his quæ ut indign.* id est, dicit non esse jure factum. Factum negantis nulla est probatio *l.* 13. *C. de probat.*

Negare etiam dicitur, qui actione experitur negatoria, ut in *l.* 3. *D. si serv. vind.* Negare servitutem se debere *l.* 4. §. 7. *D. eod. tit.* id est, agere, jus ei non esse, ut *l.* 2. *D. de nov. ep. nunc.* Sive vindicet quis usumfructum, sive alii neget *l.* 5. §. 2. *D. si usufr. pet.* id est, si intendat jus ei non esse utendi fruendi §. 2. *Inst. de act.* vel si neget, jus esse utendi fructuario *l.* 5. *D. si usufr. pet.*

NEGATIO, inficiatio. Hinc quod apud Paull. *lib.* 1. *tit.* 19. §. 2. legitur: Ex his causis, ait, quæ inficiatione duplantur, pacto decidi non potest. Id est (ut a veteri interprete exponi notat Heinecc.) hæ causæ, quæ pulsatorum *negatione* duplantur, per pactum finiri non possunt Imp. Constantin. in *l. ult. C. quib. ad libert. proclam.* Quod petitur, ait, si fuerit negatione dubium, per cautionem conservabitur, ac petitio differetur.

NEGATIVUS, *a, um*, quod sensum negandi habet. Caius in *l.* 237. *D. de verb. signif.* Duobus, ait, negativis verbis quasi permittit Lex magis, quam prohibuit. *Negativam* actionem in §. 2. *Inst. de action.* eam intellige, quæ alias dicitur *negatoria.*

NEGATORIUS, *a, um.* Negatoria actio *l.* 5. *pr. D. si usufr. pet.* quæ & *negativa* dicitur §. 2. *Inst. de act.* nec non contraria actio *l.* 8. *D. si serv. vind.* in rem actio est, qua libertatem prædiorum nostrorum defendimus, ac tuemur, negantes aliquam ab his servitutem deberi *l.* 5. §. *ult. l.* 6. §. *ult. D. si usufr. pet. l.* 2. *l.* 4. §. 1. *D. si serv. vind. d.* §. 2. *Inst. de act.* Negativis autem verbis semper fere concipitur, ut adparet ex *l.* 8. *pr. l.* 9. *l.* 13. *l.* 14. *D. si servis. vind.* quamquam & adfirmative concipiatur nonnumquam, ut in specie *l.* 4. §. 7. *D. eod. tit.* ut cum intendo habere me jus altius tollendi, invito eo, cum quo ago, quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo. Quæ tamen verba in eo vim negandi habent, quod agendo nego, ædibus meis adhærere servitutem non altius tollendi. Negativæ actioni opponitur confessoria, de qua suo loco.

NEGLIGENS, defes, segnis. Negligens amicus *l.* 1. §. 4. *D. de obl. & act.* parum diligens, ut loquitur Justin. in §. *ult. Inst. de socies.* Negligens suorum *l.* 6. §. 6. *D. de re milit.* Negligentem, quasi non eligentem Isidorus interpretatur. Jurisperitis ne-

negligens etiam plerumque dicitur eo ipso, quod quis non facit, quando agendum sit, certo scilicet tempore, & loco, nisi de impedimento doceat, ut per Felinum traditur in verbo *negligentia de rescript.*

NEGLIGENTER, vel, ut in Florentino Codice est, neglegenter, adv. notæ significationis. *Negligenter* agere *l.* 26. *D. pro soc.* rem amittere *l.* 1. §. 5. *D. de obl. & act.* se gerere *l. ult.* §. 4. *D. de admin. ver. ad civ. pert.* versari *l.* 24. §. 1. *D. de min.* quid habere *l.* 3. §. 5. *D. de jur. fisci* colligare *l.* 5. §. 7. *D. commod.*

NEGLIGENTIA, vel, ut Pandect. Florent. habent, negligentia, est omissio debitæ diligentiæ, i. e. debiti usus virium quo quid vel præstandum, vel præcavendum fuit. Varia ei tribuuntur epitheta, ut crassa, dissoluta, lata, magna, nimia, (quamvis & culpa lata simpliciter *negligentia* adpellatur *l. ult. C. de fuscept. rut.*) Alias fere synonyma est vox cum culpa, ut in *l.* 35. *D. de serv. præd. rust. l.* 22. §. 3. *D. de SC. Trebell.* Magna negligentia culpa est *l.* 226. *D. de verb. signif.* Quod forte ita legendum: Magnæ negligentiæ culpa est. Nam a Paullo in *lib.* 1. *manualium* (unde petita est lex) de quadam in facto proposita negligentia, dictum esse suspicor, præsertim ob verba, quæ statim ille subjicit, *magna culpa dolus est*, Magnam enim negligentiam placuit in doli crimine cadere, ait *l.* 1. §. 3. *D. de oblig. & act.* Negligentiæ nomine non teneri in *l.* 1. §. 5. *D. de obl. & act.* *l.* 4. *D. de magistr. conven.* idem est, ac diligentiam non debere, seu periculo negligentiæ non astringi, ut loquitur *l.* 40. *D. de admin. & peric. tut.* *Negligentia* est noverca eruditionis, ait Anacletus Papa *epist.* 1. *Episcopis omnibus distinct.* 83. *c.* 6.

NEGLIGERE contemnere, aspernari. Negligere publica damna amore ædificandi *l.* 4. *C. Th. de oper. publ.* id est damnum publico conciliare, (inusitato loquendi genere) si contumaciter præsentiam suam facere neglexerit *l.* 8. *C. quando. & quand. jud. sent.*

Negligere, cessare, omittere, nec curæ habere. Si filius bonorum possessionem petere neglexerit *l. ult.* §. 1. *D. quis ord. in possess.* Bonæ fidei possessor, quia quasi rem suam neglexit, nulli querelæ subjectus est ante petitam hereditatem *l.* 31. §. 3. *D. de transact.* Licet tutoribus patris præceptum negligere *l.* 5. §. 9. *D. de admin. & peric. tut.*

NEGOTIARI, negotiationem aliquam exercere. *Negotiari* merce *l.* 1. *pr. D. de tribut.* vel in merce, ut loquitur *l.* 3. §. 1. *D. eod. tit.* ex pecunia *l.* 16. §. 16. *D. de usu & habit.* ex vino *l.* 22. §. 3. *D. de act. emt.* utensilia *l.* 12. *D. de dec.*

NEGOTIATIO pro mercatura. Cubicularii, vel obsonatores, vel ii, qui piscatoribus præpositi sunt, non videntur negotiationis adpellatione contineri *l.* 65. *D. de legat.* 3. Si hereditas negotiationis causa veniit *l.* 48. *D. de hered. pet.*

Negotiatio lintearia *l.* 5. §. 15. *D. de tribut. act.* sagaria *l.* 51. §. 2. *D. pro soc. l.* 5. §. 15. *D. de trib. act.*

Negotiatio quoque earum rerum dicitur, quæ proprio *mercis* nomine non veniunt. Ita qui servum navi, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præponit §. 2. *Inst. quod cum eo qui in al. pot.* Professiones aliquas, seu negotiationes exercere *l. ult. C. de jurisd.*

omn.

omn. jud. Pretium hominis venditi non ex re, sed propter negotiationem percipitur *l.* 21. *D. de hered. vel act. vend.* Ita quoque caupona negotiatio adpellatur in *l.* 33. *pr. D. de instr. vel instr. leg.* juxta cujus sententiam cauponæ instrumento legato, cum *cauponæ* nomen sit negotiationis ipsius cauponariæ, non modo instrumenta loci, sed etiam institores legato contineri accipimus. Porro Tributi Edictum ad omnes negotiationes porrigendum esse, discimus ex lege *l.* 1. §. 1. *D. de tribut. act.* veluti ad servos fullones, vel sarcinatores, vel textores, vel venalitiarios, aliasque negotiationes exercentes, nisi in his, aliisve harum negotiationum servus qua institor fuerit versatus, tunc enim parata est non *tributi*, sed institoria actio, quemadmodum exercitoria, si fuerit exercitor. Et ita intelligenda est *l.* 5. §. 4 *D. eod. tit.* ubi negatur omnem negotiationem factam cum servo tributoriam inducere actionem.

NEGOTIATOR, i.e. mercator, quamvis eos separare videatur Cicero *pro Cn. Planc. c.* 26. Hotomannus *in observ. in Verrin.* 4. De hac vero differentia vide supra in voce *mercator. Negotiatores* qui annonam urbis adjuvant *l.* 5. §. 3. *D. de jur. immun.* De his Tacit. *lib.* 13. *annal. c.* 51. Ne censibus, ait, negotiatorum naves adscriberent, tributumque pro illis penderent constitutum. Negotiatores frumentarii *l.* 9. *D. de vacat. & excus. mun. Negotiator* marmorum *l. ult.* §. *ult. D. qui potior. in pign.* mercis *l.* 1. *D. de his, quæ ut indign.* Negotiator servus *l.* 9. *D. pro soc.* is est, qui negotiis exercendis præponitur, juxta Labeonem in *l* 65. *D. de leg.* Legatis, ait, servis, exceptis negotiatoribus, eos legatos exceptos videri, qui præpositi essent negotii exercendi caussa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent. *Negotiator* suarius Plin. *lib.* 21. *c.* 3. Vestiarius *l.* 45. *D. de oper. libert.* Quicumque rem comparat, non ut ipsam rem integram, & immutatam vendat, sed ut materia sit inde aliquid operandi, ille non est *Negotiator.* Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur *C. ejiciens* 11. §. *ostendam ergo. dist.* 88.

NEGOTIUM pro actu alicujus rei, cura, seu occupatione, cujus contrarium est otium. Ita ut negotium dare, idem sit ac mandata dare, seu oneris aliquid imponere. Sic Omnes possunt mandare, & uni hoc negotium dare *l.* 8. §. *ult. D. de reb. auct. jud. possid.* In primis vero *negotium* dicebatur magistratibus dari, quum quid eis mandabatur, delegabatur, committebatur. Cicero in *Verr.* 4 *c.* 43. Quæstoribus, ait, atque Ædilibus negotium datur, ut noctu vigilias agerent ad ædes sacras. Idem *de Haruspic. resp. c.* 8. Negotium magistratibus est datum. Vide & Liv. *lib* 2. *lib.* 9. *&* 31.

Negotium pro negotiatione in *l.* 3. *l.* 5. *D de instit. act.* Qui negotiationem per Pamphilum, & Diphilum prius servos, postea libertos exercebat, suo testamento eos tutores reliquit, & cavit, ut negotium eodem modo exerceretur *l.* 58. *D. & administr. & peric. tut.* Sive principaliter negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur *l.* 4. §. *D. de his qui not. infam.* Institor adpellatur ex eo, quod negotio gerendo instet *l* 3. *D de instit. act. Negotium* menæ *l.* 77.

77. §. 16. *D. de legat.* 2. tabernæ *l.* 19. §. 2. *D. de inst. act.*

Negotium pro re. Ita *negotia* administrare *l.* 13. *D. de ann. legat.* curare *l.* 5. *D. de magistr. conv.* deserere *l. ult. D. ubi pupil. educ.* explicare *l.* 9. *D. de curat. furios.* finire *l.* 6. *D. de negot. gest.* gerere *l.* 5. *D. de oblig. & act.* & passim. Hinc

Negotiorum gestor, qui se alienis negotiis ultro, & sponte offert, & immiscet *l.* 3. §. 9. & 10. *D. de neg. gest.* Vetus glossarium Negotiorum gestor ο πραγματα χειριζων αλλοτρια, και Χωρις εντολης διοικων δια Φιλιαν μονην, qui negotia aliena suscipit, & sine mandato ex sola amicitia administrat. Huc pertinet

Negotiorum gestorum actio, quam Justinianus §. 1. *Inst. de oblig. quæ quasi ex contract.* nasci ait, quum quis negotia absentis gesserit, quod verbum *absentis* ita accipiendum est, ac si *ignorantis*, adeoque nec tacite quidem ne dum expresse mandantis dixisset. Nam alias & absens mandare potest, & præsens ignorare sua negotia ab altero geri. Hujus autem modi actio est bipartita, alia nempe *directa*, alia *contraria*. Illa competit domino rei gestæ adversus eum, qui gessit, negotiorum autem gestori *contraria* datur *dict.* §. 1. *Inst. de obl. quæ quasi ex contract.*

Negotium contractum, i. e. tractatum ultro, citroque habitum, quod Græcis συναλλαγμα, ut loquitur Ulpianus *l.* 7. *D. de pact.* Ita *negotium* contrahere *l.* 32. *D. de reb. cred. l.* 5. *D. de reg. jur.* gerere *l.* 35. §. 3. *D. de mort. caus. don. l.* 22. *D. de præscript. verb. l.* 6. *D. de evict.* & passim, quod idem est ac contrahere. Eodem sensu & negotium suscipere dicitur in *l.* 4. *D. si mensor. fals. mod.* & negotiis interponere *l.* 48. *D. de oblig. & act.*

Negotium pro quæstione, lite, controversia. Ita in negotio civili provinciare *l.* 1. *C. Theod. de appell.* Negotium cognoscere *l.* 61. *C. Theod. eod. tit.* Negotii merita noscenda *l.* 46. *C. Th. eod. tit.* Negotium, seu negotia movere *l.* 16. §. 1. *D. de legation. l.* 34. *D. de jur. fisci.* Negotio provocare *l.* 37. *C. Theod. de appell.* Negotia ventilari *l.* 49. *C. Th. eod. tit.* Negotium sententia vulneratum *l.* 15. *C. Th. eod. tit.*

Negotium tamdem est molestia. Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus Plaut. *Pœnul. act.* 1. *Sc.* 2. *v.* 30. *Menechm. Act.* 5. *Scen.* 9. *v.* 13. & *Mercat. Act.* 2. *scen.* 2. *v.* 1. Eodem sensu *negotium* facere dicitur in *l.* 5. *D. de calumn. l.* 5. *D. de obsequ. parent. vel patr.* & facessere Cic. *in Verr.* 4. *c.* 64. & negotium pati *l.* 3. §. 3. *D. de calumn.*

Nema *fericum* in *l.* 16. §. 7. *D. de public.* est filium, seu stamen, quod apud Seras conficitur. Suidas in voce σηρικον, νημα deducit a verbo νεω, quod est, filum e colo torqueo.

Nemesiaci in *l.* 2. *C. Th. de collegiat.* a Dea Nemesi sic dicti, vanissimorum hominum genus, qui videlicet madidi ligno bifurco ludos publice collecta turba agebant, ibique ligno modo succollato, modo depositio, bacchantes, rotantesque fabulam aliquam fingebant, divinos se, & prophetas agentes, fataque hominum explicantes, atque ita stipem emendicabant. De iis Jac. Gothofr. in *Comm. ad d. l.*

Nemo absolute, i. e. nullus hominum, ut nemo ambigit *l.* 1. §. 7. *D. de vi & vi arm.* Nemo unus *l.* 17. §. 2. *D. de recept. arb.* Ponitur etiam relative. Ut *nemo* filiorum *l.* 6. *D. ad*

SC.

SC. Tertull. nemo servorum *l.* 51. §. 1. *D. de manum. test.* Nemine nihil faciente in *l.* 24. *pr. D. de damn. infect.* dicitur, ut negatio augeatur, non ut tollatur, ut in illo loco Lucilii, nihil neminem habere. Sic Cato, jam pridem sunt, Cives quos non miseret neminis, Cuiac. *obs.* 10. 26.

NEOPHITUS, nuper renatus, nuper ad fidem veniens, vel noviter. *Neophiti* præterea dicuntur novitii clerici, & nuper e monachorum, vel laicorum numero in clerum adscripti. Hoc nomine etiam veniunt novitii in monasteriis. Neophytorum heresis, laicorum seu non meritorum pervicacia, dum simoniace ad ecclesiasticas dignitates procurat pervenire *c. quisquis per quempiam* 1. *quæst.* 1.

NEPOS, qui ex filio §. *ult. Inst. de patr. pot.* filiave natus est *l.* 17. §. 1. *D. de dol. mal. except.* quod natus sit post patri quam filium, ut ait Festus, qui etiam deduci subindicant a voce πως, quod fundamentum significat, & a Græcis νεποδας, quod πως ipse, id est, fundamentum generis non essent, sed απογονοι, citatque hoc Callimachi de Simonide ϛ γαρ εργατιν τρεφω την μεσαν ως ο Κειος Υλικας νεπους (Sic enim legendum docuit Scaliger) itemque Theocritum, & Appollonium, qui id nominis hoc sensu usurpant.

Nepos aliquando latius extenditur. Apud Livium enim 1. 5. *nepos Numitoris* vocatur Remus, qui esset ex Amulii fratris illius filia natus. At in Legibus nostris hæc loquendi forma in usu non est, cujus loco apud Paulum *l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* legimus: Fratris, sororisve ex (horum) filio filiave nepos ac neptis, item in *l.* 7. *D. de legit. tut.* Fratris filius, neposve ex eo, Ibi enim dicitur nepos relate ad fratrem, ut non tibi, sed fratri nepos sit. Multo minus Icti veteres fratris, sororisve filium *nepotem* nuncupant. Illud enim notandum est, ait idem Paulus *d. l. ult.* §. 14. *D. de grad. & adfin.* non, quemadmodum patris, matrisve fratres, & sorores, patrui, amitæ, avunculi, materteræ dicuntur, ita fratris sororisque filios filias nomen speciale cognationis habere, sed ita demonstrari, *fratris sororisque filios filias.* Nec movent Ulpiani verba in *l.* 27. §. 3. *D. de inoff. testam.* quæ sic sonant: De inofficioso testamento *nepos* contra patruum suum, vel alium scriptum heredem pro portione egerat &c. Ibi enim *nepotis* adpellatio refertur ad avum, de cujus testamento in ea specie agitur, non ad patruum heredem ab avo scriptum, quasi dixerit Ulpianus: *Nepos* testatoris contra patruum suum, eumdemque testatoris filium, vel alium heredem scriptum &c. Neque satis intelligi potest, quid eruditis quibusdam hominibus in mentem venerit, cum in testamento C. Cæsaris, quod ita scriptum est, Sororum nepotes heredes instituit C. Octavium &c. ita interpretantur, Nepotes ex sororibus, id est, sororum filios, cum satis constet Octavium ex Aecia Juliæ C. Cæsaris sororis filia natum esse, caussa, de qua paulo supra Suetonius, Octaviam sororis ejus neptem adpellarat. Sed Ambrosius Lotum vocat nepotem Abrahami *Off.* 1. 24. Et apud Petrum Blesensem *epist.* 131. nepos, & avunculus relata sunt, quemadmodum *feud. lib.* 1. *tit.* 5. §. 2. *& tit.* 23. *in fin.* Nepos pro fratris filio ponitur.

NEPTIS ex filio *l.* 33. *D. de pact.* ex filia *l.* 17. *C. de nupt.* Ibi nemini liceat contrahere matri-

trimonium cum sorore, sororis filia, & ex ea nepte. Hic dicitur neptis respectu sororis, ex cujus filia nata est, quemadmodum de nepote modo dictum est.

NEQUAM, improbus. Nequissima secta Eunomianorum *l.* 25. *C. Theod. de hered.* Gellius *lib.* 7. *c.* 11. Nequam dici, ait, hominem nihil, neque rei, neque frugis bonæ, quod genus Græcis fere ἀσωτοι καὶ ἀχολιστον vocant.

NEQUAQUAM, minime, nullo modo, ut in *l.* 52. *D. de furt.* & passim in jure nostro.

NEQUITIA, improbitas. Sic nequitiam servilis ingenii recipere *l.* 3. *C. de lib. & eor. lib.* Humilis calumniator notæ nequitiæ *l.* 3. § 4. *D. de lib. exhib.* Qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt Manichæi *l.* 65. *C. Theod. & l.* 5. *Cod. Justin. de heret.* Nequitia Procuratorum rei privatæ *l.* 1. *C. de domib. ad rem privat. pertin.* Nequitiam frugalitati adversariam constituit Cicero *lib.* 3. *Tuscul. quæst. c.* 8. Gellius loco citato supra in voce *nequam.* Et hanc vocabuli notionem clarissime perspiciendam tradit Heineccius ex formula, qua Prætor olim bona interdicebat Prodigis: Quando tibi bona paterna, avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 8. Ita & Cicero passim loquutus est, maxime vero *Philipp.* 2. *c.* 20.

NERATIUS *Priscus*, ut *l.* 19. *D. de dol. mal. l.* 71. *D. de reg. jur. l.* 67. §. 8. *D. de legat.* 1. vel *Priscus Neratius leg.* 8. §. 1. *D. de liberat. legat.* & *l.* 3. *D. quæ res pignor.* Quando vero dicitur *Priscus*, & *Neratius* putant *l.* 10. §. 1. *D. de usu & habit.* per Priscum intelligitur Javolenus, de quo alibi. In veteris Icti *fragmento regulavum* apud Schulting. vocatur *Neratius Proclus*, sed aut *Priscus* rescribendum, quoad Pithoeo placuit, aut & *Proculus*, quod mavult Heineccius. Ceterum, quum apud Ulpian. *fragm. tit.* 11. §. 28. Priscus dicitur inter Proculeianos & Cassianos in quæstione de pubertate ita se medium gessisse, ut amborum sententiam conjungeret, incertum est, noster ne sit intelligendus, an Javolenus, cum uterque & ejusdem cognominis, & maximæ auctoritatis fuerit. Fuit autem Priscus ille Neratius de quo hic agitur, συγχρονος P. Juventio Celso, ejusque condiscipulus, siquidem uterque Celso patri in schola Proculejana successit *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Jurisconsultus fuit Trajano, hujusque in consilio *l.* 5. *D. si a par. quis manum.* tam carus, ut moriens ei Imperator dixisse feratur: Commendo tibi Provincias, si quid mihi fatale acciderit. Spartian. *Hadrian. c.* 14. Fuit & in consilio Hadriani, teste eodem *c.* 18. Pro Marcelli Icti fratre eum habet Merill. *lib.* 1. *Observ. c.* 28. Sed Neratii ille frater Marcellus, de quo *l.* 12. §. 53. *D. de instr. vel instrum. leg.* diversissimus fuit ab Ulpio Marcello Jurisconsulto, cognominatus non Ulpius, sed Neratius Marcellus, veluti apud Plin. *lib.* 2. *Epist.* 8. Noster Neratius Priscus Consul fuit collega Annio Vero *l.* 6. *D. ad Leg. Corn. de sicar.* quamvis de anno non liqueat. Regularum libros 15. Membranarum libros 7. Responsorum libros 3. Laudantur & ejus Epistolæ *l.* 12. §. 35. *D. de instr. vel instrum. leg.* libri ex Plautio *l.* 5. *D. de serv. præd. rustic.* libri de nuptiis apud Gell. *lib.* 4. *noct. c.* 4. notæ ad Fulcinium *l.* 43. *D. de mort. caus. don.* Vicissim ad eum no-

notarum libros quatuor scripsisse Julium Paullum, satis constat. *Hein.*

NERONIANUS, *a*, *um*, Neronianum SCum memoratur apud Ulp. *tit.* 24. *reg.* §. 11. quo cautum est, ut, quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset. Alterum refert Paull. *sent.* 3. *tit.* 5. §. 5. quo cavetur, ut, occisa uxore, etiam de familia viri quæstio habeatur, idemque juxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.

NERVA (M. Coccejus) Imperator Domitiani successor, qui primus ex advenis Imperium rexit, Narnienſi oppido genitus, ut Aurelius Victor *Epist. c.* 12. scribit. Primus omnium D. Nerva edicto vetuit, post quinquennium mortis cujusque de statu quæri *l. ult. D. ne de stat. def.* Lege agraria, quam Divus Nerva tulit, cavetur *l. ult. D. de term. mot.* Divus Nerva Prætoribus unum adjecit, qui inter fiscum & privatos jus diceret *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Auctore D. Nerva introductum, ut civitatibus omnibus, quæ sub Imperio populi Romani sunt, legari possit Ulp. *tit.* 24. *reg.* §. 28.

Nerva (M. Coccejus) avus Imperatoris, & Jurisconsultus, qui & Cæsari familiarissimus fuit, ut narrat Pomponius in *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* id est Tiberio Cæsari, ut Tac. *lib.* 6. *annal. c.* 26. Haud multo post Coccejus Nerva continuus principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore illæso, moriendi consilium capit. Apud Frontinum *lib.* 2. *de aquæduct.* inter aquarum curatores refertur M. Coccejus Nerva divi Nervæ avus scientia juris illustris. Ex quibus auctoritatibus nobis hujus Jurisconsulti silentio in pandectis obrutum prænomen innotescit. Porro hunc ipsum Nervam Consulem fuisse, argumento sunt hæc Celsi verba: Si ita legatum est, *si Nerva Consul factus erit l.* 27. *D. de leg.* 2. ac plane ex vetustis lapidibus apud Gruter. *p.* 187. 13. *&* *p.* 502. 4. patet, anno ab V.C. 576. M. Coccejum M. F. M. N. Nervam cum C. Vibio Rufino Consulatum gessisse. Nervam utique hunc Labeoni, Nervæ vero Proculum successisse, idem Pomponius *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* tradit, inter quos tamen non bene semper conveniſſe, observare licet. Nam ut Labeoni Nerva consentit in *l.* 1. *D. si usufr. pet. & l.* 14. *D. de in diem add.* ita ab eo dissentit in specie *l.* 2. §. 28. *D. ne quid in loc. publ.* similique modo interdum Nervæ sententiam Proculus sequitur, ut *in l.* 13. *D. qui potior. in pign. l.* 9. §. *ult. D. de reb. cred. l.* 26. §. *ult. D. de legat.* 1. & quidem adversus Sabinum, & Cassium in *l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom. l.* 1. *D. de contrab. emt.* Alias vero ceu nullius addictus jurare in verba magistri libere ab ea diſſidet, ut adparet ex *l.* 32. *D. depos. l.* 12. §. 1. *D. de usu & habit. l.* 3. *D. de usufr. ear. rer. l.* 1. *D. de act. rer. amot.* Quin etiam a Sabino Nerva stat adversus Cassium *in l.* 49. *D. ad leg. Falcid.* Derisus Nerva Jurisconsultus, qui per fenestram monstraverat, servos detentos ob pensionem liberari posse *l.* 9. *D. in quib. caus.* Hunc etiam a Celso filio recte reprehensum, adnotat Pomponius in *l.* 28. *D. de evict.* Quamvis vero in Pandectis Nerva hic ab eo, quem juris civilis scientiæ æque atque nominis & bonorum heredem reliquit, patris adjectione non discernatur, nec ut Celsum *patrem*, ita Nervam patrem nominari inveniamus, Nerva tamen pater exaudiendus est in *l.* 5. §. 3. *D. de rei vind. l.* 6. §. 3. *D. commun.*

mun. div.
l. 7. *D. de*
§. 3. *D. de*
mandat. l.
l. 56. *D. d*
D. de donat
D. solut. m
D. de leg. 3
l. 16. *D. a*
D. quod vi,
de dol. mal.
M. Cocce
lius, Nerv
Neroni tam
ris adhuc des
triumphalem
apud palatiu
Tac. *lib.* 15.
ejus *de usuf*
pin *l.* 47. *D*
poss. Fuit ex
Proculus)
ult. D. de or
nis decem &
in totum com
libet postular
hanc ætatem r
dum in public
paulo majore
& publice de
l. 1. §. 3. *D.*
Nerva filius r
ult. D. de his
vam filium Fu
animadvertimu
num. vind. Ci
filius *l.* 1. *pr.*
7. *D. de adqu*
l. 21. *D. de ac*
D. de usufr. l.
NERVUS
rus reipublicæ
§. 20. *de quæst*
Manil. c. 7. si
esse reipublicæ
succisis quasi qu
nervis *l.* 2. *C. de*
l. 4. *C. Th. de*
NESCIRE,
bar *l.* 1. *D. de j*
demque nescire,

mun. div. l. 11. D. de reb. cred. l. 7. D. de condit. caus. dat. l. 11. §. 3. D. de pecul. l. 45. §. ult. D. mandat. l. 57. D. de contrah. emt. l. 56. D. de jur. dot. l. 36. §. ult. D. de donat. int. vir. & ux. l. 44. D. solut. matrim. l. 19. l. 52. §. 7. D. de leg. 3. l. 14. D. de ann. leg. l. 16. D. de liber. leg. l. 3. §. 4. D. quod vi, aut clam. l. 4. §. 3. D. de dol. mal. & met. exc. pt.

M. Coccejus Nerva, prioris filius, Nervæ Imperatoris pater, Neroni tam carus, ut ejus Prætoris adhuc designati imaginem supra triumphalem in foro, & effigiem apud palatium quoque statueret Tac. lib. 15. annal. c. 72. Libros ejus de usucapionibus citat Papin l. 47. D. de adquir. vel amitt. poss. Fuit ex eodem tempore (quo Proculus) Nerva filius l. 2. §. ult. D. de orig. jur. Minorem annis decem & septem, qui eos non in totum complevit, prætorem prohibet postulare, quia moderatam hanc ætatem ratus est ad procedendum in publicum, quia ætate, aut paulo majore fertur Nerva filius, & publice de jure responsitasse l. 1. §. 3. D. de postul. Pegasus & Nerva filius responderunt l. 2. §. ult. D. de his qui not. inf. Nervam filium Fusidio contradicere, animadvertimus l. ult. D. de manum. vind. Citatur & hic Nerva filius l. 1. pr. §. 1. l. 3. §. 13. & 17. D. de adquir. vel amitt. poss. l. 21. D. de accept. l. 13. §. 7. D. de usufr. l. 3. §. 8. D. de pec.

NERVUS pro viribus. Nervus reipublicæ in tributis l. 1. §. 20. de quæstion. Cic. pro Lege Manil. c. 7. si vectigalia nervos esse reipublicæ semper duximus. Successis quasi quarumdam virium nervis l. 2. C. de omni agr. deser. l. 4. C. Th. de annon. & tribut. Jur l. 1. D. de jur. & fact. ignor.

NESCIRE, & scire opponuntur neque nescire, & cognoscere l. 6. D. de calumn. Nescire litteras l. 3. §. 1. D. de accus. §. 8. Inst. de excus.

NESCIRE quis dicitur, quod non valet assequi. Sic Nescire se dicunt Imperatores, quomodo Irenæus ob Nestorianismum condemnatus, postea Tyriorum episcopus factus fuerit l. 3. §. ult. C. de summ. trinit. & fid. cath.

NESCIUS, *a, um* nesciens, ignarus. Nescius modestiæ, & pudoris ignarus l. 1. C. Just. & Th. Si quis. Imp. maledix. Nescia periculi sui latronum insaniæ l. 6. C. de defens. civit. l. ult. C. Th. eod. tit. Gellius lib. 19. c. 1. Repentini nescius periculi nuncius. *Nescius* autem dicitur tam is, qui nescitur, quam qui nescit, quamquam de hoc frequentius, de illo rarius hæc vox usurpatur Gell. lib. 9. c. 12. in fine.

NESENNIUS Apollinaris in l. 34. D. de negot. gest. Dion. Gothofredo in notis dicitur Jurisconsultus Paullo familiaris, ceu patet ex l. 41. D. de re jud. Sed Cujacio est judex datus, seu pedaneus, quod & consequentia exigant. Idem Nesennii Apollinaris nomen occurrit in l. 32. D. de excusat. l. 22. D. ad leg. Falc. pluresque ejus nominis memorat Reinesius Class. 1. Inscr. 4. p. 92.

NESTORIANI a Nestorio episcopo Constantinopolitano dicti sæculi V. hæretici Mariam non Θεοτοκον sed χριστοτοκον esse voluerunt; hinc unionem personalem, & quæ hanc consequuntur, sustulerunt. Late se extenderunt per Orientem, ubi Patriarcham habent, quamvis hodierni non parum a priscis recesserint, ut eorum confessiones testantur. Quinque observant jejunia, seu quadragesimas. Hi ab orientalibus *Syriani* communiter adpellantur. Nestorianorum mentio est in caus. 24. quæst. 3. c. 29. §. 63.

Ne-

Neſtorii nefariæ ſectæ participes Simoniani vocentur, ut, cujus ſcelus ſunt in deſerendo Deo imitati, ejus vocabulum jure videantur eſſe ſortiti *l. 66. pr. C. Th. de hæret. l 6. C. Juſt. eod. tit.*

NETA lana in *l.* 70. §. 2. *D. de legat.* 2. ut puta ſtamen, & ſubtemen. Eam legato contineri ait Sabinus, ſi cui lana legetur.

NEUTER, *a*, *um*. Neutri prætor ſuccurrere debebit *l.* 3. §. *pen. D. de eo per quem fact. erit.*

NEUTIQUE pro neutiquam *l.* 3. *C. Th. de aquæduct.*

NEX a græco *νεκρος*, ut vult Feſtus. Auctore eodem, neci datus proprie dicitur, qui ſine vulnere occiſus eſt, ut veneno, aut fame. Ulpianus hac uſus eſt phraſi: Qui quid fecerit, contra hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit *l.* 4. *D. ad Leg. Corn. de Sic.* Si necem Domini detexit ſervus *l.* 3. §. 1. *D. de ſuis & leg. l.* 16. *D. de SC. Sil.* id eſt, cædem arguit, vel indicavit, ut *l.* 3. §. 13. §. 14. *D. eod. tit.*

In necem frequenter dicit Ulp. pro in fraudem, damnum, præjudicium, vel in perniciem, ut loquitur *l.* 34. *D. ſolut. matrim.* Non eſt æquum fidejuſſori in necem meam ſubveniri *l.* 13. *pr. D. de min.* Si libertus rem ſuam pro alio pignori dedit, in necem patroni, id eſt in fraudem ejus *l.* 1. §. 19. *D. ſi quid in fraud. patr.* Hujuſmodi Ulpiani loca vide *l.* 3. §. 1. *D. de Stellion. l.* 10. §. 6. *D. de in rem verſ. l.* 21. *D. de pec. l.* 1. *D. de litigioſ. l.* 14. *D. de appell. l.* 4. *D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l.* 5. §. 15. *D. ut in poſſ. legat. vel fideic. cauſ.* Pro hac locutione, cujus apud alios bonos auctores exemplum nondum reperiam eſt, quædam erudite diſſeruit Car. Andr. Ducker. *de latin. vet. Iſtor. p.* 431. Dubitat Heinecc. an non eodem ſenſu Ulpianus dixerit *in occaſionem innocentium* apud Auctor. *Collat. Leg. Moſaic. & Rom. tit.* 8. §. 7. Vid. Corn. van Bynkersh. *lib.* 3. *obſ. c.* 19. *p.* 203.

NEXUS, *a*, *um*. Nexa res alicui dicitur, quæ ei pignori obligata eſt, & nexa pignori *l.* 2. *l.* 7. *C. de diſtract. pign.*

NEXI ob æs alienum. Erat hoc jus jam inde a condita fere Urbe, vel lege, vel more conſtitutum, ut liberi homines, qui pecuniam deberent, cum ſolvendo non eſſent, contrahi a creditoribus, atque ad operas ſerviles præſtandas cogi poſſent, qua licentia abuſi multi in terga miſerorum crudeliſſime ſævierunt. Idque ita obſervatum eſſe ante XII. Tab. Livii locus *lib.* 2. indicio eſt. Poſt autem in eas hæc verba relata ſunt, teſte Gellio *lib.* 20. *c.* 1. Æris confeſſo, rebuſque jure judicatis 30. dies juſti ſunto. Poſt deinde manus injectio eſto, in jure ducito, in judicatum facit, aut qui locuples endo eo in jure vindicit, ſecum educito, vincito, aut nervo, aut compede XI. pondo ne majore, aut ſi volet minore vincito. Si volet, ſuo vivito, ni ſuo vixit, qui eum (eum) vinctum habebit, libram farris endo (in) dies dato, Si volet plus dato. Ni cum eo pacit, 60. dios endo (in) vinculis retineto, interibi tribus nundinis continuis in comitium procitato, arisque æſtimiam judicati prædicato. Aſt ſi pluribus erunt rei (creditores) tertiis nuudinis partes ſecanto. Si plus minuſve ſecuerunt, ſine (ſine) fraude eſto. Verba hæc decemviralia accurate ſuo more exponit Jo. Gottl Heinecc. *Antiq. Rom. ad Inſt. lib.* 3. *tit.* 30. ubi oſtendit, nexos etiam addictos dici, non quod in ſervilem incideriut conditionem, ut vulgo exiſtimant (ſane enim ingenuitas non erat in commerciis, & tantum abeſt, ut

quis pro ære alieno in servitutem capi potuerit, ut ne ipse quidem si voluissent, voluntariam adire potuisset servitutem) sed quod creditoribus a prætore fuerant adjudicati, ad operas serviles quascumque præstandas. Serviebant ergo hi obærati creditoribus, sed non erant servi, inter quæ magnum discrimen erat §. 1. *Inst. de ing.* Porro observat idem Hein. recte Cornelium Van. Bynkersh. *obs. I.* 1. post Robertum *ver. jud.* 2. 6. de *sectione* illa *partium* sentire, quam de corporis sectione intelligunt Tertull. *Apol.* 4. Quinctilian. *Inst.* 3. 6. & ipse Cæcilius apud Gell. 20. 1. qui tamen negat tam durum, ac inhumanum supplicium umquam sumtum esse ab obæratis, adeoque illud tantum terroris causa legi accessisse existimat. At de sectione bonorum id interpretantur illi recentiores Ieti. Et sane ut corpus sæpe notat bona, & facultates (*l.* 26. §. 16. *D. de her. pet.*) ita qui bona hastæ subjecta publica auctionis lege emebant, *sectores* dicebantur Cic. *pro Roscio* 63. Ascon. Pædian. ad Cic. *Verrin.* 3. *p.* 1843. & 1815. Flor. 2. 6. adeoque *sectio* idem est ac auctio apud Varron. *de re rust.* 10. Minus ergo vero similis est prior sententia, permissum scilicet esse creditoribus corpus obærati secare. Quis enim adeo fuisset stolidus, ut non majore lucro, & minore inhumanitatis fama servilibus obæratorum operis uti, vel ipsos trans Tiberim venumdare maluerit. Ita Heinecc. apud quem *l. cit. decemviralis* hujus legis fata legere est.

Nexus, *us*. Substantivo, pro quovis vinculo obligationis, maxime vero pignoris. Ita nexus culpæ *l. ult. C. quo quisq. ord.* pro obligatione ex culpa. *Nexus* curiæ *l.* 64. *l.* 107. *C. Th. de decurion.* curialis *l.* 58. *C. Th. eod. tit.* famulatus *l.* 3. *C. Th. de liber. causs.* generis & originis *l.* 45. *C. Th. de decur.* juris *l.* 29. *C. ad leg. jul. de adult.* pignoris *l.* 33. *D. famil. ercisc.* paternæ potestatis *l.* 13. *C. de castrens. pecul.* Nexum facere prædiorum, id est, prædia pignori obligare *l. pen. & l. ult. C. si alien. res pign.* Nexu venditi liberare *l.* 26. §. 7. *D. de cond. indeb.*

Nexu vel *Nexo* olim etiam abalienari res dicebantur, quæ erant mancipi Cicer. *in Top. c.* 5. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, ut traditio alteri nexu. Idem in *paradox.* 5. *c.* 1. Ut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. *Et de haruspic. respons. c.* 7. Multæ domus in hac urbe, atque haud suo, an pene cunctæ jure optimo, sed tantum jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure *nexi*. Varro *lib.* 6. *de ling. lat. Nexum* Manilius scribit omne, quod per libram & æs geritur, in quo sunt mancipi. Mucius Scævola, quæ per æs & libram fiant, ut obligentur, præterquam si mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. Nam idem, quod obligatur per libram, neque suum fit. Inde nexum dictum. Cicero *lib.* 3. *de orat. c.* 40. inter ea, quæ proprium nomen habent, nexum enumerans, ea significari ait, quod per libram agitur. Festus: Nexum est, ut ait Gallus Ælius, quodcumque per æs & libram geritur, idque necti dicitur. Quo in genere sunt hæc, testamenti factio, nexi dando, nexi liberando. *Nexum* etiam æs, ut idem Festus ait, olim dicebatur pecunia, quæ per nexum obligabatur. Quibus, ut clarius innotescat quid proprie *nexus* vel nexum sit, addit hæc Heinecc. Mancipatio quidem erat inter modos transferendi dominium, at ac-

cedebat tamen & aliis contractibus, & negotiis, adeo ut & heredes, quibus legatum remittebatur, per æs & libram solvi dicerentur Cic. *lib.* 2. *de leg. c.* 20. & 21. Quoties ergo cui res mancipi tradebatur per æs & libram, ita ut dominium ejus haud nanciscereturr, rem illam habere dicebatur jure *nexi*, quoties in eum translatum esset Dominium *jure mancipii*. *Nexus* ergo & mancipatio non differebant ritu, sed differebant maxime effectu, quum ille & sine dominii translatione esse posset, hæc semper dominium juris Quiritium transferret; per eamque non posset fieri rei abalienatio. Rem omnem erudite expositit, illustravitque Jo. Frid. Gron. *Epist.* 302. *ad Claud. Salm. in Sylloge Epist. viror. ill. Tom.* 2. *p.* 546.

NICÆNUS, *a*, *um* a Nicæa, Bithyniæ mediterraneæ urbe, ubi notissimum Concilium a Constantino M. habitum. Conditum in eo concilio symbolum vocari solet fides Nicæna. Nicenæ fidei (ait Imp.) dudum a majoribus traditæ, & divinæ religionis testimonio, atque adsertione firmatæ observantia semper mansuræ tenea tur *l.* 2. *pr. C. de summ. Tr. & l.* 8. *pr. C. Th. de haret.* Veræ ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant *l.* 3. *C. Th. de fid. cath.*

NICOLAITÆ dicti a Nicolao Diacono Ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano, & ceteris constitutus est a Petro, qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat, ut qui vellet, ea uteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur. Quos Joannes in *Apoc.* improbat dicens, sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum *Caus.* 24. 3. *c.* 39. §. 4.

NICOMEDIENSES. His rescripsisse D. Hadrianum refert Callistratus *l.* 5. *D. de decr. ab ord. fac.* Nicomedienfium ordo *l.* 11. *D. de decur.* Dicuntur autem Nicomedienses, quorum & Plin. *lib.* 10. *epist.* 43. 46. & 50. meminit, a Nicomedia Urbe, quam *Nicomediam Bithyniæ præclaram* vocat major Plinius *lib.* 5. *hist. nat. c. ult.* Zosimo quoque dicitur civitas maxima, & beata, & cum ob opes, tum ob rerum omnium adfluentiam celeberrima *lib.* 2. *hist. c.* 35. Et multo ante maximam Bithyniarum urbium vocavit Pausanias *Eliac.* 1. *c.* 2. Efflоruit potissimum sub Diocletiano, qui ut plurimum ibi hæsit, & urbem illam Romæ æquare studuit, teste Lactantio *de mortib. persec. c.* 6.

NICOPOLIS civitas *l.* 11. *D. de legat.* Duas hujus nominis civitates memorat Brisson unam in Epiro, ad ostium Ambracii sinus, alteram in Thracia juxta Hemum montem. Seneca *lib.* 6. *nat. quæst. c.* 27. de terræ motu agens: Sic Paphos non semel corruit, sic nobilis & huic jam familiaris malo Nicopolis. His, notante Heineccio, aliæ ejusdem nominis Urbes addi potuissent. In ipsa enim Thracia non una Nicopolis ad Hemum montem. Sed & altera juxta Nestum, flumen, ipsa Trajani opus, ut Nicopolis ad Danubium, quam indicium victoriæ contra Dacos idem Trajanus condidit. Ammian. Marcell. *lib.* 31. *c* 16. In oriente Nicopolim suam habuit Bithynia, de qua Plin. *lib.* 5. *extr.* Cilicia, cujus de situ erudite disputat Cellarius *Notit. orb. antiq. lib.* 3. *c.* 6. *p.* 260. Lydia, de qua idem *ib. c.* 4. *p.* 136. Fuit & Palæstinæ Nicopolis, olim Emmaus, de qua idem *lib* 3. *c.* 13. *p.* 518. itemque Armeniæ minoris, a Pompeio condita, de qua Dio Cassius *lib.* 48. *p.* 415. denique Ægypti-

ca ab Augusto, oppresso Antonio, condita, de qua idem Dio Cass. *lib.* 51. *p.* 456.

NICOSTRATEGUS *l.* 18. §. 12. *D. de muner.* Sed pleræque melioris notæ editiones habent νυκτοστρατηγοι, *nyctostrategi*, id est, cohortes vigilum nocturnorum, de quibus Dion. Gothofr. *ad d. l.* 18. §. 12.

NIDOR odor ex re adusta. Nidore penates venerari *l.* 12. *pr. C. Th. de pagan.*

NIDUS *l.* 5. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* a nidore dictum volunt, quia male olent avium cubilia.

NIHIL, vel *nihilum* vulgo dictum putant, quasi *ne hilum* quidem. In jure vero nostro nihil actum dicitur, quando, quod actum nullum, vel nullius effectus est, & *nihil* agere, idem ac inutiliter, vitiose, inefficaciter (§. 2. *Inst. de auct. tut.* juncto *pr. ejusd. tit.*) *l.* 29. §. 1. *D. de test. mil.* Hinc nihil agi, & valere opponuntur *l.* 49. *D. de don. int. vir. & ux.* vide & *l.* 1. *l.* 5. *D. de rescind. vend. l.* 51. *locati l.* 74. *pro soc. l.* 9. §. 1. *de auct. & conf. tut. l.* 13. *l.* 25. §. *ult. de adquir. vel omitt. hered. l.* 16. *D. de opt. vel elect. legat. l.* 18. *C. eod. tit.*

Nec personæ modo, sed & actus ipsi *nihil* egisse dicuntur. Sic ademtio nihil egit *l.* 24. *D. quand. dies legat.*

Nihil aliquando pure negativum pro non, ut in *l.* 5. *in fin. C. si cert. pet.* ubi nihil deberi de oleo tantum dicitur, id est, illud non deberi, quum tamen debeatur pecunia.

Nihil interdum pro *nullo* ponitur, αρχαικως. Nihil præjudicium *l.* 7. *D. de agnosc. & alend. lib.* 1. Ita & Plaut. *Epidic. Act.* 2. *sc.* 2. *v.* 112. Nihil in ea re captio est, & in *Pseudol. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 100. Nihil quæstus.

Nihil nemine faciente, de hac loquendi forma vide in voce *nemo*.

Nihil minus, pro nihilominus Græcorum exemplo, qui ουδεν ηττον dicunt in *l.* 37. §. 3. *D. de leg.* 3.

NIHILUM idem ac *nihil*. Nihilum differt *l.* 55. *D. ad leg. Aquil.* Pro nihilo est *l.* 1. *D. quæ in testam. del.* In nihilum liberaretur, i. e., nulla ex parte debiti *l.* 2. §. 7. *D. de eo, quod cert. loc.* Ad nihilum perduci *l.* 3. §. 1. *D. de alim. vel cib. leg.* Nihilo magis *l.* 12. *D. rat. rem. hab.* (§. 7. *Inst. de legit. adgn. succes. l.* 8. *D. de adim. & transf. leg.*) Nihilo magis rerum *l.* 12. *D. de usu & usufr. leg.*

NIHILOMINUS, immo magis *l.* 6. §. 2. *D. de negot. gest.* Nihilo minus ædificii est, quam situla, i. e. haud minus *l.* 40. §. *ult. de contr. emt. Nihilominus* in Legibus nostris non semper adfirmare, sed aliquando tanto fortius negare, significans nullo modo, οδαμως, minus nihilo, nequaquam, minime gentium, Brissonius, Cujacius, aliique colligunt ex *l.* 56. *C. de decur.* ubi tamen præcedens *vox esse*, verbaque cohærentia adfirmativam significationem requirere videntur, item ex *l.* 13. §. *ult. C. de jud.* at nulla ut videntur ratione, item ex *l.* 2. §. 1. *D. de vi honor. raptor.* his nempe verbis: Sed utilius visum est, quamvis præjudicium Legi de vi privata fiat, nihilominus tamen non esse denegandam actionem eligentibus privatam persequutionem. Ibi vero vox *nihilominus* per se habet significatum adfirmandi, quod cum verbis duobus negativis sequentibus *non* est *deneganda*, vim adfirmativam habentibus copulatur, quasi dixisset Ictus, *nihilominus danda est*, quod vere est adfirmare. Aliud exemplum adfert Heineccius ex *l.* 106. *D. de condit. & demonstr.* quæ sic

sonat: Hoc genus legati, si Titio non nupserit, perinde habendum est ac si post mortem Titii legatum fuisset, & ideo nec Muciana satisdatione interposita capere legatum potest: Sed & alii nubendo nihilominus legatum consequitur. Verum hæc ultima verba ita intelligi possunt, nihilominus legatum consequitur post mortem Titii, sic *nihilominus* adfirmat. Si vero dixeris, nihilominus legatum ante mortem Titii (quod cautione Muciana non potuit) consequitur, tunc negativus sensus erit, ac si dictum esset *nihilo magis*, quem quidem significatum vocem illam haud raro habere apud Latinos observavit Priscianus *lib.* 18. *p.* 1196.

NILOTICUS, *a*, *um*. Nilotica aqua *l.* 10. *D. de extraord. crim.* Seneca *lib.* 3. *nat. quæst. c.* 25. Quare aqua nilotica fœcundiorem feminam faciat?

NILUS. Eam Græcam dictionem esse, latineque Melonem vocari a Serv. *ad Æneid. lib.* 1. *v.* 745. tradit. Ejus fluminis Ægyptiaci mentio fit in *l.* 10. *D. de extraord. crim. l.* 1. §. 5. *D. de flumin.* Senec. *Ep.* 164. & *nat. quæst. lib* 4. *c.* 1. & 2. *lib.* 6. *c.* 26.

NIMIETAS. Occurrit ea vox in *l.* 9. *C. Th. de jud.* Eadem, quamvis inter barbaras relata a Vossio *lib.* 3. *de vitiis serm. p.* 539. utuntur Apul. *de Deo Socrat. p.* 43. *lib. metamorph. p.* 122. & alibi. Colum. *lib.* 6. *c.* 23. Jul. Capitol. *in Vero Treb. Pollio in trig. Tyran. c.* 9. Macrob. *Comm. in somn. Scip. c.* 7. sed & Palladius, Solinus, Hieronymus, Arnobius, & alii.

NIMIRUM eleganter in *l.* 3. *D. de aur. arg. legat.* ad responsionem adhibitum videri potest his verbis, nimirum facti quæstio est.

NIMIS. Nimis propere *l.* 1. *C. de execut. rei jud.*

NIMIUM, ad (modo intensivum est, & idem, ac valde, ut in *l.* 3. §. 1. *D. de contrar. tutel. ac util. act.*) modo excessum significat. Ut nimium credere tutori *l.* 5. §. 11. *D. de reb. eor, qui sub tut.* Nimium est licere *l.* 11. §. 2. *D. de admin. & peric. tut.* Nimium sumtuosæ *l.* 5. *D. de jur. delib.*

NIMIUS, *a*, *um* justo major vel majus. *Nimia* cessatio *l.* 6. D. *ubi pupill. educ.* culpa *l.* 12. *D. de cust. & exhibit. reor.* diligentia *l.* 6. §. *ult. D. de bon. damnat.* ferocia *l.* 3. §. 2. D. *si quadrup. paup.* indulgentia *l.* 1. D. *de colluf. deteg.* reverentia *l.* 1. §. 6. *D. quar. rer. act.* securitas *l.* 6. *D. de jur. & fact. ignor.* subtilitas *l.* 4. *D. de manum. testam.* Sed & persona ipsa dicitur nimia, ut Nimia (mulier) circa maritum *l.* 22. §. 6. D. *solut. matrim.* i e. nimis profusa.

Aliquando hoc verbum tantum intendit significationem, ut *Nimia*, (i. e. magna vel plurima) subtilitas requirenda est, quum res per testium solemnitatem ostenditur *l. ult. C. de fideicom.* Eadem natione *nimiam* curam dixit Ælius Spartian. *in Hadr. c.* 12.

NIPHANUS, *a*, *um*. Niphanæ regionis mentio fit in *l.* 35. §. 2. D. *de legat.* 3. ubi tamen pro Niphanæ, quod id regionis nomen alibi non occurit, Aliphana legendum censet Ægid. Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 31. *p.* 181.

NISI, exceptionis nota est, & quandoque refertur ad omnia præcedentia, ut nisi specialiter contrarium actum esse probetur *l.* 3. D. *de pact.* nisi ex hoc temporalis actio in peculium cadat *l.* 2. §. D. *de cust. & exhibit. reor.* quandoque non ad omnia refertur, sed ad partem tantum, ut diximus, usumfructum a fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis *l.* 66. *D. de jure dot.*

Niſi interdum pro quam ponitur. Alius niſi, id eſt, alius quam *l.* 8. D. *de minor.* Ad nullum alium uſum, niſi *l.* 23. §. 2. *D. de aur. arg. legat.* Prius niſi, id eſt, priuſquam *l.* 2. *pr. D. de ſtatulib.* Non aliter niſi *l.* 10. *D. de re milit. l.* 3. *D. de collat. bonor. l.* 2. *D. quib. mod. pig.*

NISUS, *us*, conatus, & molimen. Niſus exceptionis *l.* 1. *C. Theod. de his qui condit. propr. relinq.* vide & *l.* 2. *ejuſd. C. de piſtorib. & catabolens.*

NITERE, ſplendere. Nitentia ſaxa, i. e. marmora *l.* 2. *C. Theod. de metall.* Civitates quoque nitere dicuntur in *l.* 1. *C. Th. de his qui propr. cond. reliq.*

NITI. Omnis excuſatio ſua æquitate nititur *l.* 1. *D. de excuſ. & vocat. mun.* niti auctoritate *l.* 1. *C. qui pro ſua*, niti obligatione *l.* 21. *D. quod met. cauſ.*

NITOR, *ris.* Splendor Nitor civitatum *l.* 20. *C. Th. de op. publ.* publici nitores *l.* 25. *C. Th. eod. tit.*

NIVARIUS, *a*, *um.* Nivarium colum *l.* 21. *D. de aur. arg. legat.* Erat inſtrumentum, quo nix potui miſcenda excernebatur. Sic apud Mart. *lib.* 14. *Epigr.* 103. 104. 116. inter lemmata occurrunt colum nivarium, ſaccus nivarius, lagena nivaria. Vid. ſupra art. *colum.*

NOBILIS, *e*, pro præclarus, & a vulgo ſeparatus. Nobiliores natalibus *l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* Nobiles, & probatæ perſonæ *l.* 19. *C. de teſtam.* Nobilis Comes Phœniceſeos *l. ult. in fin. C. de diverſ. offic. & adpavit.* Nobilis Ulpianus *l.* 2. *in fin. D. de excuſ.* Idem nobiliſſimus *in l.* 4. *in fin. eod. tit.* Nobilis Curia pro Senatu *l.* 105. *C. Th. de decur.* Nobiles nuptiæ pro Senatoriis *l* 105. *C. Theod. de nupt.* Nobiles Romæ dicebantur, quorum patres aut majores magiſtratum curulem geſſerant, & novis hominibus opponebantur Cicero *in Verr.* 7. Videmus, quanta ſit invidia apud quoſdam homines nobiles, novorum hominum virtus & induſtria. Fuit autem nomen hoc generale, & commune omnium, quorum majores magiſtratum, ut diximus, curulem geſſerant, ſive ii patritii eſſent, ſive plebeii. Poſtea tamen accidit, ut illi generis ſui nomen retinerent, & ſpeciali ac proprio nomine nobiles dicerentur, qui plebejæ gentis cum eſſent, majores tamen curulibus magiſtratibus honoratos habuerant. Itaque Pædianus perſpicue, ac dilucide Patritios a Nobilibus diſtinguit. Sex inquit, competitores Cicero habuit, duos patritios Galbam, & Catilinam, quatuor plebejos, & quibus duo nobiles &c. Non quod patritii nobiles non ſint; ſed quia e generali nobilium nomine alii patritiorum honorabile nomen ſibi retinebant, factum, ut alii generis nomen ſibi attribuerent. Sic Livius *lib.* 39. Omnes patritios, plebejoſque nobiliſſimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. Sic Fulviorum familia, quam plebejam fuiſſe conſtat, *nobilium* cognomentum ſumſit. Sic *in Sextiana.* Voſque adoleſcentes, & qui nobiles eſtis, ad majorum veſtrorum imitationem excitabo, & qui ingenio, & virtute nobilitatem poteſtis conſequi, ad eam majorem, in qua multi homines novi, & honore, & gloria floruerunt, cohortabor. Nemo enim patritius ut eſſet, ſua virtute conſequi poterat.

Nobiles vero hodie in Europa plerumque intelliguntur in genere hi, quibus jus eſt armorum, & inſignium, ut his quoque conineantur, qui olim milites adpellabantur, equeſtriſque dignitatis eſſe

dicuntur, olim vocati quoque ingenui. Qui horum censu continentur conditione sua indignam putant mercaturam, quantumvis lucrosam facere, cujus rei originem nonnulli repetunt ex *l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* quamquam id e priscis Germanorum moribus alias deduci possit. Militaribus vero hi maxime præ plebe eminent. Eoque pertinet jus certaminum equestrium, quæ Torneamenta vulgo adpellantur, jusque armorum, & insignium, ut certis tesseris gentilitiis militaribus, scuto nempe, galeaque utantur, easque non modo in sigillis, sed & aliis occasionibus quibuscumque ostentent. Sed & venatio horum juribus accensetur Diodor. Sicul. Και τα ακροθινια ταυτα ταις οικειαις προσηλοι ωσπερ εν κυνηγιαις τισι κεκειρωμενα: Et has manubiorum primitias non secus, atque feras a se trucidatas vestibulis domorum affigunt.

Inter illos vero eminent Nobiles κατ' εξοχην dicti, seu majorum gentium, qui nempe sunt cum dignitate, quales sunt Duces, qui exercitus ducebant, & Comites, qui jura per pagos, vicosque reddebant, quos promiscue Principes vocat Tacitus *de Morib. Germanor. cap.* 25. Hi quoque Graviones dicti. Accessere postea recentiora horum vocabula, aliique dicti Comites Palatini, alii Marchiones, vel Margravii, alii Landgravii, Burgavii &c. Quum porro Episcopi, & Abbates inter Duces, & Comites de republica conferre consilia cœperint, ac proinde ipsi ad Principum dignitatem paullatim eveherentur, inter nobiles quoque majorum gentium cœperunt numerari.

Hi autem sunt septem Clypei nobilitatis. Primus clypeus, id est supremus nobilitatis gradus fuit Regis, alter Episcoporum, & Abbatum, tertius Principum Laicorum, quartus Comitum, quintus liberorum, seu Baronum, sextus ministerialium, septimus denique eorum, qui, quamvis essent equestris originis, feuda tamen adquisiverunt. De his feudali ministerialive nexu obstrictis nobilibus sciendum est, ingenuos sese nobilioribus, & potentioribus fide clientari obstrinxisse, hinc bona horum ingenuorum plerumque sunt feudalia. Et ii etiam, qui prædia sua jure optimo maximo possidebant, qui *liberi, nobilesque* dicebantur, illa tamen ultro nobilioribus in feuda obtulerant. Hinc soli nobiles, atque ingenui capaces habentur feudorum. Et quamvis alicubi civici ordinis viri huiusmodi feuda adquirere possint, soli tamen ingenui sanguinis admittuntur ad Comitia provincialia inter pares curiæ, Beyer. *Specim. jur. Germ. lib.* 1. *cap.* 2. §. 52. Ex eo feudali nexu porro sequebatur, ut non modo nobiles quælibet aulica munera, ac officia, veluti dapiferorum, pincernarum, marescallorum, camerariorum soli capesserent, sed & extra ordinem evocati in aulam adesse tenerentur, sive consilio eorum, aut judicio in caussis feudalibus opus esset, sive ut globo eorum stipatus dominus tanto comitatior esset. Et hi sunt ministeriales. De Nobilitate scripserunt Tiraquellus, & Anton. Matthæus.

Hoc elogium in specie tribuitur Imperatori. Ita Valerianus *nobilis* Cæsar, i. e. inclytus dicitur in *inscript. l.* 11. *C. de transact. l.* 15. *C. de pact.* Nobilissimus Imperator *l.* 3. *D. de nov. rest.* Imperatoribus quidem paullarius, multo frequentius Cæsaribus designatis imperatoribus, sic præter Valerianum Honorius N B. P. id est Nobilis puer *leg. ult. C. de privil. eor. qui in sacr. pa-*

palat. Constantinus & Maximianus Nobilissimi Cæsares *l.* 5. *C. de jur. & fact. ignor.* Gratianus CQS. NB. P. id est, nobilissimus puer *l.* 6. *C. Th. ad SC. Claud.* Valentinianus, NB. P. *l.* 7. *C. Th. de med. & prof.*

Sed & propinqui Imperatorum *Nobilissimatus* fulgebant dignitate. Sic Nobilissimæ puellæ filiæ Arcadii *l. ult. C. Th. de privil. dom. Aug.* Nobilissimæ sorores Theodosii *l. ult. C. Th. de lustr. collat.* Gothofr. *ad d. l.*

Nobilis etiam de rebus dicitur, ut Nobilium operum substructiones *l.* 19. *C. Theod. de oper. publ.* quin & de animalibus. Ita Nobiles celebratis victoriis dicuntur equi curules in *l.* 6. *C. Th. de scen.* & nobilitas cautium, id est lapidum, marmorum *l.* 14. *C. Th. de met.*

NOBILITAS Cic. *in Verr.* 47. Ut ista præclara Nobilitas (i. e. nobiles) desinat queri populum Romanum hominibus novis, atque industriis honores mandare.

Nobilitatem & sæpe Ammianus Marcell. dixit pro Senatu.

Nobilitas virtutum, non generis, gratum Deo faciunt & idoneum servitorem, ad cujus regimen, non multos secundum carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles & pauperes *c. Venetabilis frater de præb. & dignit.*

NOCENS dicitur, qui scelus, flagitium, crimen, & delictum aliquod admisit. Hinc nocens innocenti adversatur in *l.* 5. *D. de pœn.* *l.* 1. *§. ult. D. de quæst.* ut & innoxio *l.* 12. *D. de publ. judic.* Peccata nocentium nota esse oportet, & expedit *l.* 18. *D. de injur.*

NOCERE, obesse, malum, aut incommodum afferre. Et dicitur primo de rebus; Sic nocere dicitur aqua *l.* 1. *§.* 1. 2. 6. 12, 14. 15. 17. 22. item *l.* 1. *§.* 10. *D. de aquâ & aqu. pluv.* & aquæ ductus *l.* 5. *D. ne quid in publ.* & umbra *l.* 5. *§. ult. D. de arc. cæd.*

Nocere facta hominum dicuntur, eaque illicita seu injuria, veluti noxam nocuit servus *leg.* 45. *§. ult. D. de legat.* 1. *l.* 65. *D. ad Leg. Falcid.* vel etiam licita. Sic nocet exceptio, vel non nocet, id est obest, obstat, vel non *l.* 17. *D. de except. l.* 21. *§. ult. D. de pact. l.* 55. *D. ad SC. Trebell.* Ne conventio in alia re facta, aliave persona, in alia re, aliave persona noceat *l.* 27. *§.* 4 *D. de pact.* Nihil nocet patris exheredatio ad avitorum libertorum bona *l.* 10. *§. ult. D. de bon. libert. l.* 27. *D. eod. tit.* Nocet jusjurandum *l* 28. *D. de jurejur.*

NOCTURNUS, *a, um.* Nocturna aqua, & diurna opponuntur *l.* 17. *D. de aqua & aqu. pluv.* Nocturni effractores *l. ult. D. de effract. & expil.* Nocturnus fur *l.* 9. *D. ad leg. Corn. de sicar. l.* 1. *D. de fur. balnear.* id est, noctu deprehensus, ut loquitur *l.* 4. *D. ad leg. Aquil.* Nocturnæ horæ *leg.* 2. *D. de aqu. quotid.* operæ Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 18. *§.* 1. Nocturnus propulsator *l.* 1. *C. quand. lic.* Nocturna sacra Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. *§.* 15. sacrificia *l.* 5. *C. Theod. de pagan.* Nocturnis temporibus *l.* 7. *C. Th. de malef. & mathem.* Nocturni Triumviri, qui incendiis arcendis præerant, de his *l.* 1 *D. de offic. præf. vigil.*

NOLLE. Si redire ad te, cum posset, noluit *l.* 17. *§.* 7. *de ædil. edict.* Si ei nubere noluisset *l.* 101. *pr. D. de cond. & demonstr.* Filius, qui se nolle adire hereditatem matris dixit *l.* 6. *§.* 1. *D. ad SC. Tertull.*

NOMEN, ut ait Diomedes *lib.* 1. *Gramm. p.* 306. dicitur, quod unamquamque rem monstret, ac notet, quasi *notamen*, media syllaba per syncopen subtracta, vel

a græca origine, παρα το ονομα. Tribuitur & personis, & rebus. Et personis quidem vel Romanis, vel peregrinis seu exteris. Romani ferebant nomen, prænomen, cognomen *l.* 1. *D. de lib. & posth. l.* 22. §. 1. *D. qui testam. fac. poss.* Eaque sunt tria nomina nobiliorum apud Auson. in Grypho *v.*80. Sic & Juvenal. *Sat.* 5. *v.* 126.

Si quid tentaveris umquam
Hiscere, tamquam habeas tria
nomina

Erant tamen gentes Romanæ, quæ cognomina fugiebant, ut gens Maria. Quamvis enim & in hac occurrat M. Marius Gratidianus, is tamen id cognomen a patre naturali M. Gratidio tulit, postquam a M. Mario C. fratre fuerat adoptatus Jac. Perizon. *animadv. hist. p.* 98. *seqq.* Posterioribus sæculis Romani aliquando sex nomina adsumserunt, & in his duo prænomina, & plura cognomina ob adoptionem, ceu exemplo docuit Thom. Rein. *ad Inscrip. p.* 463. Ea nomina, quæ ultra cognomen adscribi solebant, *adgnomina* vocant, quo vocabulo ipse usus est Cicero *de invent. lib.* 2. *c.* 9. ceu adversus eumdem Perizonium notat Heinecc. Nomen porro gentilitium erat, & commune totius gentis, familiæ, atque adgnationis. Unde ab Halicarnasseo *lib.* 3. συγγενικον και πατρονομικον, gentilitium, & paternæ gentis nomen vocatur. Theophilus vero in §. 29. *Inst. de legat.* nomen interpretatur το κυριον ονομα, οιον Τιτιος κογνομεν επωνυμον, οπερ απο ψογυ η επαινυ λαμβανεται. Est enim, inquit, nomen proprium vocabulum, ut Titius, cognomen, quod nomini subjungitur, & id modo in laudem, modo in vitium sonat. *Diomed. lib.* 1. *gramm. p.* 306. Nomen proprium est gentilitium, id est, quod originem gentis, vel familiæ declarat, ut Porcius, Cornelius. Cognomen est, quod uniuscujusque proprium est, & nominibus gentilitiis subjungitur, ut Cato, Scipio.

Nomina significandorum hominum gratia reperta sunt, qui, si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest §. 29. *Inst. de legat.* Si quis nomen quidem heredis non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstraverit, quod pene nihil a nomine distat *l.* 9. §. 8. *D. de hered. instit.* Nomen suum adscribere *l.* 22. §. 4. *D. qui test. facere poss.* Nomen suum emtioni accommodare *l.* 4. §. 1. *D. de manumiss.* Nomen adsumere *l.* 63. §. 10. *D. ad SC. Trebell.* Famosa, & turpia nomina *l.* 63. §. 10. *D. ad SC. Trebell.*

NOMEN pro persona ipsa, Ut Nomen curiis addere *l.* 23. *C. de decurion.* militiæ dare *l.* 43. *D. de oper. libert.* vel tradere, ut ait *l.* 43. *C. Theod. de decur.* Alieno nomine *l.* 1. §. 3. *D. de nov. op. nunc. l.* 20. *D. de adp.* In nomen suum emere *l.* 2. *D. quand. ex fact. tut.* hereditario, & suo nomine experiri opponuntur *l.* 93. *D. de solut.* quemadmodum proprio nomine, & ex persona heredis in *l.* 55. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* Ne sacro nomini nostræ pietatis oriatur invidia *l.* 1. *C. Theod. de conduct. & hom. dom. August.* Suo nomine damnatus *l.* 1. *l.* 4. §. *ult. D. de his qui not. inf.* id est, ex sua persona. Si præses provinciæ, nominibus ab alio acceptis, ad Magistratus municipales miserit, ut se de nominibus instruant — utique enim interest, utrum ipsi magistratus nomina electa dederint præsidi, an ea, quæ ab alio præses accepit, inquisierint *l.* 1. §. 3. *D. de magistrat. conven.* ubi per

per nomi
ses, qui d
stum dela
orborum
C. Theod.
Nomina p
principes
Theod. si
Nomen
Christianæ
dignitate
de apostat.
Nomen
personæ,
amittunt a
tionem *l.*
Nomen
Ita si pecu
merit *l.* 10
rem act.
Procuratori
mil. excisc.
fideicommi
alterius no
13. *D. ut*
qui alio no
sa successor
Accessionis
ædilit. edict
l. 1. *D. de*
l. 4. *D. de*
§. 8. *D. fa*
25. §. *ult.*
num. dignit
de collat.
D. de pigno
D. ut in po
l. 4. *D. de m*
rarum *l.* 37
libert. pigno
nov. nunc.
noxal. act.
coll. bon. rul
nom. i. e. e
Nomen pr
cujusvis, siv
corporalis. S
nomina haben
ber. inst. uti &
supremum pro
fin. C. Theod.

per nomina intellige Tutores ipsos, qui dandi sunt. Nomen infestum delatorum *l.* 19. *de petition.* orborum nomen pro orbis *l. un. C. Theod. de infirm. pœn. cœlib.* Nomina principum lacessere, i.e. principes ipsos *l. un. C. just. & Theod. si quis Imperat. maledix.*

Nomen pro professione. Sic qui Christianæ religionis, & nominis dignitate neglecta *l.* 3. *C. Theod. de apostat.*

Nomen pro qualitate, aut statu personæ, ut Liberorum nomen amittunt adoptivi post emancipationem *l.* 4. *D. si tab. testam.*

Nomen pro causa & ratione. Ita si peculiari nomine servus emerit *l.* 10. *D. de publician. in rem act.* id est, ratione peculii. Procuratorio nomine *l.* 3. *D. famil. ercisc.* Si heres non sit, a quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor *l.* 5. §. 13. *D. ut in possess. leg.* id est, qui alio nomine, seu alia ex causa successor sit, quam hereditaria. Accessionis nomine *l.* 27. *D. de ædilit. edict.* *Nomine* cessationis *l.* 1. *D. de operib. publ.* crediti *l.* 4. *D. de reb. cred.* culpæ *l.* 25. §. 8. *D. famil. ercisc.* debiti *l.* 25. §. *ult. D. qui & a quib. manum.* dignitatis *l.* 1. §. 16. *D. de collat. bon.* hypothecæ *l.* 4. *D. de pignor.* legati *l.* 5. §. *ult. D. ut in possess. leg.* negligentiæ *l.* 4 *D. de magistrat. conven.* operarum *l.* 37. §. 6. *D. de oper. libert.* pignoris *l.* 9. *D. de oper. nov. nunc.* servi *l.* 28. *D. de noxal. act.* ventris *l.* 12. *D. de coll. bon. rubr. D. si mul. ventr. nom.* i. e. ejus, qui utero est.

Nomen pro nota seu signo rei cujusvis, sive corporalis, sive incorporalis. Sic assis partes propria nomina habent *l.* 50. §. *ult. D. de her. inst.* uti & actiones, &c *Nomen* supremum pro testamento *l.* 3. *in fin. C. Theod. de apostat.*

Nomen etiam debitum, seu debiti obligationem significat. Et Justinianus quidem *Nomina* utique *fœneratitias cautiones* interpretatur in *l. ult. C. de pact. convent.* cujus significationis rationem exponens Asc. *in Verrin.* 3. titulos debitorum nomina appellari, scribit ab eo, quod Kalendariis solerent eorum, quibus pecuniæ credebantur, nomina perscribi. Unde & Scævola Nomina ex Kalendario, quæ elegerit filius meus, viginti dare damnas esto *l.* 34. §. 1. *D. de legat.* 3. Ex qua vocis significatione ductus est elegans Bibaculi in Valerium Catonem Grammaticum, qui villa sua creditoribus cesserat, jocus, quem ex Svetonii libro *de illustr. gramm. c.* 11. subjicit Brissonius.

Mirati sumus unicum Magistrum
Summum grammaticum, optimum
poëtam,
Oremus solvere posse quæstiones
Unum difficile expedire nomen.

Huc pertinet, quod ait *l.* 6. *D. de verb. signif.* nominis, & rei adpellationem ad omnem contractum, & obligationem pertinere, item *l.* 4. *D. eod. tit.* nominis adpellatione rem (debitam) significari.

Nomen bonum *l.* 26. §. 2. *D. mandat. l.* 1. *D. ad SC. Maced.* Cic. *lib.* 5. *ad* Att. *Ep. ult.* Bono nomine Centesimis usuris contentus erat, aut non bono, quatenus quaternas sperabat. In quo verbo scite lusit idem Cicero *lib.* 5. *ad famil. Epist.* 6. *ad Sextium.* Nam post expositam æris alieni, quo premebatur, magnitudinem, se tamen hoc consequutum, ait, ut bonum nomen existimaretur. Ceterum refert Columella *lib.* 1. *c.* 7. Alphium fœneratorem dicere solitum, vel optima nomina non adpellando fieri ma-

mala. Idem dicitur *nomen* idoneum *l.* 21. §. 3. *D. de ann. legat. l.* 59. *D. ad leg. Falc.* & passim. Huic opponuntur *Nomina* deperdita, & male contracta *l.* 16. *D. de administr. & peric. tut.* item perdita *l.* 40. §. 8. *D. de statulib.* itemque *Nomen* deterius factum *l. ult.* §. 9. *D. admin. ver. ad civit. pert.* cujus nempe difficilior exactio est propter inopiam debitoris, qui facultatibus lapsus minus solvendo est. *Nomen* dubium dixit Juvenal. *Satyr.* 7. *v.* 110. Qui venit ad dubium grandi cum codice *nomen*, i. e. debitum, quod est in controversia, ut loquitur *l.* 1. *D. de solut.* Male contracta nomina *leg.* 16. *D. de adm. & per. tut. Nomen* incertum *l.* 1. *D. ad SC. Maced.* cui certa nomina opponuntur, apud Cic. *Verr.* 3. Lenta vero *nomina* non mala dixit Seneca *de benef. lib.* 5. *c.* 22. quæ videlicet non quidem deperdita sunt, sed ad diem non respondent, segnesque, & tardos debitores habent.

In *nominibus* pecuniam habere *l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui sub tut.* vel fortunam *l.* 40. §. 8. *D. de statu lib.* item in *nomina* collocare (pecuniam) *l.* 58. §. 8. *D. de admin. & peric. tut.* (vel) nominibus, ut loquitur *l.* 86. *D. de legat.* 3. Quod in *nominibus* est *l.* 6. *C. famil. ercisc. l.* 37. *D. de adqu. vel omitt. hered.* Obligatio quoque *nominibus*, id est, scriptura fieri dicitur §. *un. Inst. de litterar. oblig.* Plures argentarii, quorum nomina simul facta sunt *l.* 9. *D. de pact.* Duo argentarii, quorum *nomina* simul eunt *l.* 34. *D. de recept. arbitr.* Si ex nomine facto petatur *l.* 1. *D. de legat. ann.* De *nominum* obligatione Vid. art. *litteræ.*

Nomen pecuniarum, & contra corporis alicujus *leg.* 18. *D. de pign. act. Nomen* usurarium, vel non usurarium *l.* 38. §. *ult. D. de agn. & al. lib.*

Nominum ususfructus legari potest *l.* 3. *D. de usufr. ear. rer.* quod differt a legato ipsius nominis, de quo *l.* 59. *D. de legat.* 3. *l.* 44. §. 5. *D. de legat.* 1. *Nominis* periculum *l.* 7 §. 6. *D. de admin. & peric. tut.* Huc tandem pertinent phrases sequentes.

Nomen adgnoscere *leg.* 36. §. *ult. D. ad municip.* id est probare, ut loquitur *l.* 12 §. 15. *D. mandat.* cujus contrarium & recusare *l.* 47. §. 5. *D. de administr. & peric. tut. Nomen* collocare *leg.* 58. §. 3. *D. eod. tit.* comparare *l.* 7. *C. de oblig. & act.* confiteri, & confessum nomen *l.* 15. §. 9. *D. de re jud.* cui opponitur nomen negare in *l.* 15. §. 9. *D. de re judic.* quod de eo dicitur, qui negat se debere, *Nomen* contrahere *l.* 1. *D. de ann. legat. l.* 3. *D. de jur. fisc. l.* 2. *D. de prox.* convenire, exigereque id, quod debetur *l.* 15. §. 10. *D. de re judic. l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui sub tut.* delegare *l.* 1. §. 12. *D. de collat. honor.* eligere *l.* 34. §. 1. *D. de legat.* 3. distrahere *l.* 4. *D. de hered. vel act. vend.* emere *l.* 3. *D. de hered. vel act. vend.* exigere *l.* 86. *D. de leg.* 3. expungere Plaut. *Act.* 2. *cistell. sc.* 2. facere *l.* 41. §. *ult. D. de fideic. libert. l.* 52. §. 1. *D. de pec. l.* 39. §. 14. *D. de adm. & peric. tut.* legare *l.* 34. *D. de legat.* 3. pignorare *l.* 4. *D. quæ res pign.* persequi *l.* 5. *D. de pecul. legat.* præstare *l.* 36. *D. de hered. pet.* probare *l.* 12. §. 15. *D. mand.* vendere *l.* 14. *D. de hered. vel act. vend.* in solutum dare *l.* 6. *C. de act. & oblig.* suscipere *l.* 12. §. 15. *D. mand.*

NOMENCULATOR *l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert. l. ult.* §. 1. *D.*

B. de liberali cauſ. a nomine calando, qui & nomenclator adpellabatur nomina tranſeuntium, ſalutantium, obviorum domino ſuggerens. Cicero *pro Murena c.* 36. Quid? quod habeo nomenclatorem. In eo quidem fallis,& decipis. Nam ſi nomine adpellari abs te cives tuos, honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſervo tuo, quam tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem adpellandi ſunt. Cur non ante petis, quam inſuſurravit, aut, quid, quum admoneris, tamen, quaſi tute noris, ſalutas? Sofipater *lib.* 1. *Inſt. gramm. p.* 82. Nomenclator ſine V. dicitur, ut Verrius ait, veluti nominis calator. Eum autem Horatius *lib.* 1. *Epiſt.* 6. hac periphraſi deſignat: Mercemur ſervum, qui dictet nomina. Ex quo Plin. *lib.* 29. *c.* 1. ſcite dixit, alienis oculis adgnoſcimus, aliena memoria ſalutamus. Seneca *lib.* 1. *de benef. c.* 3. Nomenclatori memoriæ loco audacia eſt, & cuicunque nomen reddere non poteſt, imponit. Idem *Epiſt.* 27. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, ſed imponit, tam perperam, quam ille Trajanos & Archinos perſalutabat. Et *Epiſt.* 19. Alioquin habebis convivas, quos ex turba ſalutantium nomenclator ſuggeſſerit. Quinctilian. *lib.* 6. *c.* 4. Ut Afer ingrato litigatori, conſpectum ejus vitanti, ut foro per nomenclatorem miſſum ad eum. De eo etiam Plutarchus *in Catone*, & ὀνομαστικὸν vocat.

Nomenculatoribus quoque veteres in librorum adpellationibus ſuppeditandis uſos, indicant verba ejuſdem Senecæ *lib.* 6. *de benef. c.* 33. Iſtos tu libros, quos vix nomenclatorum complectitur, aut memoria, aut manus amicorum exiſtimas eſſe? Adde Barth. *lib.* 52. *adverſ. c.* 10.

NOMINARE, exprimere nominatim. Nominata conditione nuptiis *l.* 36. *D. de rit. nupt. Nominare* heredes *l.* 124. *D. de legat.* 1. quantitatem *l.* 5. §. *ult. D. de re jud.*

Nominare interdum eſt creare *l.* 14. §. 4. *D. de muner. & honor.* nominarique dicuntur, qui ad magiſtratum, decurionatum, tutelam, aliudve quod munus publicum vocantur. Igitur ea vox cadit in Curatorem Reipublicæ *l.* 2. §. 7. *D. adminiſtr. rer. ad civit. pert.* exactores *l.* 3. *Cod. de conven. fiſci debit.* fidejuſſores a tutoribus nominandos *l.* 4. §. *ult. D. de fidejuſſ. tut.* magiſtratum *l.* 11. *l.* 13. *l.* 17. *D. ad municipal.* hujuſque ſucceſſorem *l.* 2. *D. l.* 15. §. 1. *D. eod. tit.* in tutores, quos nominare dicuntur Magiſtratus municipales, qui nomina electa Præſidi dant, & mittunt, ut loquitur *l.* 1. §. 2. *D. de magiſtr. conven.* Dare autem tutores, & nominare, ſeparantur. Si Magiſtratus a tutoribus, ſeu curatoribus, quos tibi dederint, vel nominaverint, ſtipulati ſunt *l.* 1. *C. eod. tit.*

Nominati etiam dicuntur, qui ut conſcii, & participes facinoris a reis adprehenſis indicantur, & deferuntur. Hirtius *de bell. Alexandr. c.* 55. Caſſius eos, qui nominati erant, conſcii cædis, jubet comprehendi. *Nominatus* in homicidio, & incendio *l.* 6. §. *ult. D. de interd. & releg.* Sueton. *in Caligula c.* 26. Quæſtorem ſuum in conjuratione nominatum flagellavit veſte detracta. A latronibus nominati *l.* 2. *D. de bon. eor.* Dum metuunt, ne forte latrones adprehenſi, eos nominent *l.* 1. §. 26. *D. de quæſt.* In quæſtionibus nominatos capitalium criminum *l.* 17. §. 12. *D. ad mun.*

NOMINATIM expreſſo nomi-

mine, diserte Nominatim a patre exheredari filius familias debet, aut heres scribi *l.* 26. *D. de liber. & posthum.* Qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum heredem instituat, vel exheredem eum *nominatim* faciat. Sed non ita de filiabus, vel aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus antiquitati fuerat observatum. Nec enim *nominatim* eas personas exheredare parentibus, necesse erat, sed licebat *inter ceteros* hoc facere *pr. Inst. de hered. lib.* id est, ut ibi Theophilus explicat ἀορίστως, ἐν τῷ λέγειν, οἱ λοιποὶ ἐξωθεν ἀποκληροι, indefinite dicendo, reliqui exheredes sunto. Nominatim ergo exheredare, & *inter ceteros* opponuntur, non illic modo, sed & apud Ulpian. *tit.* 22. *regul.* §. 20. Filius, inquit, qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet, reliqui sui heredes utriusque sexus, aut *nominatim*, aut *inter ceteros.* Postumus filius nominatim exheredandus est, filia postuma, ceteræque postumæ vel *nominatim*, vel *inter ceteros.* Nepotes, & pronepotes, ceterique masculi postumi præter filium, vel nominatim, vel inter ceteros. Postumi per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum nominatim exheredandi sunt *l.* 3. *D. de injust. rupt. irrit.* Nominatim autem exheredari filius intelligitur, si nomen, prænomen, & cognomen dicatur, vel unum ex his *l.* 1. *D. de lib. & posthum.* Nominatim exheredatus filius & ita videtur, filius exheres esto, si nec nomen ejus expressum sit, si modo unicus sit *l.* 2. *D. eod. tit.* Quod & Servius ad illa Virgilii *lib.* 14 *Æneid. v.* 674. verba: *Et morientem nomine clamat*, notat: *Nominatim* quis exheredari videtur, sive ita exheredetur Titius filius meus exheres esto, sive ita, filius meus exheres esto, non adjecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non exstet §. 1. *Inst. de exher. lib.* Nominatim exheredatus postumus videtur, sive ita dixerit: Quicumque mihi nascitur, sive ita ex Seja, sive ita: Venter exheres esto. Sed & si dixerit posthumus exheres esto *l.* 3. §. 5. *D. de injust. rupt. irrit.*

Nominatim legatum accipiendum est, quod, a quo legatum sit, intelligitur, licet nomen (ejus a quo legatur) pronunciatum non sit *l.* 90. *D. de legat.* 3.

Nominatim alteri vel alicui ex dominis stipulari communis servus dicitur, quum uni ex his proprio ejus nomine adjecto stipulatur *l.* 23. §. *ult. D. de adquir. rer. dom. l.* 5. *l.* 7. §. 1. *l.* 30. *D. de stipul. serv.* vel ubi nomen unius in stipulatione positum est, uti *l.* 31. *D. eod. tit.*

Nominatim servi testamento manumitti secundum Legem Fusiam Caniniam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: Stichus liber esto. Quum autem obsonatorem, vel qui ex ancilla ista nascitur, liberum esse volo, ex Orphitiano SCo perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. Officiorum enim, & artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designantur, tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur Paull. *lib.* 4 *sent. tit.* 14. § 1.

NOMINATIO, id est, creatio, ut *rubr. & l.* 1. *C. si propt. inimic. creat. facta fuer.* Nominationes libellis, vel edictis factæ *l.* 27. *C de adpell.* Nominatio ad munera *l.* 2. *D. ad munic. l.* 2. *l.* 5. *C. de dec.* Nu-

Nominatio in jure Canonico quandoque significat nudam præsentationem, & ita ab electione distinguitur, veluti *in C. quod sicut. 28. de elect. & electi potest.* ubi: Cum ex prima electione, quæ facta est de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil juris acquisitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam &c.

NOMINATOR, qui aliquem ad magistratum, tutelam, aliudve munus publicum nominavit *l. 1. C. de decurion. l. 1. C. de sumt. recuperat. l. ult. C quo quisque ord.* quique Creator dicitur *l. 1. §. 7. C. de administr. ver. ad civ. pert.* Hinc nominatores tutorum sub *rubr. D. de fidejuss. & nominat. tut.* qui cum idoneos esse tutores affirmarint, fidejussorum vicem sustinent, & ideo *adfirmatores* appellari videntur in *l. 4. D. eod. tit.*

NOMISMA, vel *numisma* nummus *l. 27. §. 4. D. de aur. arg. leg.* Nomismata adulterina *l. 1. C. Th. de falsi. monet.* aurea, vel argentea, quibus pro gemmis uti solent *l. 28. D. de usufr.* vide & *l. 9. §. 4. D. ad exhib. & rubr. C. de vet. nomism. potest.*

NON pro non solum, vel non tantum *l. 11. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 9. D. ad leg. jul. de vi publ. l. 4. l. 96. in fin. D. de verb. signif. & passim.* Notavit hujus significationis exempla quædam Ant. Augustin. *lib. 2. de emendat. c. 1. p. 1466. Tom. 4. Thes. jur.* Sic & Cicero, cum alias sæpe, tum *lib. 4. ad Attic. Epist. ult.* loquutus est.

Non pro non tam *l. 12. D. de offic. præsid. l. 20. in fin. D. de adquir. vel amitt. possess.*

Non pro non plane, non omnino, non simpliciter *l. 20. D. de quæst. junct. l. 9. C. de test. l. 4. C. de edendo l. 37. D. fam. erc.*

Non pro non facile *l. 24. l. 34. §. ult. D. de administr. & peric. tut.*

Non pro non autem, vel nec *l. 4. D. de sepulcr. viol.*

Non pro nondum *l. 1. C. de pact. l. 16. D. de lib. & post. l. 2. D. si pars hered.* & passim.

Non utique pro non tantum *l. 9. D. ad leg. jul. de vi publ. l. 41. l. 96. §. 1. D. de verb. signif. l. 31. §. 12. de ædil. edict.*

Non nihil pro nihil non *l. 23. §. 3. D. de ædil. edict.* quemadmodum non noxæ dederit, pro noxæ non dederit *l. 22. §. 3. D. de noxal. act.*

Non nihil commoditatis pro plurimum *l. 2. pr. C. de primic. & secundocer.*

Non minus inversa loquendi ratione, de eo, quod tamen minus est *l. 3. l. 4. D. de bon. possess. contr. tab.* non minus ex dolo, quam ex culpa quisque hac lege tenetur, pro non minus ex culpa, quam ex dolo §. 4. *Inst. de leg. Aquil.* Similis ὑστερολογία occurrit in *l. 3. §. 2. D. de incend. ruin. naufr. l. 7. §. 8. D. de pact. l. 22. C. Th. de suscept.*

Non jubere pro inhibere, vetare, prohibere *l. 5. C. Theod. quib. equor. l. 14. C. Theod. D. de oper. publ. Æl. Spart. in Æl. Vero c. 4.* Ælius accepta potione, qua se existimaret juvari, Kalendis ipsis Januariis periit, jussusque ab Hadriano, quia vota interveniebant, non lugeri. Simili modo *non permittere* dixit Jul. Capitol. *in Maximin. c. 12.* Non tacere pro dicere, vel scribere Spartianus *in Ælio Vero c. ult.* Treb. Pollio *in Claud. c. 11.* Vopiscus *in Tacito c. 12.* Vid. Jac. Goth. *in not. ad d. l. 3. C. Th. quib. equor. usf.*

Non nolle significat pati, & permittere *l. 3. D. de reg. jur. l. 1. §. 3. D. de tribut. act.* Cicero *lib. 2. ad famil. epist. 16.*

Quod

Quod tam fortasse non nollem, si possem ad ocium.

Nonnullus. Non nullam vicem instrumentorum obtinere *l.* 29. *D. de probat. junct. l.* 26. §. *ult. D. depos.*

His verbis *si reus non solverit, fide tua esse jubes?* vero simile est, id actum, ut quum adpellatus reus non solvisset, vel, antequam adpellaretur, decessisset, fidejussor teneretur *l.* 16. §. *ult. D. de fidejuss.* Sed & in testamento verba hæc: *Si fundum non dederit, centum dato* eodem modo accipiuntur, si heres interpellatus non dederit *l.* 24. *D. quand. dies legat.* Ceterum de hac stipulatione Si fundum non dederis, centum dare spondes? Vide *l.* 44. §. *ult. D. de obl. & act. l.* 115. §. *ult. D. de verb. obl.* Item de hujusmodi legato, si penum non dederis, centum dato, vide *l.* 1. §. 8. *D. ad leg. falc.*

Nona officium ecclesiasticum diurnum, quod hora diei nona peragitur, & decantatur.

Nona etiam est pars fructuum nona, ex agrorum cultu persolvenda. Decima scilicet fructus agri est ecclesiæ, cujus est districtus, nona vero ecclesiæ altari delegatur, intuitu pietatis, ac si jure precario ejus olim fuisset. *Nonæ* & *decimæ* simul ex prædiis interdum solvebantur, ecclesiæ nempe, quorum ea fuerant, quæque ab iis in beneficium, vel precarium data fuerat, ac nonæ quidem jure colonario, *decimæ* vero jure ecclesiastico. Nam cum earum essent prædia, nulli decimæ alteri ecclesiæ obnoxia erant: Si vero alienarentur, decimæ iis reservabantur cum nonis Capit. Car. M. *l.* 1. *c.* 136.

Nonæ dicuntur in Martio, Majo, Junio, & Octobri sex illi dies, qui primum sequuntur, in reliquis vero mensibus quatuor tantum dies primum sequentes Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* Nonæ appellatæ, aut quod ante diem nonum idus semper, aut quod ut novus annus Kalendæ Januariæ a novo solæ adpellatæ, novus mensis, nova luna nonis. Eodem die enim in urbem ab agris ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia apparent in sacris non alibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas, quæ futuræ sint eo mense, rex prædicit populo. Quinto *nonas martias*, in *l.* 20. §. 6. *D. de her. pet.*

Nonianus, *a*, *um.* Nonianum SCum de collusione detegenda. Sic enim legendum esse in *l. ult. C. de Colluss. deteg.* adjuvantibus libris scriptis existimat Brisson. præsertim cum Domitiani temporibus factum ejusmodi SCum, constet ex *l.* 1. *D. eod. tit.* cujus principatu Nonium Asprenatem Consulatum gessisse, invenimus, a quo probabile est nomen ei SCo esse impositum.

Norma pro regula præscripta, ut in §. *pen. Inst. de Att. tut.*

Nosocomium deductum a voce νοσος morbus, & κομεω curo. De illo meminit Justinianus in *l.* 19. *C. de Sacrosc. Eccl.* Hieron. *ad Oceanum* de epitaphio Fabiolæ. Quæ habere poterat, distribuit, dilapidavit, ac vendidit, & in pecuniam congregatum usibus pauperum præparavit, & primo omnium nosocomion, id est languentium villam instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumta langoribus, atque inedia miserorum membra resolveret.

Noseomus in *Novell. 7. tit.* 1. *c.* 1. adpellatus is, invenimus, qui præsidet nosocomio.

Noster, *a*, *um.* Sæpe dominii, vel alterius cujuscumque participationis, vel vinculi nota. Sic non ideo minus recte quid nostrum esse vindicabimus, quod abire a nobis dominium sperat, si

si conditio legati, vel libertatis extiterit *l.66. D. de rei vend.* Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse etiam quum usufructus alienus est *l.25. D. de verb. signif.* Jus *nostrum*, id est, proprium populi Romani, quod civile vocatur. Jus enim, quo populus Romanus utitur, jus civile Romanorum adpellamus, & jus Quiritium. Sed quoties non addimus nomen, cujus sit civitatis, nostrum jus significamus §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

Nostri sæpe adjungitur *Imperatoribus*. Et tunc verba *Imperatores nostri* aliquando latius accipi debent, & ad omnes, qui rerum potiti sunt, porrigi, veluti apud Pomponium *l.* 239. § 1. *D. de verb. signif.* Aliquando Icti eos Cæsares, imperatoresque intelligunt, quorum sub principatu valebant, uti Lepidus apud Tacit. *ann. lib.* 3. 450. Sæpe audivi principem nostrum conquerentem. Sic Cæsar noster, ait Celsus *l.* 13. *D. de pub.* id est Hadrianus, qui ipse intelligendus est in *l.8. D. de offic. præsid. l.* 9. *D. ad SC. Tertull. l.*3. §. *ult. D. de leg.*1. Optimi principes nostri rescripserunt, ait Papinianus *l. ult. D. de acc.* id est, Severus, & Antoninus Caracalla, & ut in *l.16.* §.1. *D. de his quæ ut indign. l.* 11. *D. de decur.* Quoties igitur apud Ulpianum legimus: Imperator noster rescripsit, Imperatoris *nostri* constitutio, rescriptum ab Imperatore nostro constitutum, rescriptumve est, toties nobis Antoninus Caracalla in mentem venire debet, ut *l.*33. *D. de fideic. libert. l.*33. §.2. *D. de procurat. l.*1. §.3. *D. de calumn.* & passim. At apud Paullum in *l.*87. §. *ult. de leg.*2. verba hæc: Post litteras Imperatoris nostri. Item Imperator noster non ad Antoninum Caracallam, sed ad Alexandrum Severum Augustum pertinent, ut adparet ex eadem *l.* 88. §.3. *eod. tit.*

Noster etiam plerumque non de dominii, aut sanguinis, sed professionis societate dicitur. Nam & de his, qui non erant eorumdem temporum æquales, usurpatur. Sic Cajus noster, ait Pomponius *l.* 59. *D. de stip. serv.* Justinianus etiam Cajum, quod ex ejus potissimum commentariis Institutiones compositæ essent, non, quod Christianus fuerit Cajus, ceu Ant. Vaccæ, ipsique Franc. Hotomanno visum est, nostrum adpellat. Quamvis hic Heineccio Triboniani potius quam Justiniani stilus videatur. Celso, & Juliano nostro placuit, ait Mæcianus in *l.*30. §. 7. *D. ad leg. Falc.* Simles occurrunt passim loquutiones.

NOTA. Notæ sæpe sunt signa litterarum celeritatis caussa a Tullio Tirone, vel juxta alios, in quibus est Dic, a Mæcenate inventa, quorum numerum a Seneca auctum fuisse tensent. Plutarchus in Cicerone σημεια vocat, ipseque Cicero *lib.*13. *ad Att. Epist.* 32. Quod ad te dedecem legatis scripsi, parum intelexti, credo: quod ὐκ σημειων scriptram Notas autem hasce inde dicas, quod verba, vel syllabas præfixis characteribus notent, & ad legentium notitiam revocent. Isidoris *lib.*1. *orig. c.*21. tradit, additque *c.* 22. quasdam litteras in libris juris verborum suorum notas fuisse, quo scriptura ceteris brevior feret, cujus generis aliquot exempla profert, subjicitque, has juris notas novitii Imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callido ingenio ignorantes decipiebant, atque ita jusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages adferant, sed sequenda & vitanda aperte demonstrent. Quo ipso Isidorum legem 2. §. *per C. de vet.*

jur.

jur. enucl. a Justiniano latam ante oculos habuisse nemo non animadvertit. Sic accipiuntur *Notæ* in *l.*33. §.1. *D. ex quib. caus. major. l.*6. §.*ult. D. de bon. poss. l.*1. §. 6. *D. de extraord. cognit. l.*40. *D. de testam. mil. l.*9. §.1. *D. de her. inst. l.* 21. §.1. *D. qui test. fac.* Festus, *nota* nunc significat signum, ut in pecoribus, nunc litteras singulas aut binas.

Notæ in *l.* 2. *D. de fugitiv.* signa, stigmata, puncta servis scripta atque inusta significant Cicero *offic. lib.*2. thracem compunctum notis threciis dixit. Et Plin. *in panegyr. cap.*34. Exsanguem & ferream frontem nec quidquam convulneranium præbeant punctis, & notas suas rideant. Græco stigmatum verbo utuntur Imperatores in *l.*3. *C. de fabricens.* Stigmatum quoque notas dixit Sueton. *in Caligula* c32.

Nota metaphoriæ pro labe, & macula existimationis, pudoris, famæ ponitur, seu pro ignominia, ut Festus interpretatur. Sic nota aspersa *l.*17. §.*ult. D. de jure patron.* calumniæ nota *l.*6. *C. ad leg. jul. de adult.* nota exheredationis *l.* 1. §. 5. *D. de adsign. libert.* & alibi. Removere eum nota *l. ult. D. ub pupill. educ.* ubi & nota dignus Notæ caussa *l.*18. *D. de lib. & postum.* vel gratia, ut in *l.*47. *D. de bon. lib.* id est consilio notam adspergendi. Nota Judaica fœcare, i. e. circumcidere *l.* 22. *C. Theod. de judæis. Notum* evadere *l.* 1. §.6. *D. de postul.* effugere dicit *l.* 2. *D. de obsec. parent. & patr.* inurere *l.* 1. *C. Th. de inoff. test.* sustinere *l.* 11. *C. Th. de infirm. his quæ su tyran.* Nota laborare *l.* 2. *D. de his, qui not. inf.* Servus notæ extremæ *l.* 15. §. 44. *D. de injr.* Hujus notæ homo *l.*44. §. 5 *de vit. nupt.*

Notæ alias deprehensionem sententiæ, seu opinionis alicujus alienis scriptis adjectam significant. Sic ex nota Marcelli constat *l.*10. *D. de castrens. pecul.* Unde *notæ* appellantur alienis scriptis corrigendi ampliandive caussa insertæ a Jureconsultis opiniones & sententiæ. Ita hoc verbum intelligendum est in *l. un. C. Theod. de respons. prud. l.*6. *C. de vet. jur. enucl.*

NOTABILIS, *e*, plerumque pro infami accipitur, ut in *l.* 5. §.2. *C. ad leg. jul. maj. l.* 3. *C. Th. de exsequut. & exact.* In turpitudine notabiles *l.* 1. §. 5. *D. de postul.*

NOTABILITER. Ea quæ notabiliter fiunt *l.* 15. §. 26. *D. de injur.* i.e. quæ fiunt notabilia, seu notam merentia, aut quibus nota aliqua alteri aspergitur.

NOTARE, observare, indicare, docere. Herennius Modestinus & notando, & disputando bene & optima ratione decrevit *l.* 18. §. 26. *D. de mun. & honor.* Notavimus supra *l.*7. §.5. *D quod vi aut cl. Notare* in libris nostris ICti dicuntur, qui alterius scriptis opiniones suas adsuunt & adnexant, vel improbandi reprehendendique caussa, vel addendi de suo. Ita quod utpote probabile, non notant *l.* 17. §. *ult. D. de hered. inst.* Non immerito Julianus a Marcello notatus est *l.* 9. §. *ult. D. quod met. caus.* Quæ sententia Juliani recte a Marcello notata est *l.* 42. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Paullus *lib.* 4. Juliani digestorum notat *l.* 11. *D. quod met. caus.* Quintus apud Labeonem notat *l.* 7. §. 7. *D. de dol. mal.* Hujusmodi formæ loquendi passim occurrunt.

Notare etiam est infamiæ ignominiæque notam inurere *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* Factum lex notat *l.*43. §.12. *D. de vit. nupt. Notare* ignominia *l.* 6. §. 3. *D. de-*

decur. infamia *l.* 42. *D. de injur.* ignominiæ pœna *l. ult. C. ut lit. pend.* calumnia *l.* 4. *D. de accus.*

NOTARIUS a notis, quibus aliorum verba, ac sermonem excipiebat, nomen traxit. D. Augustin. *lib.* 2. *de doctrin. Christ.* Ex eo genere, ait, sunt etiam notæ, quæ, qui didicerunt, proprie jam Notarii dicuntur. Quæ postrema verba credibile est, Isidorum ex eo drscripsisse, & in *lib.* 1. *orig. c.* 21. transtulisse.

Notarii ergo in *l.* 41. *D. de mil. test. l.* 41. §. 3. *D. de fidcic. libert. l.* 1. §. 6. *D. de extraord. cogn. l. ult. C. de commun. serv. manumitt. l.* 26. *C. de pignor. l. pen. C. qui pot. in pign.* & apud Quinct. *lib.* 7. *c.* 1. & Lamprid. *in Diadum. c.* 9. sunt, qui notis loquentium verba celeriter excipiebant. Eleganter autem Notariorum genituram Manilius *lib.* 14. *astron. v.* 197. expressit his verbis.

Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,
Quique notis lignum superet, cursumque loquentis.
Excipiens longas nova per compendia voces.

Hoc ita exprimit Ausonius. Puer notarum præpetum. Et Martialis nondum lingua suum, dextra peregit opus. Cassiodor. in *psalm.* *Notarium* interpretatur, qui velociter verba suscipit, & citius audita transcribit. Alias *tit. C. de prim. & notar.* Verbum hoc pro Secretario Principis usurpatur. Lamprid. *in Alex.* Eum Notarium, qui falsum causæ brevem in Consilio Imperatoris retulisset, incisis digitorum nervis, ita ut numquam posset scribere, deportavit. Spartian. in *Diadumen.* Istæ litteræ per notarium proditæ, illi puero multum obfuisse dicuntur. Plin. in *Epist.* Ad latus notarios cum libro & pugillaribus. Animadvertit Heineccius, Notarios sæculo quarto dici consuevisse *exceptores*, iisque in primis usos esse Præsides ad conficienda acta, ceu ex instituto docuerunt Valesius *ad Ammian. Marcell. lib* 17. *p.* 129. & Jo: Columbus *ad Lactant. de mortib. persequu.. c.* 46.

NOTHUS. Festus Pompeius, Nothum ajunt Græci natum ex uxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Servius Tullius, qui Romæ regnavit, natus est ex concubina, Spurius Tullii tribulis. Quinctil. *lib.* 3. *c.* 8. Νόθον, qui non sit legitimus, græci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque utimur peregrino. Thomas Magister φυσικος υιος, ο εκ πορνειας γεγονως τινι ω εναυτιον ο γνησιος, ω παλιν εναυτιον ο νοθος, ον λεγουσιν υιοθετον: Naturalis filius ex stupro natus, cui opponuntur legitimus, & huic rursum nothus, quem υιοθετον vocant. Nothi iidem igitur sunt, qui in *Nov.* 74. & 89. naturales dicuntur. Quo differunt a spuriis. Vide in voce *Spurius.*

NOTIFICARE est notum facere in *l.* 5. §. 2. *D. de jur. immun.*

NOTIO. *Notionem* accipere possumus, & cognitionem, & Jurisdictionem. Sunt verba Ulpiani in *l.* 99. *D. de verb. signif.* Proinde idem ad edictum Prætoris *de re judicata*, in quo ait Prætor, *cujus de ea re jurisdictio est.* Melius, inquit, scripsisset, *cujus ea de re notio est.* Etenim notionis nomen etiam ad eos pertinere, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia caussa notionem *l.* 5. *D. de re jud.* Verba ergo, *is cujus ea de re notio est*, & in magistratus, & in alios quoscumque, qui super aliqua re cognoscunt, cadunt. Hinc *Noti* est

prætoris *l.* 3. §. 3. *D. de liber. exhibend.* principis *l.* 10. §. 1. *D. de adpell.* Rectoris provinciæ *l. ult. C. de lib. exhib.* alias præsidis provinciæ *in l.* 6. *C. quom. & quand. jud.* quæ & præsidialis notio dicitur in *l. ult. C. de vi bon. rapt.* itemque notio præfecti Urbis in *l.* 1. §. 4. *D. de offic. præf. urb.* ubi notio ad causas, & animadversiones capitales refertur Cic. *in orat. pro Dom.* scribit, omnem esse notionem Pontificum, cum quis adoptatur, quæ caussa cuique sit adoptionis. Notio propria *l.* 2. *C. de jurisd.* id est non mandata, Notio publica *l.* 9. *C. Th. de adult.* Notionem accommodare *l. ult. C. de liber. exhib.* exhibere *l.* 6. *Cod. quomod. & quand. jud.* præstare *l.* 59. §. *ult. D. de re jud.*

NOTITIA, peritia, scientia, cognitio, sic

Notitia castrensis *l.* 8. *D. de castrensi pecul.* Divinarum atque humanarum rerum notitia *l.* 10. *D. de justit. & jur.* pro philosophia, vide in voce Jurisprudentia. Sunt quidem tutores, qui rei notitiæ gratia dantur *l.* 14. §. 1. *D. de solut.* id est quia rerum pupillarium notitiam habent, seu, quia illis pupilli negotia nota sunt, hujusmodi erant liberti, qui patronorum filiis ideirco tutores dabantur, quod notas haberent pupillorum facultates, viresque, & onera patrimonii tenerent. Quo spectant *l.* 1. *C. de peric. tut. l.* 14. §. 6. *D. de solut. l.* 1. §. 6. *D. de tutel. & rat. distrah. l.* 5. §. 11. *D. de reb. cor. qui sub tut.*

Notitia ab Imperatoribus recentioribus vocatur brevis, seu libellus, in quo descriptio officialium administrationisque cujusque continetur *l.* 1. *C. de offic. præf. præt. Afric. l. un. C. de excus. art. l.* 5. *C. de adv. diversi. jud. l. pen. & l. ult. C. de diversi. off. l.* 1. *C. Th. de diversi. brevib.* Hinc qui de statu Imperii tractat, liber *Notitii Imperii Romani* inscribitur, utitur hoc vocabulo D. Gregorius *lib.* 7. *epist.* 23. *lib.* 6. *epist.* 23. *lib.* 10. *epist.* 47.

NOTORIA pro elogiis, & judiciis, quibus crimina ad magistratus deferuntur *l.* 6. §. 3. *D. ad SC. Turp. l.* 7. *C. de acc. l.* 31. *C. Theod. de episc. & cler. Notoriam* eodem sensu non modo B. Augustinus, sed & Apulejus *lib.* 7. *de asin. aur.* usurpat. Sed ille, ait, qui commodum falsam de me notoriam pertulerat. Trebellius Pollio in *Claud. c.* 17. Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimasti, Clodium parentem, amicumque nostrum, insinuatis sibi falsis plerisque, graviter irasci. De hoc non optimæ latinitatis vocabulo vide Car. Du-Fresne *Gloss. med. & infim. lat.* Cujac. *lib.* 7. *obs. c.* 33. Turneb. *lib.* 15. *adverss. c.* 26. Casaubon. *ad Trebell. Poll. Claud. c.* 17. Salm. *not. ad Vopisc. Aurel. c.* 36. Ducker. *de lat. vet. jurist. p.* 424. Non differre Notorias ab iis, quæ Tertullianus *ad Nation. lib.* 1. *c.* 2. elogia adpellat, observavit Jac. Gothofr. in notis ad hunc locum *p.* 70. vide supra in voce *Elogium.*

NOTORIUS, *a, um.* Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis adsistere jubentur *leg.* 6. §. 3. *D. ad SC. Turp.*

Notorium (crimen) est, de quo presbyter canonice condemnatur *c.* 7. *de cohabitat. clericor.* Crimen ejusdem Presbyteri usque adeo publicum fuerat, & notorium, quod nullus inficiationi locus penitus existebat, utpote cujus universæ viciniæ populus testis erat. cum nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicanda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda *c.* 15. *de*

purgat. annon. Si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat adpellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator audiendus, cum hujusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari. Si vero publicum est non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, cum non sit testimoniis, sed testibus judicandum, sunt verba Innoc. Papæ III. in *c.8. de cohabitation. clericor.* ex quibus intelligimus hic notorium proprie accipiendum esse, quod publicum est ex evidentia, nec tantum ex fama. Si etiam parentela esset publica, & notoria absque judicio Ecclesiæ, ab ea (uxore) separari non potuit, ait Alexand. Papa III. in *c.3. de divort.*

NOTUS, *a, um. Notum* facere *l.* 4. *C. de distr. pign.* habere *l.* 1. §. 2. *de Ædil. edict.* Notissimi juris est *l.* 4. *C. Si unus, vel accus. mort.* Servus male notus *l.* 15. §. 44. *D. de injur.* Notæ nequitiæ homo *l.* 3. §. 4. *D. de cond. & dem.*

NOVALIS, *e.* Novalis, interprete Paullo, est terra præcisa, quæ anno cessavit, quam Græci νεοκλῆρον vocant *l.* 30. §. 2. *D. de verb. signif.* Varro *de ling. lat. lib.* 4. Ager restibilis, qui restituitur, ac referitur quotquot annis, contra qui intermittitur, a novando *novalis.* Festus Novalis ager, novæ relictus sementi Isid. *lib.* 15. *orig. c.* 13. Novalis ager est primum proscissus, sive qui alternis annis vacat novandarum sibi virium caussa Plin. *lib.* 18. *c.*19. Novale adpellat, quod alternis annis seritur in hoc proscindendum, ut interim requiescat.

NOVALIA etiam dicuntur agri novi cæsis silvis ad culturam redacti. Qui ex silva novale faciunt *l. ult. D. de term. mot.* Serv. in *Virgil. eclog.* 1. *v.* 71. ad verba: *Hæc tam culta novalia*, inquit, nova rura, quæ per singulos annos renovantur per semina, vel etiam Novalia dicuntur, unde Silva tollitur. Idem Servius in 1 *Georg. v.* 71. ad verba: *Tonsas cessare novales*: Dicimus, ait, & has novales, & hæc novalia. Proprie novales sunt arva, primum prosciſſa, & primum segetem ferentia. (Adde Car. Du Fresne *Glossar. med. & infim. latin. hac voce*) Novale intelligit Innoc. Papa III. in *c.* 21. *de verb. signif.* agrum de novo ad cultum redactum, de quo non exstat memoria, quod aliquando cultus fuisset.

NOVARE proprie est novum, vel recens facere, immutare, iterare, *ut l.* 1. *D. nihil innov. adpell.* & *l. un. C. Th. de obl. æqu.* At Jurisconsultis propria est illa vocabuli notio, qua novare est prius debitum in aliam novam obligationem transferre, & transfundere *l.* 27. *D. de pact. l.* 4. 5. 6. 7. & 8. §. 1. *l.*14. 20. & 21. *D. de novat. l.*72. §. 1. *D. de solut.* & apud Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 8. §. 1. Sic *Novare* actionem *l.* 13. *D. de nov.* caussam judicati *l.* 2. *C. de exsequ. rei judicat.* peculiaria debita *l.* 34. *D. de nov.* obligationem *l.* 22. *D. eod. tit.*

NOVATIANI a Novatiano Romæ Urbis præsbytero exorti, qui adversus Cornelium Cathedram Sacerdotalem conatus est invadere, heresim instituit, nolens apostatas susciperе, rebaptizans baptizatos *cap.* 38. §. 33. *caus.* 24. *quæst.* 3. Novatianorum mentio est in *l.* 2. 59. & 65. *C. Th. de heret. l.* 6. *C. Th. ne sanct. baptism. l.* 5. *C. Just. de her. & manich.*

NOVATIO est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfusio atque translatio, hoc est, quum

BIBLIOTECA GRANADA

ex præcedente causſa ita nova conſtituitur, ut prior perimatur. Novatio enim a *novo* nomen accepit, & a nova obligatione *l.* 1. *D. de novation.* Triplex autem Novatio eſt, prima, cum unius perſonæ obligatio in alterius perſonæ obligationem novatur, tunc *delegatio* in ſpecie dicitur *l.* 11. *D. eod. tit.* altera cum alterius generis obligatio in verborum obligationem novatur, tertia cum verborum obligatio in alteram formam commutatur, id eſt, cum ei adjicitur, vel detrahitur *l.* 1. & 2. *D. eod. tit.* Alio reſpectu novationem duplicem ſtatuunt, voluntariam nempe, & neceſſariam, hanc per litis conteſtationem fieri volunt *arg. l.* 29. *D. de nov.* per quam quaſi contrahunt: Verum etſi iis conteſtata ſit, manet tamen prior obligatio priorque actio, niſi quod ex temporali fiat perpetua, & procurator dominus litis. Hinc admodum impropria hæc locutio eſt. Vid. Lud. Aug. Wurffel. *Juriſpr. defin.* §. 721. *in not.* Omnes res in novationem tranſire poſſunt *l.* 39. *D. de novat.*

NOVELLETUM. Si novelletum in fundo factum ſit *l.* 6. *D. de impenſ. in res hered. fact.* Eodem vocabulo & Cajus uſus eſt *l.* 39. *pr. D. de hered. pet.* Utroque loco impenſis utilibus accenſentur, quæ in novelletum factæ ſunt, adeoque Novelletum dicitur locus arboribus novellis, vel vitibus conſitus eadem forma, qua olivetum, quercetum, palmetum. Sane *novellare* eſt novas vineas plantare apud Colum. *lib. de arbor. c.* 6. Hein.

NOVELLUM dixit Alphenus *l.* 8. *D. de fund. dot.* Novellum ſucciderat, hoc ut novellum reſtitueret. Hoc, Heineccio notante eſt adjectum, adeoque pro re ſubintelligendum ſubſtantivum aliquod, veluti *arboretum*, vel *olivetum*, uti & Alber. Gent. *ad l.* 31. *D. de verb. ſignif.* exponit.

NOVELLUS, *a*, *um*, recens. Novella conſtitutio Leonis *l.* 25. *C. de teſtam.* Zenonis *l.* 29. *C. de inoff. teſt.* lex *l.* 160. *Cod. Th. de decur.* matricula *l. ult. C. Th. de agent. in reb.* profeſſio *l.* 15. *C. Th. de jur. fiſc.* religio *Arnob. lib.* 2. *adverſ. gent.* ſecta *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 15. §. 3. ſuperſtitio *l.* 3. *C. Th. de his, qui ſup. relig.* Novellum opus *l.* 6. *C. Theod. de oper. publ.* ſtatutum *l.* 9. *C. Th. de metall.* vinum *l.* 25. *C. de erogat. milit. annon.*

Novellæ κατ' ἐξοχὴν adpellatæ ſunt Juſtiniani conſtitutiones, ut quæ codicis editionem ſequutæ ſunt. Quod & Paulus Warnefrid. *in Juſtiniano*, & *lib.* 1. *Hiſt. Langob. c.* 25. notat. Sæpiſſime a Græcis interpretibus vocantur νεαραι μετα τον κωδικα, & ab ipſo Juſtiniano *Novell.* 66. & *in conſt. de novo codice faciend.* Exſtant & legum novellarum Theodoſii, Valentiniani, Marciani libri. Conſtantinus Harmenopul. *lib.* 1. *c.* 1. Εισι δε νεαραι, αι παρα των κατα νομους βασιλεων νεαι διαταξεις, προς τας ανακυπτουσας υποθεσεις γινομεναι, id eſt, ſunt vero novellæ, novæ conſtitutiones, quæ ab Imperatoribus poſt leges latas de ſpeciebus novis obvenientibus factæ ſunt.

NOVEMBER menſis navigationi ſubtractus *l.* 3. *C. Th. de naufr.*

NOVERCA dicitur uxor liberis ex alia uxore natis *l.* 4. §. 6. *D. de grad. & adfin.* Paullus quærens, quomodo Noverca intelligatur, ut ſciamus, quas non liceret uxores ducere: Quidam, ait, Novercam per ſe patris uxorem intelligunt. Sed quod ad hanc cauſſam verum eſt, nec avi uxorem, nec proavi duci poſſe *l.* 14.

§. 4.

§. 4. *D. de vit. nupt.* Festus: Noverca dicitur, quam quis, sublatis liberis, novam uxorem ducit, arcendæ familiæ gratia, id est, coercendæ: vel (ut alii legunt) adrescendæ. Sponsa patris mei Noverca non proprie dicitur *l.* 12. *D. de vit. nupt.* Novercæ locum habet patris adoptivi uxor *l.* 14. *D. eod. tit.* Novercam prohibitum est ducere, quia matris loco est §. 7. *Inst. de nup.*

NOVERCALIS, *e.* Novercalibus delinimentis, instigationibusve corrupti parentes plerumque maligne circa sanguinem suum inferunt judicium *l.* 4. *D. de inoff. testam.*

NOVISSIMUM. Vid. *novus.*

NOVISSIME, id est, postremo, ultimo loco. Ut Novissime Pomponius scribit *l.* 13. §. 6. *D. quand. dies legat. ced.* Si merces tuæ cum ea nave perierunt, in qua novissime vectæ sunt *l. ult.* §. 1. *D. de leg. Rhod.* id est, in quam translatæ sunt ex ea, in quam prius illatæ fuerant.

NOVIT. *Novisse.* In teste, qui latine non noverat *l.* 20. §. *ult. D. qui test. fac. poss.*

NOVITAS decurionum pro novis decurionibus *l.* 23. *C. de decurion. l.* 54. *C. Th. eod. tit.*

NOVITIUS, *a, um.* Novitius servus *l.* 17. *D. de Ædilit. edict. l.* 21. *D. de negot. gest.* Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro novitio veneat ... ut ecce plerique solent mancipia, quæ novitia non sunt, quasi novitia distrahere, ad hoc scilicet, ut pluris vendant *l.* 37. *D. de Ædil. edict.* Quotiens quis mancipia invecta professus non fuerit, sive venalia, sive usualia, pœna commissi est, si tamen novitia mancipia fuerint, non etiam veterana. Sunt autem veterana, quæ anno continuo in urbe servierint, novitia autem mancipia intelliguntur, quæ annum nondum servierint *l. ult.* §. 3. *D. de publican. & vectig.* at Venuleius in *l. ult.* §. 2. *D. de Ædilit. edicto.* Servus, ait, tam veterator, quam novicius dici potest, sed veteratorem, non spatio serviendi, sed genere & caussa æstimandum, Cælius ait; nam quicumque ex venalitio novitiorum emtus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum veteratorum numero esse; novitium autem non tyrocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. Hanc legem Zasius *Antinom. n.* 23. cum Ulpian. in *d. l.* 37. *D. eod. tit.* conciliat, quod Venuleius de servo in genere, Ulpianus in specie loquitur.

Novitius monachus, qui nondum est professus religionem. Non debet ante triennium recipi ad professionem, si sit servus, aut uxoratus, alias potest recipi *XVII. qu.* 2. *c. si quis & c. monasteriis XIX. qu.* 3. In multis deferendum est novitiis, ne ratione nimiæ austeritatis, ut minus radicati retrocedant *XXV. qu.* 3. *c. quod scripsit.*

NOVUS, *a, um*, recens, aliud, ita novæ ædes *l.* 9. *D. quib. mod. usufr.* novum beneficium *l.* 12. *D. ad SC. Trebell.* Novus videtur homo esse servus, inter vivos manumissus, si in servitutem reciderit *l.* 27. §. 1. *D. de adim. & transfer. leg.* id est, alius homo, ut *l.* 98. §. 8. *D. de solut.* Alias *Novus homo*, & novi homines apud Romanos dicebantur, qui nullis majorum imaginibus, & nobilitate commendabantur, aditumque ad amplitudinem, & nobilitatem posteris suis perfecerant, ut M. Cato Censorius, qui patre ignobili natus, ipse novus posteritati suæ nobilitatem reliquit: quemadmodum & Cicero de Lege agraria loquens, se ipsum adpellat novum hominem.

Plutarch. *in Cat. maj.* novos homines adpellatos scribit, qui non ex genere commendationem haberent, sed ex se primum cognosci inciperent.

Novum jus antiquo & veteri, velut quod ex LL. XII. Tabularum proficiscitur, opponitur *l.* 1. *D. de hered. petit. l.* 91. *D. de regul. jur.* Tacit. *lib.* 2. *annal. c.* 30. Callidus & novi juris repertor, de Tiberio SCum vetus eludente. Ubi *novum jus* est iniquum, æque ac in *l.* 1. §. 1. *D. quod quisque jur. in al. stat.*

Novæ leges in *l.* 7. §. 1. *D. de capit. minut.* intelliguntur, quæ post LL. XII. Tab. latæ sunt, eoque nomine Juliæ & Papiæ leges significantur *l. ult. D. de regul. Caton.* Sed & ad quascumque recens latas leges ea adpellatio pertinet *l. un. D. de condict. ex lege.*

Novum opus facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat *l.* 1. §. 11. *D. de nov. oper. nunc.* Qui autem vetus ædificium fulcit, novum opus non facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet *d. l.* 1. §. 13. *D. eod. tit.* Quid novum opus nunciare, & novi operis nunciatio, videsis in voc. *nunciare*, & *nunciatio.*

Novæ tabulæ adpellantur, quibus publice propositis æs alienum obæratis remittebatur. Earum fit mentio apud Cic. *lib.* 2. *de offic. c.* 23. *in Catilin.* 2. 8. *& lib.* 5. *ad Attic. Epist. ult.* Cæs. *lib.* 3. *de bell. civ. c.* 1. Sen. *lib.* 1. *de benef. c.* 4. Quinct. *declam.* 334. Suet. *in Jul. c.* 42.

Novum quandoque opponitur ei, quod auditum jam & cognitum est. Hinc formulæ frequentes: Non novum *l.* 19. §. 1. *D. de Ædil. edict. l.* 47. *D. de manum. test.* Neque enim novum, aut incognitum est *l.* 48. *D. eod. tit.*

Novum interdum non opponitur ei, quod antiquum, seu cognitum, sed quod frequens, & usitatum est. Ita pœna parricidarum dicitur nova §. 6. *Inst. de judic. publ.* quæ tamen antiquissima, & more majorum instituta *l.* 9. *pr. D. ad Leg. Pomp. de parr.* Sic nova ratione *l.* 32. §. 18. *D. de don. int. vir. & ux.* §. 3. *Inst. quib. ex causs. man. lic.* Eodem sensu particulus *do ut des* dicitur novus in *l.* 22. *D. de præscr. verb.*

Novissimum, extremum, ultimum, postremum significat. Varro *de ling. lat. lib.* 5. A quo etiam extremum quoque dici novissimum cœptum vulgo, quod mea memoria, ut Ælius Gallus, sic senes aliquot, nimium novum verbum quod esset, vitabant, cujus origo, ut a vetere vetustius, ac veterrimum, sic a novo declinatum novissimum. Quæ verba ex eo citat Gell. *lib.* 10. *c.* 21. atque Ciceronem eo verbo uti noluisse, quod non probaret. Verum fallitur Gellius. Apud Ciceronem enim *pro Roscio Comœd. cap.* 11. legimus: Qui ne in novissimis quidem erat histrionibus. Usum & aliis locis eo vocabulo Ciceronem, aliosque bonos auctores ex instituto ostenderunt Muret. *Comm. in Catull. p.* 22. Andr. Schott. *lib.* 3. *nodor. Cic. c.* 17. Franc. Florid. *Sabin. lect. subcesiv. lib.* 1. *c.* 2. & Radulph. Forn. *lib.* 3. *ver. quotid.* Sic novissima clausula stipulationis *l.* 19. *D. jud. solv.* Novissimi codicilli *l.* 88. §. 8. *D. legat.* 2. Novissimo loco *l.* 20. *D. de hered. inst.* Novissimum judicium *l.* 2. *C. de codicill. l.* 3. *C. quemadm. test. aper. l.* 9. *C. de collat.* id est ultimæ voluntatis dispositio extrema. Si Novissimo tempore impleri potest conditio *l.* 5. *D. de her. inst.* idest, ultimo vitæ tempore.

Novissima supplicia *in Nov.* 14. *præf.*

præf. de Lenonibus, ubi omnia noviſſima ſuſtinere ſupplicia, *παντων ἐσχατας ὑπομενειν ποινας*, non ſignificat mortis naturalis pœnam, ſiquidem *ibid.* lenones dicuntur in corpore ſupplicium ſuſtinere, & a civitate expelli. Etſi alias Julianus ultimum ſupplicium eſſe mortem ſolam interpretatur in *l.* 21. *D. de pœn.* quæ audienda eſt naturalis *arg. l.* 28. *D. eod. tit.*

NOX. More Romano dies a media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur *l.* 8. *D. de fer.* Poſt ſextam horam noctis *l.* 5. *D. qui teſt. fac. poſſ.* id eſt, poſt mediam noctem. Noctem *l.* 22. *§. ult. D. eod. tit.* idem quod *noctu*. Nox geminat cuſtodiam *l.* 1. *C. Juſt. & Th. de cuſtod. reor.* id eſt, nocte geminatur cuſtodia.

NOXA. Id vocabulum tria ſignificare tradit Salm. *de mod. uſur. p.* 888. primum damnum, ut quum ſervus dicitur noxam dediſſe, deinde peccatum, ſeu delictum, ut quum eum noxam commiſiſſe dicimus, denique pœnam, ſeu ſupplicium, ut quum noxæ dari, vel dedi fertur.

Noxa & *noxia* a nocendo. Utrumque vocabulum ita diſtinguit Juſtinianus, quod *noxa* ipſum, quod nocuit, corpus, *noxia* delictum, quod quis commiſit, denotet *pr. Inſt. de noxal. act.* eademque legimus *l.* 1. *D. ſi quadr. paup. fec.* Nec abnuit uſus veterum auctorum. Nam *Ter. Eunuch. Act.* 5. *ſc.* 2. *v.* 13. Unam hanc noxiam omitte, ſi aliam admiſero, occidito. Plaut. *Muſtell. Act.* 5. *ſc.* 2. *v.* 56. Quid gravaris? quaſi non eras jam aliam commeream noxiam. Et ita paſſim alibi. Feſtus: Noxa ponitur pro peccato, aut pro peccati pœna, quum lex jubet noxæ dedere pro peccato. Noxia apud antiquos damnum ſignificat, ſed a poëtis ponitur pro culpa. Serv. in *lib.* 1. *Æneid. v.* 41. ad hæc verba: *Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei*, noxam, inquit, pro noxia. Et hoc intereſt inter noxam, & noxiam, quod noxia culpa eſt, id eſt, peccatum, noxa autem pœna. Cajus etiam in Comment. XII. Tab. noxiæ adpellatione omne delictum contineri ait *l.* 238. *§. ult. D. de verb. ſignif.* quamvis eo loco multæ editiones *noxæ* præferant. Sed tamen non raro neglectum iſtud diſcrimen animadvertimus. *Noxa* enim plane etiam maleficium, & peccatum qualecumque denotat, non modo in jure noſtro *l.* 45. *§.* 1. *D. de legat.* 1. *l.* 4. *l.* 32. *D. de noxal. act.*

Noxæ dare *l.* 69. *D. de ſolut. l.* 9. *§.* 4. *D. de dol. mal. l.* 7. *§.* 1. *D. quod vi aut cl.* & dedere *l.* 11. *D. de noxal. act. l.* 1. *§.* 15. *D. de vi & vi arm.* ob noxam dedere Liv. *lib.* 21. *c.* 30. in noxam dedere *l.* 1. *§.* 11. *D. ſi quadrup. paup. fec.* item noxam dare *l.* 7. *§.* 1. *D. quod vi aut cl.* id eſt corpus ipſum, quod nocuit. Hoc autem tam de ſervo, qui nocuit, quam de animali dicitur. Si enim ab his nocitum ſit. Dominus hominem, animalve vivum tradit ei, cui damnum erat illatum, niſi damni æſtimationem præſtet per *d. l.* 7. *D. quod vi aut cl.* & Paul. *lib.* 2. *Sent. tit.* 30. *§.* 7. Noxæ olim dabantur non ſolum animalia, non ſolum ſervi, ſed & filii familias *l.* 5. *pen. D. de oblig. & act. l.* 3. *§.* 4. *D. de liber. homin. exhib.* immo & filiæ familias *§. ult. Inſt. de nox. act.* Magnum tamen hac in re inter ſervos, liberoſque intercedebat diſcrimen. Liberi enim homines noxæ dati ſerviebant quidem, ſed non erant ſervi, Quinctil. *Inſt. orat.* 7. 3. *& declam.* 311. Cujac. *obſerv.* 13. 9. Hinc ſi tantum adquiſitum per eos eſſet, quantum

damni dederant, manumittendi erant, quamvis nulla interposita esset, uti in mancipatione, fiducia. Papinianus *apud auctor. Collat. Leg. Mos. & Rom.* Manumissi quoque non erant libertinæ conditionis, sed ingenuitatem recuperabant, non secus ac filii a parente venumdati. Quinctilian. *Inst.* 5. 10. Hæc ex Heinecc. *Antiqu. Rom. ad Inst. lib.* 4. *tit.* 8.

Noxa caput sequitur *l.* 41. *D. de furt. l.* 17. §. 1. *D. de injur. & passim.* quo intelligitur noxalem dari actionem adversus quemcumque servi delinquentis possessorem §. 1. *Inst. de noxal. act.* Manumissum autem servum post delictum, & ante litis contestationem, ipsum esse conveniendum per *l.* 4. *C. an. serv. pro suo fact. l.* 15. *D. de condict. furt.*

Noxa solutus *l.* 72. §. 5. *D. de solut. l.* 45. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 3. *D. si famil. furt. fec.* & passim, id est, qui noxali judicio subjectus non est. Ergo si noxam commisit, nec permanet (*si est sublata*) noxa solutus videtur *l.* 17. §. 17. *D. de Ædil. edict.*

Noxæ aliæ sunt publicæ, quæ nempe publice coerceri solent, ut loquitur *l.* 21. §. *ult. D. de evict.* de his quoque *l.* 201. *D. de verb. signif.* Aliæ privatæ, quæcumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur judiciis noxalibus *l.* 17. §. 7. *D. ædil. edict.*

Noxæ deditio *l.* 2. §. 16. *D. de vi bonor. rapt.*

Noxam accipere l. 17. §. 2. *D. de usufr.* i. e. damnum. *Noxam* committere *l.* 32. *D. de noxalib. act.*

Noxa vel noxia aliquando rixam vel jurgium notat, ut apud Ausonium *in Sechnopægn. v.* 32. Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos. Vide Cujac. *in lib.* 4. *responsi.* Papiniani *in l.* 26. §. *ult. D. de pact. dotal.* Similis locus est apud Claudian. *lib.* 1. *de laud. Stilich.* & apud Manil. *lib.* 2. *Astronom. v.* 280. Diligerent alia, & noxas bellumque moverent.

NOXALIS, *e.* Noxales actiones, quales sunt, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio servorum adversus nos instituuntur, quarum actionum vis & potestas hæc est, ut si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ejus corporis, quod deliquerit, evitare litis æstimationem *l.* 1. *D. de noxal. act.* Si servus sua voluntate id admiserit, competere noxale, ut in ceteris maleficiis *l.* 7. §. 5. *D. de arbor. furt. cæs.* ubi sua voluntate significat, non voluntate, aut jussu Domini, qui hoc in casu non liberaretur servum noxæ dando.

Per se autem nullæ sunt *noxales* actiones. Neque enim hoc proprium est speciale certæ alicujus actionis nomen, sed qualitas quædam, accedens actionibus, quæ ex admissis servorum adversus dominos instituuntur, veluti noxalis Aquiliæ actio *l.* 9. *D. de noxal. act.* de dolo noxalis *l.* 16. *D. ad exhib.* furti noxalis *l.* 22. *D. commod. &c.* quæ diversæ actiones dicuntur *noxales*, quibus is, qui non nocuit, dominus nempe nocentis convenitur, & ita separantur a *directis*, quibus convenitur ipse, qui nocuit §. 5. *Inst. de noxal. act.*

Noxales actiones constitutæ sunt, aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus, veluti *furti* lege XII. Tabularum, *damni injuriæ* Lege Aquilia, edicto prætoris, veluti *injuriarum, & vi bonorum raptorum* §. 4. *Inst. de noxal. act.* Eodem modo noxalia interdicta ob delictum servorum, quos in potestate habemus, adversus nos competunt, puta, si quem vi dejecerunt, vel vi aut clam opus fecerunt *l. uls. D. de interdict.*

No-

Noxalis quoque adpellatur actio, quæ ob pauperiem datur *l.* 1. §. 12. & §. 24. *D. si quadrup. paup. fec. & pr. Inst. eod. tit.* vid. *pauperies*.

Noxalis causſa *l.* 4. §. *ult. D. de noxal. act.* noxale judicium *l.* 5. *D. eod. tit.* Interdum abſolute *noxali* agere, & agi dicunt, id eſt noxali judicio *l.* 21. §. *ult. l.* 28. *D. eod. tit. l.* 4. *D. ſi ex noxal. cauſſ.* Similem locutionem notavimus ex *l.* 7. §. 5. *D. de arb. furt. cæſ.*

NOXIA, æ, damnum, delictum. Noxiam nocere *l.* 4. *D. de noxal. act. l.* 45. §. 1. *D. de legat.* 1. idem quod noxiam committere *l.* 1. *D. ſi quadrup. paup. fec.* §. 5. *Inſtit. de noxal. act.* vide in voce *noxal.*

NOXIUS, *a, um.* Noxius facinoris ſervus *l.* 3. §. 12. *D. de SC. Silan.* id eſt, reus facinoris. Noxii Manichæi *l.* 35. *C. Th. de hæret.* Noxium ſervum dicere *l.* 1. *pr. D. ſi famil. furt. fec.* i. e. noxæ reum.

NUBERE proprie dicitur mulier viro, quæque uxor dicitur *l.* 23. *D. de condit. inſt. l.* 17. *D. de am. legat.* quod ſponſæ, dum viro tradebantur, nubere, hoc eſt, velare capita ſolebant Cicero *in Or. pro Cælio*: Cui cum ex amplißimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſet &c. Ab hujus verbi ſupino *nuptum* formatæ ſunt loquutiones *nuptum* collocare *l.* 41. §. 7. *D. de legat.* 3. dare *l.* 11. §. *ult. D. quod falſ. tut. auct.* & *inuptui l.* 59. *l.* 62. *D. de rit. nupt.*

Peſſima ſignificatione vir nubere dicitur *l.* 31. *C. ad. Leg. Jul. de adult. l.* 3. *C. Theod. eod. tit.* qui alteri viro ſuccumbit. Vide Tacit. *lib.* 15. *annal. c.* 37. de Neronе uni ex contaminatorum grege Pythagoræ nubente, Suet. de eodem, *c.* 29. Apud bonos auctores, Heineccio notante, nubere viri non dicuntur ſenſu honeſtiori, niſi per jocum de viris uxoriis, quos immodicus amor mulierum ſuarum ſub jugum miſit. Et eo ſenſu Martial. *lib.* 8. *epigr.* 1. Uxori *nubere* nolo meæ. Eſt tamen, ubi & in bonam partem verbum hoc accipitur de viro uxorem ducente, quemadmodum & ducere de femina *l.* 3. *C. ſolut. matrim.* Non Marcell. *c.* 2. *n.* 175. Nubere veteres non ſolum mulieres, ſed & viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. Pomponius *in Pannucreatis* apud eumdem; ſed meus frater major, poſtquam vidit me inde ejectum domo, nupſit poſterius dotatæ vetulæ, varicoſæ, Afræ. Addi poteſt Barth. *lib.* 6. *adverſ. c.* 14. Frequens in primis hic verbi uſus eſt in Capitularibus: Si quis viduam uxorem duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit *capitul.* 5. §. 168. Ut hi, qui uxores dimittunt, non nubant Capitular. *lib.* 6. §. 63. Adde *lib.* 6. *capit.* §. 55. & 91. unde deſumtus eſt *Canon.* 23. *tit.* 11. Vide infra *nuptiæ*.

NUBILIS ætas *l.* 10. *D. de cond. & dem.* id eſt viri potentis virginis.

NUCLEUS. Olivarum *nuclei*, quibus ad nullam aliam rem, niſi ad comburendum poſſit uti, vel ſi qui alii nuclei *l.* 55. §. 1. *D. de legat.* 3. vide & *l.* 167. *D. de verb. ſignif.*

NUDARE plerumque metaphorice eſt ſpoliare, vel privare, ut in *l.* 3. *C. Theod. ad leg. jul. repetund. l.* 1. *C. Juſt. eod. l.* 1. *C. Theod. de quæſt.*

Nudari dicitur de naufragiis. *Nudatæ* res propter jacta *l.* 4. §. *ult. de leg. Rhod.* id eſt, involucro ſuo evolutæ. Sed & ii, quii paſſi naufragium ſpoliantur, nu-

nudari dicuntur *l. ult. C. Th. de naufr.*

Nudare etiam est animi sui sensus, & consilia prodere. Post nudata utriusque intima *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* Sic & Livius *lib. 31. c. 48.* Ætoli defectionem nudabant.

NUDITAS, id est inopia, vel egestas in *l. 12. l. 13. C. Th. de bon. proscript.*

NUDUS, *a*, *um*, metaphorice pro bonis exuto *l. 7. D. de capite minut.*

Nudus etiam est vacuus, ut nudi culpa *l. 2. C. Th. de emendat. servor.*

Nudum pro *mero* frequentissime Icti usurpant. Sic nuda adseveratio *l. 14. C. de probation.* Nudo animo Paul. *lib. 5. Sent. tit. 2. §. 1.* Nuda cautio *leg. 2. §. 6. D. de jud.* id est, sola promissio sine satisdatione ibid. *Nudus* consensus, id est, solus, sine verbis, litteris, scriptura *l. 52. §. ult. D. de oblig. & act. l. 14. D. locat.* & alibi passim. *Nuda* contestatio *l. 20. D. ad municipal. Nuda conventio*, interdum est, quæ placiti sine stetit, ut loquitur *l. 27. C. de locat.* quæ nullum negotium gestum, sive συναλλαγμα in se habet. Vide & *l. 15. D. de præscr. verb.* Interdum vero *nuda conventio* est, quæ solo, & nudo consensu nititur absque ulla rei traditione. Ita pignus contrahitur non sola traditione, sed etiam nuda conventione *l. 1. pr. & §. 1. D. de pignor. act.* hoc est sola conventione, ut loquitur *l. 44. §. 5. D. de usurp.* per pactum conventum, quum quis pactus est, ut res ejus propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ *l. 4. D. de fid. instr.* Nudum factum *l. 51. D. de verb. oblig.* id est solum. *Nuda* indulgentia *l. 1. pr. D. und. cogn.* Nuda interrogatio, quæ non fit per tormenta, vel corporis dolorem ad eruendam veritatem *l. 15. § 41. D. de injur. Nudum* jus Quiritium, id est merum *rubr. C. de nud. jur. Quirit. toll.* Nudum nomen sui heredis *l. 2. §. 8. D. ad SC. Tertull.* id est, inane & sine re, ut in *l. 3. C. de inoff. donat.*

Nuda pactio, quum nulla subest caussa præter conventionem, hujusmodi pactio obligationem cum actione conjunctam non parit, sed exceptionem *leg. 7. §. 4. D. de pact.* Nudum *pactum*, quod vetus Glossarium ψηλον vertit, intelligitur merum, & solum placitum, quod absque aliquo negotio gesto, aut caussa aliqua subsistente intervenit. Ex *nudo* pacto jure nostro actionem nasci non posse, ait *l. 27. C. locat. l. 10. C. de pact.* & Paull. *lib. 2. Sent. tit. 14. §. 1.* Romanorum nempe philosophia non ferebat, ut aliquis e sola promissione, verbisque sæpius indeliberatis obligaretur; inde si civis Romanus tale quid feciisset, ei, cui promissum aliquid erat, formulam nullam dabant Pontifices absque formula vero actio intentari nequibat. Ergo actio ex promissione non dabatur. Ne vero induci te in eam sententiam patiaris, pactorum valorem omnino abhorruisse Romanos. Si quis impleverat promissum repeti, quod erat datum, non poterat. Non igitur pacta damnarunt Romani, sed formulas actionum his saltim non accommodarunt, si nullum admixtum esset negotium gestum, nullaque subesset caussa subsistens. Vide Wurff. *jur. defin. §. 143.*

Nudum pactum alio sensu dicitur, non quod nullum ei sit admixtum negotium, nullaque subsit causa, nullaque ei jure civili sit accommodata actio, sed respective nudum dicitur ratione hujus illiusve facti, quod pacto alias non nu-

nudo adjectum non fuit. Et ita accipe pactum nudum in *l.* 20. *C. de pact.* ubi: Traditionibus dominia rerum non nudis pactis transferri dicuntur: Ibi, inquam, nuda pacta eo respectu dicuntur, quo deest traditio, etsi alias nuda non essent. Emtionem enim & venditionem contractum esse constat, nec nudam conventionem, quippe ei accommodata est actio cognomina *emti* aut *venditi*; nec minus certum est, dominium ante traditionem ad emtorem non transire §. 3. *Inst. de emt. vend.* Sententia igitur Legis hæc est: Sola conventione quantumvis alias vestita, nec nuda dominium non transferri, sed accessisse oportere traditionem. Ita quod Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 12. §. 9. ait: Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur, intelligendum est de pacto, quod nudum priore sensu dictum est. Sed aliter intelligenda est nuda pollicitatio in *l.* 10. *pr. D. de his quæ ut indign.* Sive chirographum eo nomine dederit, sive nuda pollicitatione repromiserit. Id est, sive sola pollicitatione, nec dato chirographo. Nam ex stipulatu datam actionem, nec proinde conventionem ejus nominis nudam fuisse, nemo nescit.

Nuda possessio, quæ non habet mixtam proprietatis causam *l.* 22. §. 1. *D. quod met. caus.* Add. *l.* 8. *D. de usu, & usufr. leg.*

Nudum præceptum probabili nulla causa adjecta *l.* 114. §. 14. *D. de legat.* 1. *l.* 38. §. 4. *l.* 93. *D. de leg.* 3.

Nuda promissio, sive pollicitatio stipulationi opponitur in *l.* 19. §. 1. *D. de Ædil. edict.* Alibi *nuda* promissio cautioni adversatur *l.* 63. §. 4. *D. pro soc.*

Nuda proprietas, a qua usus-fructus abest *leg.* 33. *D. de rei vend.* seu abscedente usufructu, ut loquitur *l.* 8. *D. de usu & usufr. legat.* ita accipe nudæ proprietatis dominum in *l.* 35. *D. de rei vind.*

Nuda ratio, ubi aliquid quasi debitum in rationes refertur, quum tamen nulla debiti causa præcesserit *l.* 49. §. *ult. D. de pecul.* vide & *l.* 26. *D. de donat.*

Nuda repromissio satisdationi opponitur in *l.* 1. §. 5. *de stipul. prætor.* & *l.* 56. *D. de evict.*

Nuda traditio, quæ justa, & ad dominium transferendum habili & idonea causa non nititur *l.* 31. *D. de adquir. rer. dom.* Nuda venditio pro ficta *l.* 55. *D. de contrab. emt.*

Nuda verba apud Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* §. 1. sunt communia & vulgaria, non certa & concepta.

Nuda voluntate in *l.* 3. §. *ult. D. de adim. vel transfer. legat. l.* 1. *l.* 15. §. 1. *D. de testam. milit. l.* 1. §. 4. *D. de adsign. lib.* idem est ac sine solemnibus in *l.* 1. *D. de ver. permut. l.* 3. *D. de rescind. l.* 1. *C. quand. lic. ab emt. disc.* & sola conventione.

Nudæ voluntatis quid esse dicitur in *l.* 17. *D. commod.* ad quod quis nulla obligatione adstringitur.

Nuda quoque voluntas ea dicitur, quæ nihil præstat Sen. *lib.* 6. *benef. c.* 10. Beneficium nuda voluntas non efficit. Sic nudæ voluntatis mendacio *l.* 1. *C. de collus. deteg.*

Nudus usus, id est sine fructu *l.* 1. *D. de usu & habit.*

NUGATORIUS, *a*, *um*. In res nugatorias temporibus consumptis *l.* 17. §. 14. *D. de Ædil. edict.*

NULLATENUS in *Clementin. c. un. tit. de sequestr. possess.* id est, nequaquam.

NULLUS, *a*, *um*, qui non est in rerum natura. Ita si nullus sit *l.* 1. *D. de hered. vel act. vend. Terent. Andr. Act.* 2. *Sc.* 4. *v.* 20. Nullus sum, id est perii.

Nullum esse jure civili dicitur, quod

quod inutile est, sic nulla actio, etiam quæ exceptione repellitur *l.* 7. §. 8. *D. de dol. mal.* aut quæ propter inopiam adversarii inanis est *l.* 6. *D. eod. tit.*

NULLUM, quod jure non valet, nec consistit, ut nullum fideicommissum erit *l.* 41. §. 2. *D. vulg. & pupil. substit.* legatum *l.* 75. §. 1. *D. de legat.* 1. *Nullium* testamentum in specie dicitur, in quo quid peccatum adversus leges de persona testatoris, vel de libertate voluntatis ejus, vel de solemnitate interna proditas. Hinc testamentum filii fam. vel in quo liberi sui præteriti, ipso jure nullum est per *l.* 1. *D. de injust. rupt. irrit.* injustum vero vocatur, in quo omissæ solemnitates internæ *per d. l.* 1. & ita utrumque differt ab *rupto*, *irrito facto*, de quibus in iis vocab. infra.

Nullius esse res dicuntur, quæ in nullius privatim bonis sunt, sed jure gentium omnibus vacant, & occupanti conceduntur *l.* 51. *D. de contrah. emt.* §. 5. §. 12. *Inst. de rer. divis.* Alias *nullius* esse dicuntur, quæ in patrimonio, commercioque hominum non sunt, veluti res sacræ, sanctæ, religiosæ §. 7. *Inst. eod. tit.*

NUM pro an *l.* 7. §. *ult. D. commun. divid.* Num non id est, an non *l.* 25. §. 15. *D. de hered. pet.*

NUMA Rex, de quo in *l. un. D. de off. quæst.*

NUMARIUS, *a*, *um*, id est pecuniarius. Ita *Numarii* judices apud Cic. pro *Cluent. c.* 17. sunt, qui de re pecuniaria cognoscunt. Sed apud Sueton. *in Domitian. c.* 8. ita vocantur, qui venales sententias habent, qui per sordes jus dicunt, qui pecuniam ob rem judicandam capiunt. Quo sensu idem Cicero *in Verr.* 3. *c.* 57. Numarium judicium vocat, quod acceptis pecuniis exercetur. At *numarios judices* in *l. un. C. publ. læt. nunc.* perperam a Brissonio legi animadvertit Heineccius, sive sequamur vulgatam lectionem, sic se habentem: *hoc sane immodico pretio nunciari excipique sancimus, actum esse castissimum, indigentibus non numerariis esse præbendum, judices statuimus esse sullicitos*, sive sequamur Cujacium, qui in *Comm. ad lib.* 12. *C. p.* 114. *Tom.* 2. *operum*, textum fide Codicis Theodosiani, & MSC. ita restituit: *Gerulum jubemus esse castissimum, judices numarios esse prohibemus.* Sunt autem *judices numarii*, qui pro judicio rei novæ & latæ numos poscunt.

Numaria pœna *l.* 10. §. 2. *D. de recept. arbitr.* quæstio *l.* 2. §. 1. *D. de jur. fisc.* res *d. l.* 2.

NUMEN ait Festus, *quasi nutus Dei, ac potestas dicitur.* Sic metu divini *numinis l.* 8. §. 1. *D. de condit. institut.* At numinis nomen passim etiam sibi arrogant Imperatores in rescriptis suis, veluti *l.* 34. *C. de adpell. & consult. l.* 2. *C. de tempor. & repar. adpell.* Quo loquendi genere sæpe Imperatoribus blanditur Symm. veluti *libro* 10. *Epist.* 12. 23. 27. 30. 35. 41. 52. 53. 55. 57. & 58. Quod Prosper Aquitanicus ridet libro *de promiss. & prædict. c.* 7. immo & ipsi Imperatores *l.* 1. *C. Th. de imagin. imperial.* Vide supra in voce *Divus.*

NUMERARE pro computare. Ita annus numerari dicitur ex die quodam, vel tempore in *l.* 6. *D. de cal. l.* 48. *D. de jur. dot.*

Numerare pro habere, accensere, rationem habere. Ita inter seniores numerari *l.* 63. §. *ult. D. de legat.* 3. Emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera ait *l.* 15. §. 16. *D. de excusat.*

Numerare etiam est pecuniam dare, vel in solutum, vel alio modo, Ut numerare dotem *l.* 41.

solut. matrim. In debitum numerare *l.* 44. *D. de sol.* donatio causa pecunia numerata *l.* 33. §. 1. *D. de donat.* Numerare pretium *l.* 25. §. 1. *D. de usufr.* vide infra *Numeratus, a, um.*

NUMERARIUS. Numerarii vocabantur, qui in officio præfectorum prætorio, consularium, præsidum, ducum, magistri officiorum, nec non in scholis numeros agebant, rationes, & charas administrabant tractabantque, ut loquitur *l.* 6. *C. Th. de numerar.* vide & Nov. Theod. *de offic. & numerar. præfect.* Eos chartarum notitiam habuisse, ait *l.* 7. *C. Theod. de numerar.* Isid. *lib.* 9. *orig. c.* 3. numerarios vocatos scribit eos, qui publicum numerum ærariis inferunt. *Numerariorum* corpus in *l.* 1. *C. Th. de primicer. notar.* Numerarii & Magistri eorum *l.* 8. *Cod. Th. de numer. actuar. & scrin.* Et ita numerarios accipe *l. ult. C. de privil. scholar. l. ult. C. de num. l. ult. C. de fabr. l.* 1. *C. de apoch. publ. l. ult. C. de exsequut. & exact.*

Valentinianus autem, & Valens tandem constituerunt, ut qui *Numerarii* adpellari consueverunt Consularium ac præsidum dumtaxat, hi *tabularii* in posterum vocarentur *l.* 2. *C. de numerar.* Eaque de causa Tribonianus *l.* 4. *C. eod. tit.* ad hæc verba: *In provinciis singulis duo numerarii collocentur*, de suo addidit, *qui & tabularii*, ut adparet ex *l.* 12. *C. Th. eod. tit.* Similiterque in *l.* 13. *C. de suscept. præp.* his verbis: *duos tabularios*, adjeciisse eum, *seu numularios*, liquet ex *l.* 31. *C. Theod. eod. tit.* An *numeratiorum* mentio sit in *l. un. Cod. publ. lætit. nunc.* vide supra in voce *Numarius.*

NUMERATIO pro computatione, ut numeratione millium passuum facta *l.* 2. §. 2. *D. quis ordo in poss.* id est dinumeratione, ut *l.* 1. *D. qui satisd. cog.* §. 15. *Inst. de excus. Numeratio* pro datione in solutum, & ita accipe hoc verbum in *l.* 44. *D. de solut.* Sed & numeratio dotis, ut in *l. C. de dot. caut.* & ejus quod mutuo creditur, ut in *l.* 19. *D. de reb. cred.* his verbis: Non omnis numeratio eum, qui accipit, obligat.

Numeratus, a, um, pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed omnis res continetur *l.* 222. *D. de verb. sign.* ubi numerata pecunia intelligitur, quæ numis constat. Ita Colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit *l.* 25. §. 6. *D. locat.* Eodem sensu pecuniam numeratam accipe in *l.* 1. §. 1. *D. de aur. arg. legat. l. ult. D. de adim. leg. l.* 66. *D. solut. matr. l.* 59. *D. de legat.* 3. *l.* 44. *D. de sol. l.* 6. *D. de jur. delib.*

Numerata pecunia pro ea, quæ vel in solutum data, vel etiam in creditum, quo pertinet *non numeratæ pecuniæ* exceptio §. 1. *Inst. de except.* seu de pecunia minime numerata, ut est in §. *un. Inst. de litterar. obligat.* quam exceptionem Theophilus *ibid.* τὴν τῆς ἀνεργυρίας παραγραφὴν exponit. Ibi ea locum habet, ubi quasi credita pecunia petitur. Quum autem ex præcedente caussa debiti in chirographum quantitas redigitur, non requiritur, an tunc, quum cavebatur, numerata sit, sed an justa caussa debiti præcesserit *l.* 5. *Cod. de non numerat. pecun.* Exceptio hæc recte opponitur intra biennium a reo, quem actor convenit ex chirographo, vide *d. l.* 5. 8. & 14. *pr. C. eod. tit.* & ea devolvitur in agentem onus probandi pecuniam fuisse numeratam per *l.* 3. & 10. *C. eod. tit.* Etiam post biennium elapsum ut

per

perpetua opponi potest, si intra biennium protestatione querelave coram magistratu interposita, qui scripsit, testatus fuerit, se pecuniam haud accepisse per *l.* 8. 9. & 14. §. 4. *C. eod. tit.* alias biennio elapso reus in cassum opponet hanc exceptionem, etiam si onus probandi in se suscipere velit §. *un. Inst. de litt. oblig. l.* 8. & 14. *pr.* & §. 3. *C. de non num. pec.*

In *numerato*, & in nominibus habere separantur, ut *l. ult. D. de donat.*

NUMERIUS *Nigidius.* Solemne nomen in formulis actionum, & stipulationum, uti Aulus Agerius, Cajus, Sejus, Titius, Mævius *l.* 16. *D. de excus. tut.* Id pronomen unica littera N. exprimi solebat. Numerius autem, teste Varrone apud Non. Marc. *c.* 4. §. 319. dicebatur, qui cito nascebatur. Nam *numero* idem erat veteribus ac cito, vel celeriter. Festus in *Numerius* auctor est. Numerii prænomen neminem patritiorum tuliſſe, ante Fabium illum, qui unus ex clade familiæ post Etruscum bellum superfuerit, quique Otacilii Maleventani filiam ob insignes divitias ea lege duxerit, ut qui ex ea primus natus esset, Numerius adpellaretur. *Nigidius* quoque notum satis gentis Romanæ nomen est, ex qua in primis enituit P. Nigidius Figlus, vir doctus, & Ciceronis amicus, de quo Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c.* 12. Ceterum elegans est observatio Petri Pithoei *ad auctor. collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 11. §. 6. jurisconsultos veteres plerumque ficto Auli Agerii nomine in actionibus, Numerii Nigidii in exceptionum formulis usurpasse. *Hein.*

NUMEROSUS, *a, um.* Numerosa jussio *l.* 5. *C. Theod. de haret.* Numerosæ provinciæ *in Constit. Just. de confirm. Inst.* Numerosis rescriptis *l.* 1. *Cod. in quib. causs. in integr. rest.* id est multis.

NUMEROSITAS Curialium *l.* 3. *C. Theod. quemadm. munet. civil.* id est, multitudo.

NUMERUS. Numero constare, consistere, continerive dicuntur ea corpora, quæ adnumerantur, ut pecunia *l.* 28. *D. de judic. l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 1. §. 1. *D. de obl. & act.*

Numero dividi, & ex specie dividi, differre intelligimus ex iis Juliani verbis: Cum species stipulamur, necesse est inter dominos, & inter heredes ita dividi stipulationem, ut partes corporum cuique debeantur. Quoties autem genera stipulamur, *numero* fit inter eos divisio. Veluti cum Stichum & Pamphilum (*quod exemplum est casus prioris*) quis stipulatus, duos heredes æquis partibus reliquit, necesse est utrique partem dimidiam Stichi & Pamphili deberi, (*& tunc divisio fit ex specie.*) Si idem duos homines (quod exemplum est casus posterioris) stipulatus fuisset, singuli homines heredibus ejus deberentur *l.* 54. *pr. D. de verbor. obl.* hoc est, cuique homo suus deberetur, & ita divisio esset ex *numero*, non ex *specie.* Papin. porro in *l.* 117. *D. eod. tit.* ait: Si *centum homines, quos ego heredes meus elegissem*, stipulatus antequam eligerem, duos heredes relinquero; *numero* dividitur stipulatio; diversum erit si jam electis hominibus successerint. Quibus verbis lectus significat, priori casu ab uno herede quinquaginta homines, ab altero totidem alios eligi posse, casu vero posteriori divisionem ex specie esse faciendam ita, ut utrique singulorum partem dimidiam habeat. Similiter Ulpianus in *l.* 29. *in fin. D. de solut.* ait: Quod in nu-

numero consistit, in numis, oleo, frumento, & similibus, quæ communi specie continentur, adderet hoc actum, ut numero dividatur obligatio. Vide *l.* 15. §. *ult. D. de oper. libert.* Pro *numero* temporis *l.* 3. §. 2. *D. de re mil.* In *numero* esse & haberi dicuntur tam personæ, quam res, & quælibet corpora, id est loco esse, vel locum obtinere. Ita personæ, quæ in numero parentum liberorumve sunt *l.* 53. *D. de rit. nupt.* De rebus: Æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur *l.* ult. *D. de fidejussor.* In eo numero esse, & *in ea caussa esse*, idem valent *l.* 206. *D. de verb. signif.* Acetum quod vini numero sit *l.* 1. & 3. *D. de tritic. vin.* ol. ita vestis numero in *l.* 26. *D. de aur. arg. legat.*

Numerus etiam catalogum missum seu breviculum, quo missum nomina continentur, significat, recentiores Imperatores *matriculam* vocant. Ita si quis missum ex alio munere translatus *l.* 1. §. *ult. D. de bonor. possess. & testam. milit.* Et pro ipsis militibus in numerum relatis accipitur. Ut miles qui communem caussam omnis sui numeri persequitur *l.* 8. §. 2. *D. de procurat.* Lamprid. in *Opilio Macrin. c.* 5. Quod si unius numeri consensus accessisset.

Crebrius autem *numeros* multitudinis numero jurisconsulti, atque Imperatores, aliique auctores usurparunt. Sic qui de aliis numeris vel legionibus *l.* 17. *C. Th. de re milit.* Exercitum non unam cohortem, neque unam alam dicimus, sed numeros multos militum *l.* 2. §. 1. *D. de his qui not. infam.* In numeros relatus *l.* 422. *D. de testam. milit.* Tribunatus numerorum *l. ult. C. de inoff. test.* Numeri suppleri dicuntur in *l.* 4. §. 9. *D. de re milit.* *Numeri* quoque chartas, & rationes publicas significant *l. ult. C. de primicer. & secundicer.*

NUMIDIA olim regnum, quod Juba victo a Cæsare in provinciam redactum, Dio *lib.* 43. *p.* 217. auctor est, ac cum eam Libyæ partem, quæ circa Carthaginem sita, a Romanis Africa dicebatur, veterem provinciam appellatam, quod jam olim subacta esset: Numidiæ vero, ut recens subactæ novæ provinciæ nomen inditum. Numidiæ Legatus in *l.* 7. *D. de legat. præst.*

NUMISMA. Vide supra *Nomisma.*

NUMMARIUS. Vide *Numarius.*

NUMMUS, *Nummularius.* Vide *numus, & numularius.*

NUMQUID, id est utrumne *l.* 2. *D. quis ord. in posses.* *l.* 8. §. 10. *D. de inoff. test. Numquid*, pro *cur. non l.* 8. §. 9. *D. eod. tit.* Sed in hac *l.* 8. §. 9. notante Heineccio, *& numquid minuant?* in melioribus editionibus uncinolis inclusa videas, tamquam suspecta & superflua. Adeoque ex eo loco probari non potest hæc particulæ notio, quam nec ejus natura, nec usus admittere videtur.

NUMULARIUS *l.* 39. *D. de solut.* est mensularius, trapezita, seu qui mensam exercet. Numularii, sicut argentarii, rationes conficiunt, quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur, & frequentissime ad fidem eorum decurritur *l.* 9. §. 2. *D. de addend.* Apud eos quoque, ut & apud argentarios fide publica deponi pecunias consueviss, ostendit Ulpianus in *l.* 7. §. 2. *D. depos.* ubi qui vocantur Numularii, iidem mensularii dicuntur in *l.* 24. §. 2. *D. de reb. auct. jud. possid.* De *numulariorum* corpore men-

mentio est in *l.* 15. *C. Theod. de his qui sup. relig. commend.*

NUMUS a Numa Rege, qui numos primum apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit, vocatum tradit Isidorus *lib.* 16. *orig. c.* 17. Qui numos argenteos adulterinos flaverit, falsi crimine tenetur *l.* 9. *D. de leg. Cornel. de fals.* Asperum *numum* apud Pers. *Sat.* 3. *v.* 69. & Svet. *in Neron. c.* 44. *in*terpretatur Brissonius, recens percussum & signatum. Senec. *Epist.* 19. Nec voles, quod debeo, in aspero & probo accipere. Vide in voce *asper*. Quicumque numos aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit, summo supplicio adfici debet *l.* 8. *D. de Leg. Corn. de fals.* Numis colere dicitur colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit *l.* 16. *D. de furt.* conjuncta *l.* 25. §. 6. *D. locat.* Numus decargyrus *l. ult. C. Theod. Si quis pecun. const.*

NUNC, non est hoc temporis momentum, sed laxius accipitur pro hodie, sive hoc tempore *l.* 1. §. *ult. D. de Ædilit. edict. l. ult. D. de injur. l.* 23. *D. de usu, & usufr. leg.* Ulp. *tit.* 8. §. 5. Nunc primum *l.* 33. §. *ult. D. de testam. milit.* Nunc usque, id est huc usque *l.* 45. *C. Theod. de episcop.*

NUNCIARE opus novum, est denunciare, ne quid operis novi fiat *l.* 3. §. *ult. D. de alien. judic.* Vetus glossarium: Nunciare novum opus est prohibere testationem, ne novum opus fiat. Vide & *l.* 1. §. 1. *de remissione.*

Nunciare alias est fisco deferre *l.* 38. & 43. *D. de jure fisc.* Sic *nunciare* bona *l.* 22. *D. de SC. Silan.* fideicommissum *l.* 13. §. 7. *D. de jur. fisc.* renunciare dicit *l.* 22. §. *ult. D. eod. tit.*

NUNCIATIO ad fiscum fieri dicitur, quoties bona vacantia, vel caduca, vel ex aliis causis in fiscum cadentia deferuntur *l.* 13. §. 7. *l.* 38. *l.* 43. *D. eod. tit.*

Nunciatio novi operis, vel denunciatio, ut loquitur *l.* 5. §. 10. *D. de nov. oper. nunciat.* Ea in re nostra ædificantem, vel adversus servitutem nobis debitam quid molientem prohibemus. Idque vel per prætorem fit, vel lapilli jactu *l.* 5. §. 10. *D. eod. tit. l.* 8. §. 1. *D. si servit. vindic.* Unde hæc nunciatio fieri, locum habere, procedere, tenere, & *contra*cessare, extingui, missa fieri, remitti, dicitur. Adde *l.* 1. §. 1. & 10. *D. eod. tit. & l.* 1. *D. de remissione.*

NUNCIATOR, qui novum opus nunciat *d. l.* 5. §. 6. *D. de nov. oper. nunc.*

Nunciatores etiam sunt delatores, ut in *l.* 3. *C. de injur. l.* 6. §. 3. *C. ad SC. Turpill.*

Nunciator in primis dicitur, qui fisco nunciat, ut in *l.* 1. §. *ult. D. de jur. fisc.*

NUNCIUS, ait Festus, & res ipsa, & persona dicitur. Consentit Servius *ad lib.* 6. *Æneid.* 2. 45. & *lib.* 11. *v.* 869. Isidor. *lib.* 10. *orig.* Nuncius, qui nunciat, & quod nunciatur. Sed nuncius ipse homo genere masculino, id vero quod nunciatur, genere neutro, ut hoc nuncium, hæc nuncia. Et quidem rem significat hoc verbum, veluti *Nunciorum* genius in *l.* 1. *C. ne quid publ. lætit.* In persona vero *nuncius* est, qui specialiter certi negotii gratia ad aliquem destinatur, & absenti ministerium præbet. Ita constituere absentes per nuncium possumus *l.* 14. *D. de pecun. constit.* & aliæ hujusmodi locutiones passim. *Nuncium* pro repudio etiam usurpant *l.* 3. *C. de repud.* Et ita nuncium mittere est repudiare, & ita Nuncium mittere, & remittere conjuges dicuntur *l.* 2. *C. eod. tit. l.* 7. §. *ult. D. de jur. Dot.* Cic. *Top.*

Top. c. 4. si mulier quum fuisset nupta cum eo, quicum connubii jus non esset, nuncium remisit. Idem *lib.* 1. *ad Attic. Epist.* 13. Deinde ex SC. Consules rogationem promulgasse, uxori Cæsarem nuncium misisse. Sed nec uxor tantum, verum etiam pater nuncium mittere, ac remittere dicitur *l.* 5. *§. ult. D. de jur. dot. l.* 8. *D. de divort.* Si socer nurui nuncium remiserit *l.* 32. *§.* 49. *D. de donat. int. vir. & ux.* Neque nuptiæ modo, sed & sponsalia, nuncio misso, dirimi dicuntur, sponsumque necdum uxorem nuncium mittere legimus, ut in *l.* 45. §. 4. D. *de rit. nupt. l.* 6. *&* 10. D. *de sponsal. l.* 7. §. 3. *l.* 21. D. *de jur. dot.*

Nuncium mittere, metaphorice, est valere, jubere, vel deserere quid Cic. *lib.* 15. *ad famil. Epist.* 16. Quare si jam biennium, aut triennium est, quum virtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatis.

Nuncius in *c.* 21. *pr. de offic. & potest. jud. deleg.* est, quem jus civile viatorem, & adparitorem adpellat.

NUNCUPARE, decemvirale verbum, ut adparet ex his XII. Tab. verbis: Quum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto, hoc est, ut Festus interpretatur, ita uti nominabit, loquutus erit, ita jus esto Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* Nuncupare *nominare* valere, adparet in Legibus, ubi *nuncupate* pecuniæ sunt scriptæ. Festus nuncupata pecunia est, ut ait Cincius *lib.* 2. *de offic. Icti.* Nomina certa nominibus propriis pronunciata. Vetus Glossar. Nuncupare est palam nominare, & confirmare. *Nuncupare* heredem est pronunciare, & verbis exprimere, & nominare, ut loquitur *l.* 12. *D. de jur. patron.* Nuncupare vero heredes, & *scribere* opponuntur in *l.* 21. *&* 25. *pr. D. qui test. fac. poss. l.* 1. §. 5. *l.* 9. §. 2. *D. de hered. inst. l.* 8. §. *ult. D. de bon. possess. sec. tab.*

Nuncupari etiam testamentum dicebatur, quoties testaturus per æs & libram, peracto mancipationis ritu, tabulas testamenti tenens ita dicebat: Hæc, ut in his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium præbitote. Quæ nuncupatio & *testatio* vocatur ab Ulpiano *tit.* 20. *regul* §. 8. & qui ex eo repetit Isidoro *lib.* 5. *etymol. c.* 32. Erat autem testator per ritum mancipationis illum quasi venditor familiæ, quam emtori ex imaginaria venditione mancipabat: qui emtor familiæ eo ipso heres aperte fiebat, quemadmodum nec in comitiis heres potuit in arcano esse. Hinc vero, cum periculum testatori immineret, ne ei struerentur insidiæ, alia ejus actus ratio introducta est, quæ alius quidem heres in tabulis mystice scribebatur, alius vero emtor familiæ erat vel si emtor ipse heres scriptus esset (ut antiquissimis temporibus factum esse credibile est) hoc dicis saltem causa fiebat, & hereditas ad legatarium in tabulis clausis scriptum tota perveniebat, nondum enim Leges Furia, & Voconia modum legatis imposuerant. Deinde frequentia actuum eo ventum est, ut cum familiæ emtor intelligeret lucrum hereditatis numquam ad se spectare, circuitus ille tandem sit prætermissus, & alius scriberetur heres in tabulis, quas clausas tenens testator, ea verborum, quam modo attuli, formula post mancipationem utebatur. Id genus testandi ei successit, quod ante in comitiis calatis, & ex Lege populi fiebat. Videsis Editoris *dissert. de succes. testam. §.* 24. *not.* 6.

NUNCUPATIO scripturæ opponitur. Si pater sibi *per scripturam*, filio per nuncupationem fecerit testamentum *l.* 20. §. *ult. D. de vulg. & pupil. substit.* adde *l.* 8. §. *ult. D. de bon. poss. secund. tab. l.* 21. *C. de testam. l.* 8. C. *qui testam. fac. poss.* Ceterum ut testamento per scripturam facto bonorum possessio secundum tabulas, ita per nuncupationem facto, bonorum possessio secundum nuncupationem defertur *l. ult. C. de bonor. possess. sec. tab.* quod quidem fiebat ob deficientem mancipationis ritum, de quo modo dixi, quo interveniente hereditas rotunde non *bonorum possessionis* involucro defertur.

NUNDINÆ. Eas, teste Festo, feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent, mercandi, vendendique causa, eumque nefastum, ne si liceret, cum populo agi, interpellarentur nudinatores. Earum originem Dyonis. Halicarnass. *lib.* 2. *p.* 98. ad Romulum refert, his verbis sic latine e græco versis: Omnes adsuefaciens, ut ruri manentes incumberent operi rustico, nisi si quando opus esset mercatu, tum enim in urbem iri posse, ac emi necessaria nona quaque die *nundinis* adsignata. Idem *lib.* 7. Nundinæ autem apud Romanos nono quoque die celebrabantur, ut nunc etiam. Iis nundinis plebs agrestis in urbem confluebat, venaliaque permutabat, & jure inter se agebat. Vide & Dion. Cass. *lib.* 40. *p.* 142. & *lib.* 48. *p.* 377. *Nundinæ* certæ civitatibus, & territoriis ordinentur *Novell. Theod. & Valent. un. tit.* 51. Nundinarum quoque mentio est in *l.* 138. *D. de verb. oblig. l.* 29. §. 1. *D. de ann. legat. l.* 1. *D. l.* 1. *C. de nundin. & mercat. l.* 3. §. *ult. D. de fer.* Cessent in ecclesiis, earumque cœmeteriis negotiationes, & præcipue nundinæ, ac fori tumultus *c.* 2. *de immun. Eccles. in* 6.

Nundinæ turpes in *l.* 5. *C. Th. de iis, quæ adm. vel offic.* id est nundinationes.

Nundinæ pro epulis in *l.* 69. *D. pro soc.* Vide sub articulo *epulæ.*

NUNDINARI pro corrumpere, ita Nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi *l.* 2. *C. de exhib. & transmit. reis.* Sensus est, interprete Heineccio, reo exhibito nullam relinquendam esse facultatem, vel commentariensem, vel accusatorem, vel ipsos judices pecunia corrumpendi. *Nundinari* alias est emolumentum, & commodum aliquod, & ferme furtivum, ut vocatur *l.* 2. *C. Th. de liberal. caus.* quærere. Quo sensu hæc vox accipienda in *l.* 10. *C. Th. de cohort.*

NUNDINATIO *l. ult. C. Theod. de his, qui cum dispens. contrax.* itidem pro corruptione ponitur, idque vocabulum & iis, qui corrumpunt, & qui corrumpi se patiuntur, tribuitur, sicuti apud Sueton. *in Tito c.* 7. Constabat, in cognitionibus patris nundinari, præmiarique solitum. Sic & nundinationem juris dixit Cic. *agr.* 1. *c.* 3.

Nundinatio tamen aliquando & in bonam partem accipitur, veluti in *l.* 32. *C. Th. de erog. milit. annon.* ubi æstimationem, seu pretium denotat.

NUPER, ait Festus, *quasi noviter.* Ea vox occurrit in *l.* 85. *D. de legat. l.* 42. D. *de donat. int. vir. & ux. l.* 23. D. *de usu & usufr. leg.*

NUPTALITIUS, *a*, *um*. Munus nuptalitium *l.* 194. *D. de verb. sign.* i. e. nuptiarum.

NUPTIÆ, ut ait Modestinus, conjunctio sunt maris &

minæ, & consortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio *l.* 1. *D. de rit. nupt.* qua in definitione Modestinus respicit ad sacra illa privata cujusque familiæ Romanorum. Justin. *nuptiæ*, sive matrimonium, viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens §. 1. *Inst. de patr. pot.* Cujus vocis varias notationes Festus adfert. Probabilior vero est illa, quam Ælio Gallo & Cincio placuisse tradit, *quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarint.* Ac plane Varro ab *nuptu*, id est, opertione dictas *lib. 3. de ling. lat.* scribit Ambros. in *libr. de Patriarch* Inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia se puellæ obnuberent, quæ verba relata sunt in *c.* 8. *caus.* 30. *quæst.* 5. sive quemadmodum Paulus Apostolus interpretatur, ut admoneretur, quod iret in potestatem mariti. Isidor. *lib. 2. de offic. c.* 19. Feminæ cum maritantur, ideo velantur, ut noverint se semper maritis suis subditas esse, quæ verba leguntur in *c.* 7. *quæst.* 5. *caus.* 30. adde *c. mulier* 3. *quæst.* 5. *caus.* 33. & *c. quæcumque* 2. *dist.* 30. *Nuptiæ* & matrimonium in aliquot locis distinguuntur, veluti *l.* 10. *l.* 11. *D. de rit. nupt.* §. *pen. Inst. de nupt.* §. 2. *Inst. de hered. quæ ab intest.* §. 1. *Inst. de patr. pot.* non quod nuptiæ de feminis tantum, matrimonium de utriusque sexus personis dici consueverit; nam & de viris nuptias dictas esse notat Heinecc. ex *l.* 73. *pr. D. de jur. dot. l.* 10. *l.* 11. *D. de rit. nupt.* qui in eo ponit differentiam, quod *Nuptiæ* & *connubium* sinonima sint vocabula juris civilis, ac proinde nuptiæ inter solos cives Romanos, Romanasque constituerent *pr. Inst. de nupt.* peregrini contra non habere dicerentur *jus connubii* Ulpian. *tit.* 5. §. 4. & 8. quum contra *matrimonium* esset vocabulum juris gentium, idque omnes ingenui, etiam inter quos non erat jus connubii, recte contraherent. Hinc in jure nostro matrimonium dicitur etiam de eo, qui uxorem injustam habet *l.* 13. §. 1. *D. ad leg. jul. de adult.* Et quamvis maximam, mediamve capitis deminutionem passi, passæve in connubio, & nuptæ esse desinant *l.* 56. *D. solut. matrim.* manebat tamen inter eos vitæ consuetudo & matrimonium *l.* 13. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux.* id est *matrimonium sine connubio*, uti loquitur Papinianus apud Authorem *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 5. *Nuptiæ* justæ. Vid. *Justæ.*

NUPTIALIS, *e.* Nuptialia instrumenta *l.* 10. *l.* 11. *C. de natural. liber.* id est dotalia, ut est in §. *ult. Inst. de nupt.* & §. 1. *Inst. de her. quæ ab int.*

NURUS adpellatur filii uxor *l.* 4. §. 5. *D. de grad. & adfin.* Sponsa filii nurus non proprie dicitur *l.* 12. §. 1. *D. de rit. nupt.* Nurus tamen adpellatione eam contineri ait Ulpian. *l.* 6. §. *ult. D. de grad. & adfin.* Adde *l.* 8. *D. eod. tit.* Immo nurus adpellatio ad *pronurum*, & ultra porrigenda est *l.* 50. *D. de verb. signif.* Et ita se habet in caussa prohibitarum nuptiarum per *l.* 14. §. 4. *D. de rit. nupt.* edicto quoque *qui satisdare cogatur* per *l.* 2. §. 2. & §. 3. *D. qui satisd. cog.* edicto *de postulando* per *l.* 1. §. *ult. & l.* 3. *D. de post.* edicto *de legatis præstandis per l.* 8. §. 4. *D. de legat. præst.*

NUMQUAM est, id est, non est *leg.* 38. §. *ult. D. de furt.* Nusquam fecit mentionem *l.* 1. §. 10. D. *de ventr. in posses. mitt.*

NUTARE dicitur census magistratuum Antiochenorum *l.* 169. *C. Theod. de decurion.* Nutare neglecta opera *l.* 29. *C. Theod. de oper. publ.*

NUTRICIUS, *a*, *um.* Nutricia in *l.* 1. §. 12. *D. de extraord. cognit.* subintelligi pretia monet Heinecc. Sunt autem mercedes, quæ nutricibus ob alimoniam infantium debentur. Eadem figura Senecam dixisse *nutricium*, & subintellexisse officium in *Consol. ad Helv. c.* 17. idem notat.

NUTRIRE alere in *l.* 10 *D. de his, qui sui vel alien. jur. l.* 14. *D. de manumiss. vind.*

Nutrire, metaphorice, est augere in *l.* 2. *C. de debit. civ. l.* 32. *C. Th. de evogat. milit. annon. l.* 41. *C. Theod. de hæret.*

NUTRITOR in *l.* 27. *D. de instruct. vel. instr. leg.*

NUTRIX in *l. ult. D. pro derelict. l.* 1. §. 12. *D. de extraord. cogn.* Nutricum fabulæ *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virg.*

NUTUS. Nutu facta pleraque consistunt *l.* 52. §. *ult. D. de oblig. & act.* id est, gestu, quo animi sententiam significamus.

Nutus pro voluntate in *l.* 14. *C. Th. de legat. & decret.* Ita nutu heredis *l.* 46. *D. de fideic. libert.* nutu nostro *l.* 9. *C. Th. de agent. in reb.*

NUX. In *l.* 215. *D. de verb. sign. nuces* adpellatione *pomi* contineri, traditur. Macrob. utique *lib.* 3. *Saturnal. c.* 19 *nuces* ex quorumdam sententia dici omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat quod esui est, scribit, & a malis distingui docet. Nucum etiam varia genera idem *c.* 18. enumerat.

NYCTAGES a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, jura temerari Divina, qui noctem ad requiem tribuit *c.* 39. §. 61. *quæst.* 3. *caus.* 24.

NYCTALOPS, Ulpiano est, qui neque matutino tempore videt, neque vespertino *l.* 10. §. 3. *D. de Ædil. edict.* Plin. *lib.* 28. *c.* 2. nyctalopes a græcis dictos tradit, quos latini luscitiosos vocant. Idem *lib.* 8. *c.* 50. de capris agens: Tradunt & noctu non minus cernere, quam interdiu. Ideo si caprinum jecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos nyctalopes vocant. Adde Paul. Æginet. *lib.* 3. *c.* 22. Aet. *lib.* 7. Alexand. Trall. *lib.* 2. *Actuar. lib.* 2.

NYCTOSTRATEGUS *l. ult.* §. 12. *D. de mun. & honor.* ita enim legendum esse non autem juxta vulgatam & Haloandrinam *nicostrategus*, ceu in hac voce supra dictum est.

NYMPHÆUM. Nymphæa a thermis separantur in *l.* 5. & *l.* 6. *C. de aquæduct.* Apud Zonar. *annal. Tom.* 3. *p.* 42. & Cedren. *p.* 286. Nymphæa sunt ædes publicæ nuptiarum festivitati, nuptialibusque epulis, ac choreis deservientes, maxime in gratiam eorum, qui domibus carebant. Sed ut Græcis νυμφη tam πηγην *fontem*, quam νεογαμον sponsam significat, Suida teste, ita præter ista nuptialia *Nymphæa* fuisse, quæ aquæ copiam populo præbebant, non dubium est. Etenim in Nymphæis non minus, quam in thermis ex aquæductu fistulis aquam ductam, docet *d. l.* 6. *C. de aquæduct.* Huc spectant Cedreni ipsius verba *p.* 255. sic latine versa: Victo Procopio, Valens reversus, magnifico urbem aquæductu exornavit, quem Valentem adpellavit, unde magna aquæ copia urbi fuit. At cum præfectus urbi, gaudium ejus beneficii causa obortum, ut ostenderet *Nymphæum* condidit in Tau-

Tauro magnitudine urbis dignum, diemque festum egit. Hæc enim Cedreni verba ad nymphæum non nuptiale, sed aliud aquarium intelligimus ex Socratis *hist. Eccles. lib.* 4. *c.* 8. verbis sic latine redditis: Postea autem contigit, ut aquæductus, a Valente ædificatus, maximam aquæ copiam urbi Constantinopolitanæ præberet .... Quumque aquæductus ille in urbem perductus esset, Clearchus præfectus urbi, in foro, quod nunc Theodosii dicitur, ingens lavacrum ædificavit, quod διαψιλες υδωρ, id est, copiosa aqua adpellatum fuit. Adde Josephi verba *lib.* 1. *de bell. jud. c.* 26. quæ ita vertit Ruffinus: Maritimis autem Laodicensibus aquæductum condidit, apud Ascalona vero *Nymphæa*, sive lacus ornatissimos & balneas. Jul. Capitol. *in Gordian. III. c.* 32. Opera Gordiani Romæ nulla exstant præter quædam Nymphæa, & balneas, vide *& ibid.* Salmas. *not.* At νυμφικα λετρα apud Suidam vocabantur nuptialia lavacra, quæ ex fonte, qui erat in foro, sumebantur. Moris enim erat apud Athenienses, ut illi, qui nuptias faciebant, lavacra ipso nuptiarum die sibi adferenda curarent, misso ad id puero mare, qui generis proximus erat. Et hic dicebatur λετροφορειν, ipse vero λετροφορος.

Nyssenus Episcopus Gregorius *l.* 3. *C. Theod. de fid. cathol.* Nyssam autem urbem in Ponitica diœcesi fuisse, eadem lex ostendit.

O

Oasis. Mittere in Gypsum & Oasin *l. ult. §.* 2. *C. de pœn.* vide infra sub voce *Quæst.*

Ob præpositio, observante Festo, alias ponitur pro *circum*, ut quum dicimus urbem obsideri, obsignari, obvallari, alias ponitur in vicem præpositionis, quæ est *propter*, ut *ob* merita, *ob* superatos hostes. Priore sensu accipitur in XII. Tab. in illis: Cui testamentum defuerit, is tertiis diebus *ob* portum evagulatum ito, id est, ut Festus sub voce portus interpretatur, *ob domum*, vel *circa domum*, ut idem docet in voce evagulatum. Eodem modo dici videtur a Marcello: Si causam adrogationis ob alia probabit *l.* 18. *D. de adopt.* id est, interprete Heineccio: Si circa aliam justam caussam, cur pupillum adrogare velit, adprobaverit.

Ob significat sæpius *propter*, veluti ob has caussas in *l.* 73. *§. ult. D. de jur. dot. Ob* referendam vicem sponsione se adstringere *l.* 1. *pr. C. de suffr.* id est, ad referendam vicem.

Obcantare, vide infra *occantare.*

Obclaudere, vide occludere.

Obdormire, vel *obdormiscere*, in somnum incidere in *l.* 47. *§. 9. D. ad leg. Aqu.* & in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 12. *§.* 7.

Obducere. Obducitur umbra exquisitæ defensionis, aut muniminis, id est obtenditur *l.* 3. *C. de apostat.*

Obdurare. Obdurata militia *l.* 2. *C. de exact. trib.*

Obedientia. Qui ad percipienda hæc obedit, *obedientiæ* sibi virtutem evacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat *c.* 10. *quæst.* 1. *caus.* 8. Cic. *paradox.* 5. 1. Si servitus sit, sicut est, obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis suo. Idem *off.* 1. 29. Obedientiam relinquere, & abjicere.

Obedire, obtemperare, obsequi, & ut ait Festus, obaudire, id est, dicto audien-

tem esse. Obedire legibus *l.* 3. §. 1. *D. de mun. & hon.*

OBESSE, obstare, officere, nocere. Ita si obest exceptio *l.* 11. *l.* 30. §. *ult. D. de except. rei jud.* id est, si obstat. Obesse famæ *l.* 24. *D. de his, quæ ut indign.* i. e. nocere.

OBEX pro impedimento, vel obstaculo. Sic obicem præscriptionis dicunt Imperatores in *l.* 33. *C. ad leg. jul. de adult. & l.* 164. *C. Th. de dec.*

OBJECTUS, *us.* Objectu corporis *l.* 19. *D. ad SC. Silan.* criminis *l. ult. v. nemo C. de accus.* exceptionis *l. ult. C. quib. ex caus. major.* id est, oppositis corpore, crimine, exceptione. Eadem forma dicitur objectus sequestrationis in *l. un. C. Th. si cert. pet. Objectus* debilitatis alienat *l.* 84. *C. Th. de decur.* id est, objecta debilitas.

OBJICERE, id est, projicere. Ita si corpus suum objecit *l.* 1. §. 34. *D. ad SC. Sil. Objicere* bestiis *l.* 11. §. *ult. D. de pœn.* feris Cic. pro *Rosc. c.* 26. Spart. *in Car. c.* 1.

Objicere pro opponere. Ita *objicere* compensationem *l.* 7. *l.* 8. *Cod. de compens.* exceptionem *l.* 7. *D. de rei vind. l.* 19. §. 2. *D. de probat.* Falcidiam *l.* 78. *D. de legat.* 2. præscriptionem *l.* 15. §. 7. *D. ad leg. jul. de adulter.* replicationem *l.* 2. §. 1. *D. de except. Objici* etiam dicuntur appellationes, id est, interponi, vel interjici *l.* 44. *l.* 58. *l.* 53. *C. Th. de adp.*

Objicere pro exprobrare, ut *Objicere* crimen *l.* 4. *D. de expil. haered. l.* 11. *D. ad leg. jul. de adult.* lenocinium *l.* 2. §. 4. *D. eod. tit.*

OBIRE, id est, fungi. Legationes, quæ obeuntur *l.* 6. *D. de legation.* Obire munus *l.* 2. *D. eod. tit.*

Obire judicium, id est, se judicio sistere *l.* 5. *C. Th. de rep. adp.* Eadem forma dixit Cic. *Obire* auctionis diem in *lib.* 3. *ad famil. Ep.* 14. *Obire* vadimonium *lib.* 8. *ad Att. Ep.* 18.

Obire etiam est mori *l.* 1. *C. de condit. insert. l.* 3. *D. de cond. indeb.* Eodem sensu *Obire* diem suum *l.* 6. §. 1. *D. de bon. libert. l.* 26. *D. de Leg. Corn. de fals.* ultimum diem *l.* 5. *C. si reus, vel accus.* mortem *l.* 14. *D. de jure cod.* & passim. Sed & fatali sorte obire est in *l.* 4. *C. ad SC. Tert.*

OBITER liberari, id est, per consequentias *l.* 1. *D. de rescind. vend.*

OBITUS. Post obitum *l.* 78. §. 7. *D. ad SC. Trebell.* id est, post mortem.

OBJURGARE, castigare verbis, ut in *l.* 2. §. 43. *D. de orig. jur.* sed & ii dicuntur objurgare, qui pœnam infligunt. Sic verberibus objurgare dixit Sen. *lib.* 3. *de ira* colaphis Petron. *in satyr. c.* 34. Denique Pers. *sat.* 5. *v.* 169. Solea, puer, objurgabere rubra. Quapropter Festus ait in genere objurgatio post turpe factum castigatio.

OBLATIO æstimationis *l. ult. D. de legat.* 2. cautionis *l.* 15. §. 32. *D. de damn. inf.* debiti *l.* 9. *C. de fol.* instrumentorum Paul. *lib.* 2. *sent. tit.* 17. §. 14. pretii *l.* 4. *C. de fid. & jur. hast.* rei furtivæ *l. uls. Cod. de cond. furt.*

Oblationes dicimus quæcumque de propriis & licitis rebus Ecclesiæ a fidelibus offeruntur *C. caussa* 13. *de verb. sign. c. videntes* 16. *quæst.* 1. *Caus.* 12. adde *c. cum inter* 29. *de verbor. signif.* Si maritus ad *oblationem* Dei uxori donaverit *l.* 5. §. 12. *D. de don. int. vir. & ux.* Vide in voce *sequenti.*

OB-

OBLATITIUS, *a, um.* Oblatitium aurum, cujus mentio fit in *l.* 5. *l.* 9. *C. Theod. de Senat. l.* 14. *C. Inſt. eod. tit.* ubi & oblatio ampliſſimi ordinis vocatur. Ita vero dicebatur, ſenatores Imperatoribus certo tempore, veluti ſub principatus auſpicia, quinquennalibus, decemnalibus, quindecemnalibus, vicennalibus ultro offerebant. Jac. Gothofred. *ad d. l.* 5. *C. Th. de Senator.* ubi diverſum id eſſe ab auro glebali contra Cujacium oſtendit. *Oblationum* tamen *univerſarum* nomine in *l.* 17. *C. Th. de præt.* utrumque comprehendi ait in *parat. tit. de ſenat.*

OBLIGARE aliquo juris vinculo obſtringere. *Obligari* civiliter *l.* 1. *D. de contrar. tutel. l.* 1. §. 2. *D. de verb. obl.* id eſt, jure civili, ut eſt *in* §. 1. *Inſt. de exc.* obligari naturaliter *l.* 14. *D. de obl. & act.*

Obligari verbum conſtruitur cum caſu ſexto nominis vinculi, quo tenemur, vel rei aut facti, quibus inducitur obligatio. Ut obligari re, aut verbis, aut conſenſu, aut lege, aut jure honorario, aut ex peccato *l.* 52. *D. de oblig. & act.* id eſt, contractu reali, vel verbali, vel conſenſuali, vel lege immediate, aut prætorio edicto, aut ex delicto tam jure civili quam honorario. *Obligari* actione temporali *l.* 9. §. 2. *D. de adminiſtr. & peric. tut.* ære alieno *l.* 8. *D. adqu. vel omitt. hered.* cautione *l.* 103. *D. de legat.* 1. chirographo *d. l.* 103. *D. eod. tit.* pignoratio contrario judicio (ſeu actione) *l.* 6. *C. ſi alien. res* judicio communi dividundo *l.* 46. *D. de oblig. & act.* ipſo jure *l.* 34. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* rejurando *l.* 10. *D. de obſequ. parent.* voto *l.* 2. *de poll.*

Eodem ſignificatu conſtruitur hoc verbum cum genitivo, ſubintelligendo aliud quid in caſu auferendi. Veluti obligari damni infecti, ſubaudi, cautione *l.* 5. §. 1. *D. ut in poſſeſſ. legat. vel fideic.* furti ſc. actione ſeu delicto *l.* 25. *D. de donat.* negotiorum geſtorum *l.* 6. *l.* 24. *D. de obl. & act.* n. actione. Sed & conjungitur hoc verbum vel cum ablativo ejus rei, ad quam præſtandam obligamur addita præpoſitione *in*, ut in ære alieno *l.* 28. *D. de reb. auct. judic. poſſid.* in totis quinque libris *l.* 34. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* vel cum dativo, ut *obligari* æri alieno *l.* 6. *l.* 8. *D. adquir. vel omitt. hered.* muneribus *l.* 5. *C. de inc.* id eſt, ad munera obeunda. Item legatis *l.* 87. §. 7. *D. ad leg. falc.* miniſterio *l. ult.* §. 11. *D. de mun. & hon.* operis *l.* 43. *D. de oper. lib.* tributo capitis *l.* 3. *D. de cenſ.* ad ea omnia præſtanda.

Etiam *obligari* dicimur alicui, in cujus gratiam quid præſtare nos oportet, ita *ei obligatur* in *l.* 6. *l.* 24. *D. de obl. & act.*

Obligari hereditati in *l.* 12. *D. qui teſt. fac. poſſ.* de eo dicitur, qui heres eſſe tenetur. *Obſtringi* dixit *l.* 21. §. 1. *D. de adq. vel omitt. her.*

Obligare fidem ſuam *l.* 54. D. *de fidejuſſ. l.* 22. *C. ad SC. Macedon.* Singularis vero eſt loquutio: Pignoris obligatio etiam inter abſentes recte ex contractu *obligatur l.* 23. §. 1. *D. de pignor.* Vere eſſe Atticam loquutionem obſervat *Heinecc.* Quemadmodum enim Attici dicunt γελων γελωτα, riſum ridere, μαινιαν μαινεσθαι, furere furorem, πονον πονειν, laborare laborem, χαραν χαιρειν, gaudere gaudium, ita & optimi Scriptores latini habent jurare jusjurandum Cicero *lib.* 5. *Epiſt.* 2. gaudium gaude-

re. Cœlius apud eumdem *lib.* 1. *Epiſt.* 2. vitam vivere Proper. *lib.* 1. *eleg.* 4.

Obligari ſæpe dicuntur res, quæ pignori, vel hypothecæ dantur. Ita obligatus fundus *l.* 45. §. *ult. D. de legat.* 1. Obligata prædia *l.* 38. *D. de legat.* 3. Sed & eo ſenſu hominem noxæ nomine; vel alias obligatum, aït *l.* 18. §. *ult. D. de mort. cauſſ. donat.* Et aliquando ſubſtantivum *pignus* additur. Ut pignoris obligatæ ædes *l.* 44. §. *ult. D. de damn. infect.* id eſt pignoris nomine, aut pacto, vel pignoris jure, ut habet *l.* 49. *D. de furt. l.* 12. *D. de alim.* Item *pignori*, ut pignori obligata ancilla *l.* 9. *C. de ſerv. pign. dat.*

Præterea *obligare* eſt obnectere, ut in illo Paulli *lib.* 5. *ſent. tit.* 23. §. 15. Qui ſacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, *obligarent*, fecerint. Feſtus Obnectere, *obligare* maxime in nuptiis frequens eſt. Obligati dicuntur notante *Hein.* qui veneficiis, ceu vinculis ligati ſunt, & illecebris quibuſdam veluti defixi tenentur, ut non niſi unam ament Turneb. *adverſar. lib.* 2. *c.* 30. O prægatum pectus apud Plaut. *Bacchid. Act.* 1. *ſc.* 1. *v.* 28. vide ſupra *defigere.*

Obligatio eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus ſolvendæ rei ſecundum noſtræ civitatis jura *pr. Inſt. de oblig.* Latiori ſenſu etiam naturalis dicitur obligatio a civili diverſa. Et ita obligationis hæ ſunt ſpecies, naturalis, civilis, honoraria *l.* 1. §. *ult. D. de novat. l.* 21. §. 2. *D. de fidejuſſor.* Filio familias mortuo, nulla (ex credita ipſi pecunia mutua vivente patre) obligatio, aut naturalis, aut civilis ſupereſt *l.* 18. *D. de SC. Macedon.* Naturalis (mere talis) obligatio pupilli, cui ſine tutoris auctoritate pecunia credita eſt *l.* 64. *D. ad SC. Treb.* vide ſupra in voce *naturalis.*

A Civilibus porro *obligationibus* ſeparantur honorariæ, veluti his verbis: Deinde omnium obligationum ſumma diviſio in duo genera deducitur. Namque aut *Civiles* ſunt, aut *prætoriæ. Civiles* ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certe jure civili comprobatæ ſunt. *Prætoriæ* ſunt, quas Prætor ex ſua juriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ vocantur §. 2. *Inſt. de oblig.*

Sequens *obligationum* diviſio in quatuor ſpecies deducitur. Aut enim *ex contractu* ſunt, aut *quaſi ex contractu*, aut *ex maleficio*, aut *quaſi ex maleficio.* Earum, quæ ex contractu ſunt, quatuor ſunt ſpecies. Aut enim *re* contrahuntur, aut *verbis*, aut *litteris*, aut *conſenſu* §. 2. *Inſt. eod. tit.* adde *l.* 1. *D. de oblig. & act.* Et *obligatio* dicitur comprobari *l.* 39. §. *ult. D. de oper. libert.* conſtitui *l.* 8. §. 1. *D. de acceptil.* contrahi *l.* 18. *D. de donat.* diſtrahi *l.* 5. §. 3. *D. de obl. & act.* fieri *l.* 13. §. *ult. D. de re judic.* reſuſcitari *l.* 27. §. 3. *D. de pact.* parere actionem *l.* 42. §. 2. *D. de procurat.*

Obligatio doni, muneris, operarum Paul. *lib.* 2. *ſent. tit.* 32. §. 1. fidejuſſoria, hereditaria, major, minor *l.* 12. §. 2. *l.* 50. *D. de fidejuſ.* juris *l.* 40. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* legati *l.* 82. *D. de legat.* 1. locationis *l.* 1. *D. mand.* pignoris *l.* 73. *D. de reb. eor. qui ſub tut.* principalis *l.* 3. *D. de ſeparat.* priſtina *l.* 24. *D. de mort. cauſ. don.* voti *l.* 2. §. *ult. D. de pollicit.*

Obligatione liberare *l.* 22. *D. de adim. leg.* ſolvi *l.* 23. *D. de oper. libert.* In *obligatione* retineri *l.* 44. *D. eod. tit.* In *obligatio-*

tionem redire *l.* 30. *D. de obl. & act.* Eodem modo vinculum obligationis solvitur, quo quæri solet *l.* 46. *D. de adquir. vel amitt. possess.*

Obligationem aliquando pro pignore poni, docet Cujacius *in recitat. ad l.* 1. *D. eod. tit.* Singularis est loquutio. Si quis societatem coierit ad *obligationem* innocentium *l.* 1. *D. de leg. Cornel. de fals.* in cujus verbi haud quamquam mutandi significatione exponenda Heinecc. adstipulatur Corn. Van. Bynkersh. ostendenti *lib.* 3. *obs. c.* 19. *p.* 223. accusatos dici a veteribus solere libus implicitos, crimine nexos, adeoque *obligatos*, adeoque heic *obligationem* accipiendam esse pro *accusatione*.

Obligatio pro maleficio, quo quis defixus tenetur. Glossa defixiones κατάδεσμοι, maleficium, *obligatio*. Vide supra in voce *obligare in fin.*

Obligatorius, *a*, *um*. Non est obligatorium mandatum, quod contra bonos mores est §. 7. *Inst. de mandat.*

Oblinere coeno, luto *l.* 1. *D. de extraord. crim.* Ibi *oblinuerit* legitur, & apud Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 13. oblinierit, quum grammaticis præteritum formandum videatur *oblevi*. At non refragari analogiæ hanc formam notat *Heinecc.* ex Ducker. *de latin. vet. Ictor. p.* 367.

Obliterare, vide *l.* 42. *D. de bon. libert. l.* 11. *C. Th. de privil. eor. qui in sacr. palat. milit. l.* 4. *C. Theod. l.* 3. *C. Justin. de Apostat.* est oblivioni dare.

Olivio. Per oblivionem *l.* 3. *D. quæ res pign. vel hypot.*

Oblivisci passive usurpari observant in *l.* 60. §. 6. *D. de rit. nupt.* A qua passiva hujus verbi notione non abhorrent auctores veteres, inter quos Virgilius *Eclog.* 9. *v.* 53. Nunc oblita mihi tot carmina. Et Priscianus *lib.* 7. *p.* 791. verbum *obliviscor* refert inter verba communia, quæ & active, & passive accipiuntur. Attamen in lege 60. §. 6. *D. de rit. nupt.* nihil impedit, verba *adoptivæ familiæ obliviscuntur*, accipiantur in casu genitivo, & ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetamus *adoptivi emancipati*, ut sensus sit, *quæ adoptivi emancipati post emancipationem in totum familiæ adoptivæ obliviscuntur. Hein.*

Obloqui. Nec huic obloquitur, id est, refragatur, adversatur *l.* 10. *C. de non numer. pec.*

Obmutescere, mutum fieri, silere in *l.* 25. *D. qui testam. fac. poss.*

Obnoxius, *a*, *um*. Ita dicitur, qui crimine, vel pœna tenetur, & qui vinculo aliquo obligationis obstringitur. Quod adeo verum est, ut & *obnoxius*, absolute pro reo ponatur *l.* 3. *C. de lege Aquil.* Tunc vero varie constituitur, modo cum casu tertio, quod frequentissimum, modo cum secundo, modo cum quarto cum præpositione, modo cum sexto, ceu docent exempla sequentia *Obnoxius* accusationi *l.* 15. *C. ad leg. Cornel. de fals.* criminum *l.* 11. *C. de religios.* ad præstationem *l. uls. D. de contrab. emt.* lege Aquiliæ *l.* 1. §. 7. *D. de serv. corr.* crimine *l.* 1. *D. de lege Fab.*

Sed & res dicuntur *obnoxiæ*, ut in *l.* 6. *C. quæ res pign.* id est obligatæ. Et *obnoxia* absolute dicuntur pignori nexa.

Obolus in *l.* 2. *C. Theod. de aquæd.* est mensura, seu modulus certus aquarum. *Obolus* facit sex siliquas Alex. ab Alex. *lib.* 2. *genial. dier. c.* 20. Vide & Coel. Rhodig. *lib.* 10. *c.* 2.

Obpignorare, vide *oppignorare.*

Ob-

OPPUGNARE vide *oppugnare*.

OBREPERE dicitur, qui taciturnitate & reticentia veri aliquem circumvenit, quique id celat, & reticet, quo expresso non fuisset postulata impetraturus. Eo significatu est in *l.* 1. §. 9. *C. l.* 29. *D. de lege Cornel. de fals. l.* 29. *D. mandat. l.* 3. §. 3. *D. de Carbon. edict. l.* 1. *D. si a par. quis manum. l.* 10. §. 2. *D. de in jus voc. Obrepere* prætori *l.* 26. §. 7. *D. de fideic. libert. l.* 55. §. *ult. D. de adm. & per. tut. l.* 1. *l.* 15. §. 15. *D. de reb. eor. qui sub tut.* id est, eum circumvenire.

OBREPTIO, reticentia, qua quis alicujus ignorantiam circumvenit. Per obreptionem *l.* 5. *C. quom. & quand. jud. l.* 10. §. 2. *D. de in jus voc. l.* 49. *D. de bon. libert.* Obreptio precum *l.* 1. *C. si nupt. ex rescr. pet.* Obreptiones rescriptorum dixit Ambr. *lib.* 5. *Ep.* 24.

OBREPTITIUS. *Obreptitia* cognitio *l. ult. C. qui leg. pers.*

OBREPTIVE aut clanculo supplicare *l.* 4. *in fin. C. Th. de fid. cath.*

OBROGARE mutare aliquid ex priore Lege Ulp. *tit.* 1. *regul.* §. 3. vel ut Festus mavult, legis prioris infirmandæ caussa, legem aliam facere. Ut adeo non omnibus eadem fuisse videatur verbi notio. Prior tamen, tamquam ab Icto profecta, sola videtur genuina esse, quam suo suffragio firmat Suet. *in Claud. c.* 23. dum scribit, Claudium Imperatorem, capiti Papiæ legis, a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possint, addito *obrogasse*. Sed vide supra art. *abrogare Hein.*

OBRUERE. Si navis alteram obruisset *l.* 29. §. 4. *D. ad Leg. Aquil.*

OBRYZA in *l.* 13. *C. Theod. de suscept. præpos. l.* 2. *l.* 3. *C. Theod. de ponderat. l.* 4. *C. de aur. coronar.* est aurum plenissime coctum, & flammæ edacis examine purgatum, ac probatum, & ad summam puritatem redactum. Alias *obrussa* & *obryssa* vocatur. Usurpatur & adiective, ut *obryzum* aurum Hieron. *in Hieremiam* Obrysum quasi *Ophirisum* appellatum tradit, quoniam ex Ophir insula laudatissimum aurum adveheretur. Isidorus vero *lib.* 16. *Etymol. c.* 17. ab eo dictum censet, quod *obradiet* splendore. Est enim, addit ille, coloris optimi. At neutrum rem acu tetigisse notat Heinecc. Quamvis enim Hieronymus præeuntem habeat Chaldeum interpretem, qui Psalm. 45. 10. aurum *ophir* vertit *obryzum*, quod est ex ophir, certissimum tamen est, vocem esse græcam. Aurum enim εὐρυζον, vel ὀβρυζον, quod sæpius despumavit, & excoctum est. Græcis enim βρυειν, βρυζειν, ὀβρυζειν de illis rebus dicuntur, quæ efferveseendo spumam ejiciunt. Unde & *obrussa* latinis est auri experimentum, quod igne fumitur, ceu ostenderunt Claud. Salmas. *exercit. Plinian.* Sam. Bochart. in *phaleg. lib.* 2. *c.* 27. *p.* 139. Hanc vocem metaphorice Seneca *Epist.* 13. usurpat his verbis: Sic verus ille animus, & in alterius non venturus arbitrium, probatur hæc ejus *obrussa* est.

OBRYZATUS, *a*, *um*. Obryzati solidi *l. ult. C. de vet. numism. potest.* dicuntur etiam *obryziaci* solidi *l.* 1. *C. de oblat. votor.* qui auro puro, & cocto conflati sunt.

OBSCENITAS impudicitia in *l.* 1. §. 8. *D. de offic. præf. urb. junct. l.* 2. *D. de his, qui sui vel alien. juris.*

Ob-

OBSCENUS, *a, um.* Obsceno nomine insectari Paul. *lib. 5. sent. tit.* 4. §. 21. Obscenos pro impudicis dixit Sen. *in contov. lib.* 4. *præf.* Obscenum autem id est turpe, unde dictum sit, vide Varron. *de ling. lat.*

OBSCURARE, obscurius reddere. Sic obscurare ædes *l.* 30. *D. de usufr.* lumina *l.* 10. *l.* 15. *l.* 17. *de servit. præd. urb.* Metaphorice accipitur obscurare quæstionem *l. ult. D. de termin. mot.* obscurata præscriptione *leg.* 11. §. 3. *D. de inst. act.*

OBSCURE dicere *l.* 5. §. 1. *D. quod vi aut cl.* nuncupare vel scribere *l.* 21. §. 1. *D. qui test. fac.* id est ambigue.

OBSCURITAS pacti *l.* 21. *D. de contrab. emt.* id est ambiguitas, perplexitas. Obscuritatis veteris amovendæ gratia *l.* 2. §. 1. *D. fin. regund.*

OBSCURUS, *a, um*, id est ambiguum, dubium. Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur *l.* 9. *D. de regul. jur.* In obscuro libertatem prævalere ait *l.* 50. *D. de man. testam.* In iis quæ vel dubia fuerint, vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum *c. ult. in fin. dist.* 14.

Obscura impetratio *l.* 10. *C. Th. de oper. publ.* id est, obreptitia, ut ibi legit, interpretaturque Jac. Goth.

OBSECUNDARE, obsequi. Obsecundare functionibus municipalibus *l.* 172. *C. Th. de dec.* Officium, quod sublimitatis tuæ jussionibus obsecundat *l.* 13. *C. Th. de palat. sacr. larg.* Hinc *obsecundatio* obsequium in *l.* 92. *C. Th. de dec.*

OBSECUNDATOR sacrorum scriniorum *l.* 3. *C. Theod. de proxim. comit. dispositi.* qui in scriniis operam navat, uti explicat Jac. Gothofred. *in Comm.*

OBSEPIRE copiam ad judicia veniendi *l.* 7. *C. Th. de reparat. adp.*

OBSEQUELAM præbere *l.* 49. *C. Theod. de jur. fisc.* id est obsequium.

OBSEQUI imperio *l.* 4. *D. de reg. jur.* verecundiæ *l.* 41. *D. de oper. libert.* voluntati *l.* 70. *D. de condit. & dem.* id est obtemperare.

OBSEQUIUM exhibere *l.* 3. *C. de legat.* præbere *l.* 45. *D. ad SC. Tert.* præstare *l.* 16. *D. de legat. præst.* quod non modo refertur ad imperium, jussionesque, ut in dictis locis, sed & amicorum quoque obsequia dicuntur, veluti Titio viro bono, cujus *obsequio* gratias ago *l.* 13. *D. de ann. legat.*

Obsequium alias specialiter ministerium, & officium, quod filii parentibus, servi dominis, liberti patronis exhibent, significat *rubr. D. de obsequ. parent. & patron.* Vide & *Nov.* 88. *c.* 2. *princ.*

Obsequia etiam onera, & munera civilia significant in *l.* 17. *C. de postlim. reverss. l.* 3. *C. quem adm. civ. mun. l.* 4. §. 2. *D. de mun. & hon. l.* 6. *C. de pign.* Necessitatis publicæ obsequium *l.* 2. *C. quib. non objic.* de eo dicitur, qui ob medendi curam a comitatu Principis discedere non possit.

OBSERVANTIA catholica *l.* 12. *l.* 44. §. 3. *C. Th. de decur.* id est cultus religiosi observatio. Observantia legum *l.* 1. *D. de test. mil.*

OBSERVARE, id est custodire, ut est in *l.* 20. *D. de fideic. libert.* Ita observare jus *l.* 3. §. *ult. D. de offic. prætor.* judicium *l.* 23. *C. de adp. bonor. ordinem l.* 5. §. 3. *D. ut in possess. legat. seu fideic. l.* 4. §. 5. *D. de legation.* pacta *l.* 27. §. 4. *D. de pact.* præscriptionem *l.* 1. §. *ult. D. de jur. fisc.*

Ob-

Observare pro attendere, spectare, rationem habere. Ita non semper mortis tempus observatur *l.* 56. *D. ad leg. Falcid. l.* 19. *D. de cond. & dem.* Hoc quinquennium observari legislator voluit *l.* 29. §. 6. *D. ad leg. jul. de adult.* Tempora, quæ in excusationibus observanda D. Marcus statuit *l.* 16. *D. de excus.*

Observare, colere, diligere, obedire. Si eum aliter, quam ut filium observasset *l.* 132. *pr. D. de verb. oblig.* Observare comiter alicujus majestatem. Vide supra art. *comiter.* Pars observans, id est, obediens *l.* 3. *C. fin. regund.*

OBSERVATIO, custodia, obsequium. Animos divina observatione devinctos legimus in *l.* 104. *l.* 112. *C. Th. de decurion.* Observatio fidei *l.* 1. *C. quib. ex caus.* juris *l.* 3. *C. de suis, & legit.* codicilli *l.* 14. *D. de jur. codicill.* legum *l.* 19. §. 2. *D. de pecul.* temporis pro præscriptione *l. ult. C. Th. fin. regund.* usurarum *l.* 1. *C. de naut. fœn.*

OBSERVATOR. Observatores legis catholicæ *l.* 1. *C. Th. de hæret.* id est, orthodoxi. Observatores actus ejus, qui gerit, & custodes *l.* 3. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.* qui nempe ejus actiones inspiciunt.

OBSES, *idis.* Festus obsides dici ait pro *obsides*, qui ob fidem patriæ præstandam dantur. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Exquiliis, vicus Africus, quod ibi *obsides* ex Africa bello Punico dicuntur custoditi. *Obsidum* ab exteris datorum, mentio est in *l.* 31. *l.* 32. *D. de jur. fisc. l.* 4. *D. ad leg. jul. maj. l.* 11. *D. qui test. fac.* Hi autem obsides sensu juris gentium ita sunt, ut si dator obsidum a fide recedat, accipienti sit potestas in corpus, & vitam eorum sæviendi. *Obsides* Monachos ab Abbate datos memorat *c.* 9. *de jure-jur.* Sane haud ita datos videmus, ut simile quid in eos exercere possit creditor accipiens, hi quippe ad conventionem, ob quam obsides jurato adpromittentes dati sunt servandam interdicto ecclesiastico compelluntur. Obscurum vero est *in dicto cap.* an ita obsides dati sint, ut penes creditorem detineantur, an tantum, ut tamquam accedentes obligationi conveniri possint. Et illud verius esse videtur, siquidem ibi obsides a fidejussoribus separari cernimus. *Obses* malim derivare ab *obsidendo*, quemadmodum præses a præsidendo, Obsidere enim est manere, ut Obsidere Domi Ter. *adelph.* 4. 6. *extr.* Circa obsidem vide amplius in voce *obstagium.*

OBSIANUS lapillis annumeratur *l.* 19. §. 17. *D. de aur. arg. leg.* Obsidianus lapis memoratur apud Plin. *lib.* 36. *c.* 26. *nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddens.* Ita forte adpellatus ab Obsidio, a quo in Æthiopia fuit inventus. Idem Plin. *lib.* 34. *c.* 10. ait, inveniuntur gemmæ eodem nomine ac colore, non solum in Æthiopia, Indiaque, sed etiam in Samnio, ut aliqui putant, & in littoribus Hispanienſis Oceani, quæ verba, ut & superiora, ex eo descripsit Isid. *lib.* 16. *orig. c.* 15. apud quem non *Obsidianus* sed *obsianus* hic lapis adpellatur, ut & ὀψιανος λιθος ab Arriano *in peripl. mar. Erytrh. p.* 145. *edit. Blancardi.*

OBSIDERE in honestis factis, atque indecentibus machinationibus *l.* 28. *C. de inoff. test.* Obsidere itinere frequentato insidiis adgressionibus *l.* 1. *C. quand. lic. unicuiq. sine jud. se vind. l.* 2. *C. Th. ad leg. Corn. de sicar.* Obsessus a latrunculis *l.* 1. *D. de legat.* 3.

OBSIDIO in *l.* 18. *D. de exc.*

OBSIGNARE est anulo signum imprimere, & ut Apuleius *lib.* 10. *metam.* loquitur, *anulo signotare.* Quod maxime ad res occludendas refertur. Ita *Obsignare* aurum *l.* 20. *D. de furt.* bona *l. ult. D. de requir. reis* epistolam *l. ult. D. de legat.* 2. pecuniam *l.* 41. §. 1. *D. de usur.* Obsignari autem dicebatur pecunia, quæ creditori oblata, eo recusante accipere, in sacculum condebatur, qui signatorum sigillis impressis signabatur, quo facto solebat publice, seu in publico deponi, ut adparet ex *l.* 19. *C. de usur. l.* 11. *C. de compens.* Adde *l.* 56. §. 1. *D. mand. l.* 1. §. *ult. l.* 7. *D. de usur. l.* 2. *l.* 6. *C. eod. tit. l.* 1. *C. qui potior. in pign. l.* 1. §. 24. *D. de ventr. in possess. l. ult. D. de leg. commiss.* Obsignare tabulas *l.* 7. *D. testam. quem. aper. l.* 2. *C. eod. tit.*

OBSIGNATIO consignationem pecuniæ significat in *l.* 9. *C. de solut. l.* 7. *C. de pact. int. emt. & vend.* Obsignatio autem sic fiebat, ut sacculus lino trajiceretur, signisque ceræ impressis obsignaretur. *Obsignatio* etiam tabularum est apud Gell. *lib.* 14. *c.* 2.

OBSONATOR servus *l.* 65. *D. de legat.* 3. & apud Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 14. §. 1. qui obsonia emit. Seneca *Epist.* 47. Adde obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cujus rei sapor illum excitet. Spartian. *in Hadrian.* eum Imperatorem ad deprehendendas *obsonatorum* fraudes fercula de aliis mensis etiam ultimis quibuscumque adponi jussisse memorat. Risu ergo omnino digna est interpretatio Accursii, qui obsonatores esse, ait, qui custodiunt dominum, operam homo dantem, seu qui sonant, & cantant domino in mensa.

OBSTACULUM exceptionis *l.* 20. *C. de negot. gest.* id est exceptio obstans.

OBSTAGIUM est vinculum, quo tenetur obses. Ita in obstagio ponere *c.* 9. *de jurejur.* id est obsidem dare.

OBSTARE est obesse, impedimento esse, nocere. Sic dicitur *obstare* ædificium usui publico *l.* 2. §. 17. *D. ne quid in loc. publ.* capitis deminutio *l.* 5. *D. si tab. test. null. exst.* exceptio *l.* 3. *l.* 7 *l.* 9. *D. de except. rei jud. & passim.* lex *l.* 33. *D. de usurp.* necessitas *l.* 4. *C. Th. de collat. donat.* præscriptio *l.* 42. *D. de liberal. caus.* servitus *l.* 3 *D. de offic. præt.* triplicatio *l.* 7. *l.* 2. *D. de curat. fur.*

Obstare etiam dicitur, qui alium in hereditate, vel successione antecedens, & impedimento est, quique, ut propior, remotiorem excludit. Sic *sui* obstare dicuntur legitimis in *l.* 2. *D. und. legitimi.* Et ita *obstare* intellige in *l.* 1. §. 8. *D. und. cogn. l* 3. §. 9. *l.* 7. *de bon. libert. l.* 7. *C. si tab. testam. l.* 2. *und. legit. l.* 1. §. 8. *D. und. cogn. l.* 2 §. 6. *D. ad SC. Tertull. l.* 6. §. 1. *D. de injust. rupt.* Quod autem obstaturam exceptionem legimus in *l.* 20. *D. de except. rei jud.* quam loquendi formam tamquam parum latinam quidem reprehendunt, adprobat Hein. cum Voss. *lib.* 3. *de analog. c.* 20. Ulpianus utique in *l.* 5. *D. si servit. vind.* dixit *obstaturus.*

OBSTETRIX, ait Donat. *in Andr. Act.* 2. *sc. ult.* dicitur, quæ opem tulerit parturienti. Inde, inquit idem, obstetrix, quod opem tulerit. Venter inspicitur per quinque obstetrices, & quod maxima pars earum denunciaverit, pro vero habetur. Paull. *lib* 2. *Sent. tit.* 24. §. 8. 9. Adde *l.* 30. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. her. l.* 3. *C. de posth. hered. l.* 9. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* Et hæ sunt feminæ me-

medicæ, quarum fit mentio *l.1. §.5. C. de comm. serv. manum.* Apud Gruter. *inscr. p.*255. 12.4. & interpretem Paulli ad verba modo allata. Vide supra in art. *medicus.*

OBSTINACITAS. Ulpianus apud pariatorem *Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2. scripsisse fertur: Interdicta est mathematicorum callida impostura, & *obstinacitate* persuasio. Enim vero quum hæc verba ne commodum quidem sensum fundant, nemo dubitaverit, quin in mendo cubent, legendumque sit, obstinata persuasio. *Hein.*

OBSTINATIO, pertinacia. Consuetudo obstinationis pertinax *l.7. C. Th. de Summ. Trin.*

OBSTINATUS, *a, um.* Obstinati, & pertinaces spiritus hereticorum *l.* 25. *pr. C. Theod. de haret.*

OBSTRINGERE, obligare, & aliquo vinculo adstringere. Ita obstringi actione *l.* 8. *D. de reg. jur.* condictione *l.*16. *D. de condict. furt.* sceleris conscientia *l.* 2. *C. qui testam. fac.* fideicommisso *l.* 108. §. 13. *D. de legat.* 1. fisco *l.* 1. *C. ne tut. vel cur. vectig.* furti Gell. *lib.* 11. *c. ult.* hereditati *l.* 21. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. hered.* judiciis *l.* 36. *D. ad SC. Trebell.* muneribus *l.* 17. §. 2. *D. de excus.* necessitate *l.*34. *D. ad leg. Falcid.* ex obligatione *l. ult. C. si mat. indemn. promis.* onere *l.*1. *D. de oper. publ.* de peculio *l.* 1. §. *ult. D. de pecun. const.* Obstringere res *l.* 2. *C. de crim. stell.* id est pignore obligare. Obstrictum pignus *l.* 11. §. 3. *D. de pign. act.*

OBSTRUERE iter *l.* 2. §. 9. *D. de aqu. & aqu. pluv.* fenestras *l.* 6. *D. de servit. præd. urb.* Obstruere luminibus dixit Cic. *in Brut. c.* 17. id est officere. Obstruere alienandi viam *l.* 11. *C. de præd. minor.*

OBTEMPERARE, obsequi, obedire, parere. Ita *Obtemperare* decreto *leg.* 31. *D. de reb. auct. jud.* domino jubenti *l.* 2. §. 1. *D. de nox. act.* datæ formæ *l* 5. *C. de sent. & interloq.* jus dicenti *rubr. tit. si quis jus dicenti non obtemp.* legi *l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod.* mandato *l.* 8. §.4. *D. mand.* patriæ muneribus *l.*17. §. 6. *D. ad municip.* placitis *l.*3. *C. ad SC. Turp.* præceptis *l.* 41. *D. de pæn.* scripturæ testamenti *l.* 3. *C. de condit. insert.* sententiæ *l.* 3. *C. de recept. arbitr.* statutis *l.*135. *D. de verb. signif.* stipulationi *l. ult. D. si quis caut. in jud. sist.* voluntati *l.*1. *D. de cond. & demonstr.*

Sed & *obtemperare* significat subesse, veluti Quo res externæ nationis populo Romano minus obtemperet *l.*4. *D. ad leg. jul. majest.*

OBTENTUS, *us.* Obtentu, id est, specie, prætextu, colore, ut Obtentu æris alieni *l.* 5. §.3. *D. de reb. eor. qui sub tut.* Sub obtentu judicii de inofficioso *l.*7. §.1. *D. de her. pet.* Ita enim cum vel sine præpositione usurpatur.

OBTERERE innocentem *l.*14. *C. Just. l.* 21. *C. Th. de judæis*, & id est opprimere.

OBTINERE, vel, ut in Pandectis Florentinis scribitur, *optinere*, interdum est habere, possidere, nanciscì, consequi. Ita obtinere dominium *l.* 66. §. 1. *D. de legat.* 2. hereditatem *l. ult. D. ad SC. Trebell.* prædium *l.*1. *C. commun. divid.* quadrantem *l.*41. §.6. *de vulg. & pupil. substit.* rem *l.*12. *D. de injust. rupt. irrit.* successionem *l.* 1. *C. de collat.* tutelam *l.* 1. §.1. *D. de legit. tut.* jus *l.* 5. *D. de liberal. caus.* locum *l.*13. §. 5. *D. quod vi aut cl.* primum locum *l.* 19. *D. de cond. & demonstr.* id est habe-

bere. Obtinere proconsulatum *l.* 1. *D. de tut. & cur. dand.*

Obtinere causſam eſt judicio vincere, & ſuperare, quod de abſolutione, ſi de reo agatur, vel de condemnatione, ſi de actore ſermo fiat, contingit. Ita rea poſtulata causſam obtinebit *l.* 3. §. 6. *de carbon. edict.* Idemque genus Cicero *in Verr.* 2. *c.* 7. & *in orat. c.* 21. uſurpat.

Eodem ſenſu *obtinere* abſolute juriſconſultis plerumque in uſu eſt. Proinde *obtinere*, & *vinci* adverſantur *l.* 5. §. 6. *D. judicat. ſolv. l.* 12. §. 4. *D. de bon. lib. l.* 1. §. 7. *D. ſi quid in fraud. patron.* De inofficioſo egit, & obtinuit *l.* 16. *l.* 19. D. *de inoffic. teſt.* Qui me potior eſt, quum ego te ſuperaturus ſim, multo magis adverſus te obtinere debet *l.* 14. D. *de diverſ. temp. præſcript.* Heres ſcriptus obtinuerat fiſcum *l.* 27. §. *ult. D. de leg.* 3. id eſt, vicerat.

Atque ut *obtinere* dicitur, qui ſuperior a lite diſcedit, ita *non obtinere*, qui judicio vincitur, & ſuperatur. Sic filia, quæ non egit, aut non obtinuit *l.* 16. *D. de inoff. teſt.* Fiſcus in quæſtione falſi teſtamenti non obtinuit *l.* 38. *D. de jur. fiſc.* Idem & in publicis judiciis dicitur. Poſtquam Q. Ligarium accuſavit, nec obtinuit apud C. Cæſarem *l.* 2. §. 46. *D. de orig.* Sunt alibi in jure noſtro paſſim hujuſmodi loquendi formæ.

Obtinere tam abſolute poſitum, tam aliis additum nominibus, interdum prævalere ſignificat. Ita obtinuit *l.* 3. *D. de cond. & demonſtr.* Fuit quæſtio, & obtinuit *l.* 24. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Quod & in judiciis publicis obtinere debet *l.* 38. *D. de re judic.* Obtinuit ſententia Bruti *l.* 68. *D. de uſufr.* Contra ſententiam Q. Mucii obtinuit §. 2. *Inſt. de ſociet.* Pro libertate ſtatutum obtinet *l.* 38. *D. de re jud.*

Obtinere etiam pro exiſtimare, vel judicare dixerunt veteres. Ita obtinendum eſt *l.* 34. *D. de jur. fiſc. l.* 13. *D. de dol. mal. & met. except.* Quod & humanitatis gratia obtinendum eſt *l.* 86. *D. de adquir. vel omitt. hered.* Salluſt. *orat.* 1. *de rep. ord.* Populus Romanus antea obtinebat regna, atque Imperia, fortunam dono dare. Apulej. *Apolog. princ.* Certus equidem eram, proque vero obtinebam, ubi vid. Scip. Gent. *not. p.* 2.

OBTINGERE, vel ut in Pandectis Florentinis conſtanter ſcribitur, *optingere* eſt obvenire, accidere, contingere. Ita ut quid obtingat *l.* 35. §. 1. *D. de mort. cauſſ. don.* id eſt fiat. Ne fiat, ne obtingat *l.* 60. *D. de cond. & demonſtr.*

Obtingere etiam ea dicuntur, quæ ex aliquo eventu nobis quæruntur. Si per hereditatem obtingit hæc actio *l.* 20. *D. de ſepulcr. viol.* Cum his omnibus agris, qui ad conjunctionem cujuſque fundorum emtione, vel quolibet alio caſu obtigerit *l.* 92. *D. de leg.* 3. Honores, qui filio decurionis obtigerunt *l.* 15. *D. de mun. & hon.* non autem *obtingerunt*, ut quidam legunt. Obtingit libertas *l.* 47. *D. de man. teſt.*

Obtingere denique res dicitur per diviſionem, v. g. nomina obtingerunt *l.* 77. §. 18. *D. de legat.* 2. loca diviſione *l.* 4. *C. de relig. & ſumt. fun.* adde *l.* 31. *D. de uſu & uſufr.*

OBTURARE, vel Florentine *opturare* idem valet, ac obſtruere. Foramen obturare *l.* 6. *D. de ſervit. urban. præd.*

OBTUTUS, *us*, quod Græci proprie προσωπον, hoc eſt, cultum dicunt: Serv. ad Virgil. *Æneid.* 12. *v.* 665. in verba *& obtutus tacitus ſtetit.* Plerumque, inquit,

inquit, *obtutus* de eo usurpatur, qui alium, seu rem aliquam defixis in eam oculis intuetur. Unde idem Virgil. *lib.* 1. *Æneid. v.* 498. *Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno.* Sic obtutus intuentium polluere dicuntur statuæ Eutropii *l.* 17. *C. Th. de pœn.* Alias obtutus pro aspectu, ut nostris per Magistrum obtutibus offeratur, ait Imp. Constant. in *l.* 1. *fin. D. de offic. mag. offic.*

OBVAGULARE, & *obvagulatio* vocabula Leg. XII. Tab. Ait enim illa Lex: Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ire. Ubi Rævard. *c.* 11. ob portum evaguläre interpretatur, adversario justum adhibitis testibus convicium facere, quod *pipulo differre ante ædes*, Plauto dicitur *Aul. act.* 3. *sc.* 2. *v.*32. Pipulum enim idem esse, quod convicium, Varro scribit *lib.* 6. *de ling. lat.* indeque Festum obvagulationem definivisse quæstionem, hoc est, inquisitionem cum convicio. Add. Cujac. *lib.* 7. *observ. c.* 15.

OBVENIRE, id est, obtingere, deferri. Quod plerumque dicitur de hereditate, ut in *l.*3. §. 2. *D. pro soc. l.*150. *D. de verb. signif. l.*28. *D. de reb. auct. jud.* Nec hereditates modo, sed & legata obvenire dicuntur, & quidquid alias capiendi figuris accedit. Hereditas, vel legatum, vel donationes mortis caussa -- quia non sine caussa obveniunt *l.* 9. *D. pro soc.* Sacerdotio *obveniente*, dixit *l* 32. §. 4. *D. de recept. arb.*

OBVENTIO generaliter accessionem significat, quæ vel ex ipsa industria hominis proficiscitur, veluti mercedes, pensionesque ex locationibus prædiorum urbanorum debitæ, vecturæ jumentorum, naula navium *l.* 1. §.15. *D. de exercit. act. l.* 34. *D. de usur.* Adde *l.* 7. *pr. D. de usufr. l.*5. §.9. *D. de reb. eor. qui sub tut.*

OBVIAM ire occurrere, obicem ponere, ut avaritiæ obviam itum est *l.* 6. *D. de extr. crim.*

OBVIARE hoc quoque significatu accipitur, ut obviare ambientibus *l.* 2. *C. Theod. ad l. jul. maj.* fuæ confessioni *l.* 20. *D. de donat.* cupiditatibus *l.*161. *C. Theod. de decurion.* fraudibus *d. l.*161. Obviare muneribus publicis *l.* 3. *C. Theod. de patroc. viar.* Ita Varronem *de re rust. lib.* 1. *c.* 35. *& lib.* 4. *c.* 10. & Quinct. *decl.* 307. loquutos fuisse ostendit Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 393. Hein.

OBVIUS, *a*, *um*, pro eo, quod obstat alicui, vel impedimento est. Si cogendis obvium debitis provocationis suffugium fuerit objectum *l.* 39. *C. Theod. de adpellat.* Sic obvias manus dixit Symmach. *lib.* 5. *epist.* 5. & obviam urbem Virgil. *lib.*5. *Æn. v.* 499.

OBUMBRARE umbram suffundere, ut aliquid non conspicuum sit. Ita *obumbrati* latebris *l.* 33. *C. Theod. de hæret.*

OCCANTARE, vel, vetustiore scribendi ratione, *obcantare* pro incantare Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 23. §. 15. Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent. *Occentare* paullo aliud est apud Amm. Marc. *lib.* 30. *c.*20. Bubo occentans funebria, id est, funebria cantu præsagiens. Occentare ostium, id est, convicium ante ostium dicere apud Plaut. *Mercat. act.* 2. *sc.* 3. *v.* 73.

OCCASIO, ait Festus, *opportunitas temporis casu proveniens est.* Verum & quælibet alia quovis eventu contingens opportunitas hoc nomine continetur. *Occasio* obvenire dicitur in *l.*31. *D. de mort. causs. don.* Litigandi occasio *l.* 3. *C. Theod. de matern. bon.* Id de mino magis ex occasione, quam ex

ex jure contingere *l.* 2. *D. de riv.* Occasione hereditatis *l.* 59. *§. ult. D. ad SC. Treb.* Crimen majestatis a judicibus non in *occasionem* habendum est, sed in veritate *l.* 7. *§.* 1. *D. ad leg. jul. majest.* In occasionem habere, idem hoc loco esse ait Heinecc. ac obtentui habere, quemadmodum *per occasionem* idem aliquando, ac sub specie, vel obtentu. Sic per occasionem juris civilis *l.* 1. *§.* 1. *D. de dol. mal.* & *sub occasione* titulorum ad se pertinentium *Novell. Theod. & Valentinian.* 11. Per hujusmodi occasionem *l.* 1. *§* 1. *C. si secund. nupt. mul.* Observavit singularem hanc vocabuli notionem Jos. Nerius *Analect. lib.* 1. *c.* 10. Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum *l.* 168. *D. de reg. jur.* *Occasio* pro causa, ut quum calcis ictu mortis occasio præbita videatur *l.* 5. *C. ad leg. Cornel. de sicar.*

Occasus participium, quo usi Decemviri in XII Tab. teste Gellio *lib.* 17. *c.* 2. & Censorin. *de die nat. c. ult.* Sol occasus pro solis occasu. Itaque apud Macrob. *lib.* 1. *c.* 3. ubi vulgo est: *Solis occasus suprema tempestas esto*, emendandum est, Sol occasus.

Occidere est interimere, necare. Occidisse dicitur vulgo quidem, qui mortis caussam quolibet modo præbuit *l.* 51. *D. ad leg. Aquil. l.* 15. *D. ad leg. Cornel. de sicar.* Nam, ut Cicero *Philipp.* 9. *c.* 16. ait, is profecto mortem attulit, qui caussa mortis fuit. Quod & confirmat Quinctilian. *Declam.* 270. Sed lege Aquilia is demum teneri visus est, qui adhibita vi, & quasi manu caussam præbuisset, tracta videlicet interpretatione vocis a cæde *l.* 51. *D. ad leg. Aquil.* Occisum itaque, quod ad legem Aquiliam attinet, accipere debemus, sive gladio, sive etiam fuste, vel alio telo, vel manibus, si forte strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter *l* 7. *§.* 1. *D. eod. tit.* In SCo Silaniano occisorum adpellatione hi continentur, qui per vim, aut cædem sunt interfecti, ut puta jugulati, strangulati, præcipitati, vel saxo, fuste, lapide percussi, vel quovis alio telo necati, non etiam si veneno, vel quovis alio, quod clam necare solet, sint interemti *l.* 1. *§.* 18. *D. de SC. Silan.* At Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 5. *§.* 2. Occisus videtur, ait, non tantum, qui per vim, aut per cædem interfectus est, vel jugulatus, aut præcipitatus, sed & is, qui veneno necatus dicitur. Ibi tamen ob textus miro consensu aliud inculcantes, veluti *l.* 1. *§.* 18. *l.* 20. *l.* 21. *pr. D. de SC. Silan. l.* 9. *C. de his, quib. ut indign. her. auf.* Aniani manum sensum turbasse, tum hoc *§.* 2. tum *§.* 10. non sine ratione suspicatur Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 351. Festus: Occisum a necato distinguunt quidam, quod alterum a cædendo, atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numæ Pompilii Regis legibus scriptum est: *Si hominem fulminibus occisit*, & alibi, homo si fulmine occisus est. Quinct. *Declam.* 350. Cædes videtur significare sanguinem & ferrum. Si quovis alio genere homo fuerit *occisus*, ad illam legem revertemur: Si inciderit in latrones, aut in aquas præcipitatus, si in aliquam immensam latitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille, qui ferro percussus est.

Occidere, antepenultima correpta, dicuntur stellæ, quæ horizontem subeunt. Metaphorice idem est, ac exstingui, vel finiri. Sic occident cum personis delicta *l.* 1. *C. Th. de liberal. caus.* Nec

alia notione spes *occidere* & *occidisse* passim dicitur.

OCCISIO cædes in *l.* 23. §. 2. *D. ad leg. Aquil.*

OCCLUDERE, vel, ut in C. Th. scriptum reperitur, *obclaudere* idem ac claudere. Obclaudere aditum implendæ devotionis *l.* 1. *C. Th. de patrocin. vicor.*

OCCULTARE, celare, abscondere in *l.* 1. *C. de iis qui latron. & al. crim. reos occultant.* Si circa columnas, aut stationes se occultat *l.* 7. §. 23. *D. quib. ex caus. in poss. eat.* Hujusmodi latitationis *post columnas* frequenter mentionem faciunt veteres. Ambrosius *de Tobia c.* 7. Ille gressus debitoris singulos numerat, aucupatur deflexus, iste continuo post columnas caput obumbrat. Sidon. Apollinar. *lib.* 1. *Epist.* 11. Alii, ne salutarent, fugere post statuas, occultati post columnas. Et erant sane circa fora veterum porticus, intercolumnia, statuarumque ingens multitudo, intra quos labirinthos facile erat hominibus, sese fœneratorum oculis subducere. *Hein.*

OCCULTATIO sui *l.* 7. §. 4. *D. quib. ex caus. in poss.*

OCCULTUS, *a, um*. Occultum compendium *l. ult. C. de crim. stell.* Occultæ delationes *l.* 4. *C. Th. de petit.* Si hoc in occulto sit *l.* 4. *D. de pecic. & comm. rei vend.* id est, in obscuris, ut *l.* 9. *l.* 114. *D. de reg. jur.*

OCCUPARE interdum est invadere. Si ager ab hostibus occupatus sit *l.* 26. *D. quib. mod. usufr.* Si quis nunciet domum a latronibus occupatam *l.* 3. §. 8. *D. de adquir. poss.* Nummis datis tutelam occupare *l.* 1. §. 7. *D. de offic. præf. vigil.* res debitoris *l. ult. D. ad leg. jul. de vi priv.*

Occupare pro apprehendere. Ita occupare bona *l.* 21. *D de adquir. vel omitt. hered.* possessionem *l.* 6. §. *ult. D. de adquir. poss. l.* 4. §. 28. *D. de usurp. & usuc.* res debitoris, res hereditarias *l.* 49. *D. de hered. petit.* Eodem ferè sensu Fiscus dicitur, occupare bona *l.* 68. §. 1. *D. de fidejuss.* & passim. Ita etiam Intestatorum bona a civitatibus occupata dicuntur in *l.* 1. *C. de bon. vac.* Quod nullius est, id ratione naturali *occupanti* conceditur *l.* 3. *D. de adquir. rer. dom.* Item si res pro derelicta habita sit, statim nostra esse definit, & occupantis statim fit *l.* 1. *D. pro derelict.* Hic autem occupare est capere inter alios, si capiendo alios prævenire, vid. *l.* 9. *D. de verb. oblig.* Ubi igitur res nullius cedere dicitur *occupanti*, intelligendum est, *capiendo alios prævenienti*, id nempe ante alios agenti, quo, qui prior egerit, dominus jure postulante intelligatur. Illud autem factum, quo alios prævenisse requiritur ad dominium *rei nullius* consequendum, nec est nuda rei adprehensio sine animo sibi habendi, aut cum alio animo, veluti rem tantum ad se recipiendi custodiendam. Sed & cum, Cicerone teste, adprehendamus non animo, sed manibus *lib.* 1. *de orator. c.* 56. non utique adprehensio semper requiritur in facto capiendi illo, ut vacua dominio res fiat nostra *arg. l.* 79. *D. de solut. l.* 1. §. *pen. D. de adquir. rer. dom.* & Trebatius vulneratam a nobis feram nostram dixit *l.* 5. *D. eod. tit.* Sane apud Romanos veteres moris erat, ut si duo rem invenerant, quorum alter adprehenderat, alter eam adprehendi viderat, communis ea res utriusque videretur. Unde solemnis formula. In commune Sen. *Epist.* 117. Quoties aliquid inveni, non exspecto, donec dicas *In commune*, ipse mihi dico. Vide Hein. *Antiquit. Rom. ad. Inst. lib.* 2. *tit.* 1. §. 21.

§. 21. ubi ex Plaut. *Rudens.* 4. *sc.* 3. *v.* 76. *& seqq.* adfert verba, quibus non solum hic veterum ritus, sed & quamplura juris nostri loca lucem haud mediocrem capiunt. Vide in voce *occupatio.*

Occupare pro *prior quid agere* ad alia quoque refertur, veluti ad accusationem instituendam *l.* 4. *D. ad leg. jul. de adult.* Quemadmodum *occupasse* is quoque dicitur, qui prior litem contestatus est, cujus exempla sunt *l.* 11. §. 21. *D. de legat.* 3. *l.* 3. §. 9. *D. de seplucr. viol. l.* 14 *D. de noval. act. l.* 19. *D. de re judic. l.* 32. *D. de procur. l.* 9. *D. de verb. oblig.* Alias occupare dicitur, qui prior ad sententiam pervenit. In actione sane de peculio occupantis melior est conditio; Occupare autem videtur, non qui prior litem contestatus est, sed qui prior ad sententiam pervenit *l.* 10. *D. de pecul.* Tributoria, non sicut de peculio, actio occupantis meliorem caussam facit, sed æquam conditionem quandoque agentium *l.* 6. *D. de tribut. act.* Et ita occupantis meliorem esse conditionem, accipe *l.* 4. *D. de in rem. verso l.* 3. *D. quod cum eo, qui in alien. pot.*

Occupare flumen dicitur eum locum, quem per inundationem operit, veluti in *l.* 24. *D. quib. mod. usufr. l.* 7. *D. de per. & comm. rei vend. l.* 14. *D. quemadm. serv.* Idem de mari dicitur in *l.* 3. §. 27. *l.* 30. §. 3. *D. de adq. poss.*

Occupare, id est tenere, habere. Ita consobrinus, qui sequentem gradum occupat *l.* 6. *comm. succes.* Si plures institutiones ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint, conditio, quæ prior exstiterit, occupabit institutionem *l.* 17. *D. de cond. instit.* id est committet institutionem in gratiam ejus, qui sub ea conditione fuerit institutus. Occupare quid legatorum nomine *l.* 1. *D. quod legator.* partem *l.* 19. § 2. *D. de cond. & demonstr. l.* 18. *D. de legat. præst. l.* 16. § *ult. D. de bon. libert.* fundi pignus *l.* 2. *C. qui pot. in pign.* vacantem portionem *l.* 6. §. *ult. D. de adquir. poss.* totius domus usum *l.* 22. § 1. *D. de usu & hab.*

Occupare, distinere, distringere. Occupare domum secundis nuptiis *l.* 10. *C. Th. de matern. bon.* Occupat accusatorem pœna *l. ult. C. Th. ad leg. Corn. de fals.*

Occupari re aliqua, vel circa rem, ut in *l.* 2. §. 2. *D qui ord. in bon. poss.* reipublicæ caussa *l.* 3. *C. de dol. mal.* somno aut morbo *l.* 1. §. *ult. D. de auct. & cons. tut.* originalibus vinculis ad munera subeunda *l.* 82. *C. Th. de decur.*

Occupare etiam est pecuniam collocare, Nonio interprete. Et ita Cic. *pro Flacco c.* 21. alibique loquitur. Ausc. *in Epist. ad Symmach. Grypho præmissa:* Ut avidus fœnerator improbum numum malui occupare, quam condere. Quemadmodum pecuniam vocamus *ociosam*, quæ nullas parit usuras, nec non vacuam pecuniam *l.* 28. *D. depos.* ita occupare eam dicitur, qui eam fœnori collocat, eadem loquendi forma, qua sterilem terram vineis occupare, apud Pallad. *lib.* 1. *de re rust. c.* 6. & aream occupare fundamentis apud Liv. *lib.* 1. *c.* 38. Cic. *pro Flacc. c.* 21. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavisti.

OCCUPATIO: Occupatione sua feciisse eos, qui primi in vacua venerunt, ait Cicero in *lib.* 1. *de offic. c.* 7. Quis vero prior in vacua veniisse, atque ita per occupationem sua feciisse dici debet? Id enim ipsum est definiendum. Respondes: Qui id egit, ex quo

concipimus, quomodo res nullius, dominii capax, propria fiat. Ita quidem Wurffel. *in juriſpr. defin.* §. 530. occupationis ſpeciem, de qua hic agitur, definit. Neque vero ſic rem ſatis intelligo. An id non niſi ex adprehenſione corporali cum animo rem ſibi habendi conjuncta intelligitur? Sane animi intentionem manifeſtam ſemper, adprehenſionem vero corporalem non ita requiri, ſupra evictum eſt in voce *occupare*, & ipſe notavit Wurffel. Igitur quis occupaſſe rem nullius cum effectu dominii dici debeat, id diverſimode pro variis rerum nullius adquirendarum caſibus accipiendum eſt. Aliud, v. g. factum præveniendi requiritur in re inventa, ac ſpeciatim in caſu, quo unus adprehendit, alter adprehendi vidit, vel ante vidit, de quo ſupra in verbo *occupare*, aliud deinde requiritur in feris, de quo *l.* 5. *D. de adquir. rer. dom.* Aliud denique in miſſilibus, quorum is dominus non fit, niſi qui corporaliter adprehendendo prævenit. Nec utique omnium præveniendi figurarum, quibus dominium *rei nullius* adquiritur, pro varietate caſuum alias diverſarum, genus adæquata ſatis definitione, diſtinctaque exponere facile eſt, ſi ſaltem eam ex legibus noſtris petere voluerit.

Occupatio pro cura, ſollicitudine, ſtudio, labore. Ita majoris cauſſæ occupatio *l.* 23. §. 1. *D. de re judic.* Occupatio negotiorum propriorum *l.* 15. *D. de recept. arbitr.* Occupationes militares *l.* 3. *C. de negot. geſt.* publicæ *l.* 21. *C. ad leg. jul. de adult.*

OCCUPATORIUS ager Siculo Flacco dicitur, qui & arcifinalis, ſeu arcifinius ſic dictus, quod in tempore occupatus ſit a victore populo, territis inde fugatiſque hoſtibus, quia non ſolum tantum occupabat unuſquiſque, quantum colere præſenti tempore poterat, ſed quantum in ſpe colendi habuerat, ambiebat. Sed de hoc vide, quæ ex Heineccio attulimus in art. *Arcifinius.*

OCCURRERE proprie eſt, obviam ire, & proficiſci in *l.* 14. *D. de re milit. l.* 27. *C. Theod.* Ita *Occurre* ad examen *l.* 27. *C. Th. de petit.* ad judicium *l.* 1. §. 2. *l.* 2. §. 1. *D. ſi quis caut. in judic. ſiſt. cauſ.*

Occurrere, metaphorice, ſignificat obſiſtere, obſtare, impedimento eſſe. Ita occurrere calliditati *l.* 1. *D. ſi quis omiſſ. cauſ. l.* 14. *D. de liber. cauſ. l.* 1. *D. quod vi aut cl.* fraudi *l.* 15. §. *ult. D. de excuſ.* venditionibus *l.* 46. *D. de fidejuſſ.* contra fidem teſtatoris venienti *l.* 20. *D. de donat.*

Occurrere etiam dicuntur, quæ accidunt, vel eveniunt, ſeu adſunt. Occurrit æquitas rei *l.* 6. *D. de collat. bon.* id eſt æquum eſt. Comparatio nulla legatorum occurrit *l.* 20. §. *ult. D. de legat. præſt.* Occurrunt tempora *l.* 3. §. *ult. D. de Carb. edict.*

OCCURSUS, quando quis alteri obvius eſt. Si occurſus creditoris evitetur *l.* 7. §. 13. *D. quib. in poſſeſſ.* Occurſus judicis *l.* 1. *C. Theod. de jud.* ubi Jac. Gothofr. *in not.* Occurſus, inquit, judicis eſt, quum judex litiganti ſilentium imponit, & metas comprimit, uti laudata lex loquitur.

OCTAVA vectigalis ſpecies, cujus fit mentio *l. ult. C. de eunuch.* Hujuſmodi vectigal inde ab Alexandri Severi temporibus exerceri ſolitum, teſtimonio eſt ejuſdem Imperatoris rescriptum *l.* 7. *C. de locat.* in quo eſt: Si cum Hermes vectigal octavarum in quinquennium continuum conduceret, fidem tuam obligaſti. Duo in primis memorantur hujuſmodi vectigalis genera, alterum ex

ex diurnis gerulorum quæstibus, quam *octavam* instituerat C. Caligula, teste Suetonio *c.* 40. de qua Burman. *de vectigal. pop. Rom. c.* 12. *p.* 207. alterum, quod pro mercibus exigebat, & *more constitutum* esse dicitur *l.* 7. *C. de locat.* De eo idem Burmann. *c.* 5. *p.* 67. quamvis nec iste, quæ enormis hujus vectigalis origo sit, potuerit expedire. *Hein.*

OCTAVARIUS, publicanus, qui *octavæ* vectigal exigebat *l.* 8. *C. de vectig.* Iis adjunctos fuisse milites stationarios, & urbanos, qui octavariis adversus vim, & fraudem mercatorum adessent, ex Dionis. Cass. *lib.* 48. *& l.* 5. *C. de vectig.* collegit laudatus Burmann. *de vectig. pop. Rom. c.* 9. *p.* 145. Hein.

OCTAVENUS, non levis juris auctor, citatur ab Alburno Valente *l.* 67. *D. ad SC. Trebell.* aliisque pluribus Ictis in legibus nostris, ex quibus, eum Cassio, Proculo, & Aristone posteriorem fuisse adparet. Floruit omnino sub Vespasiano, ceu recte suspicatus est Guil. Grot. *in vit. Ictor. lib.* 2. *c.* 5. ubi, eum quædam ad Edictum, immo & ad Legem Juliam & Papiam scripsisse, suspicatur. Enimvero quamvis posterius ex *l.* 32. *D. qui, & a quib. man.* colligat, eum tamen locum rem non conficere, ostendit Heinecc. *in Comment. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. lib.* 1. *c.* 1. §. 4. *p.* 14.

OCULATUS, *a*, *um*, oculata fide §. *uit. Inst. de grad. cogn.*

OCULUS. *Ante oculos* habere *l.* 4. §. *ult. D. de eo, quod cert. loc.* collocare *l.* 4. *C. Theod. de collat. donat.* Oculis conniventibus *l.* 4. §. 1. *D. de man.*

ODIOSUS, *a*, *um.* Odiosæ artes, id est, magicæ *in* §. 5. *Inst. de publ. jud.*

ODO, *nis*, vel *udo* usum calamenti præstat *l.* 25. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* Apud Martial. *lib.* 14. *epigr.* 140. Udones Cilicii celebrantur hoc districho: Non hæc lana dedit, sed olentis barba mariti: Cinyphio poterit planta latere sinu. In *can.* 14. *dist.* 96. scriptum est: Et sicut noster Senatus calceamentis utitur cum *udonibus*, id est, candido linteamine illustratis. Ex loco Martialis certissimum est, *odones*, vel *udones* ex caprinis pilis fuisse textos. His vero pilis utebantur veteres ad corpus ab humoribus tuendum. Sane eo consilio Cilicia ex iisdem pilis facta militibus in castris dabantur. Ascon. Pædian. *in Verr.* 3. Ceterum tum de ipso hoc calceamentorum genere, tum de origine vocis disputant Claud. Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 221. Isaac. Voss. *Epist. ad Græv. in addend. ad Hesiod. p.* 69. *v.* 17. sed ita ut parum extricent. Vid. Corn. Van Bynkersh. *lib.* 3. *obs. c.* 7. Hein.

ODORES in *l.* 3. §. 10. *D. de pen. leg. l.* 7. §. 3. *D. de in rem vers.* sunt res fragrantioris odoris, & plerumque unguentis junguntur. Sane coctis odoribus unguenta fieri, ait Pompon. *leg.* 27. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* & odorati ignes memorantur apud Ovid. *lib.* 1. *fastor. v.* 75.

OECONOMI adpellantur, quibus res ecclesiasticæ gubernandæ mandantur *l.* 24. *C. de sacrosc. Eccles.* Dispensatorem pauperum Leo, & Anthemius definiunt *l.* 33. §. 4. *C. de Episc. & Cler.* Alias oeconomi definiuntur, qui ecclesiasticas tractant rationes *l.* 3. *C. Th. de his, qui ad Eccles. confug.* Iis e clericis sunt constituendi, non e laicis *Can. in nova* 22. *caus.* 16. *quæst.* 7. Talis oeconomus etiam post mortem Episcopi curam bonorum gerebat, de iis Episcopo successuro rationem redditurus. *Conc. Chalc. c.* 25. *c.* 29. Id autem

tem muneris olim fuit archidiaconorum. Monasteria quoque suos habueruut œconomos.

Interdum *œconomus* idem est, ac defensor, advocatus Paris. *an.* 1245.

Oecumenicus. Patriarcha Constantinopolitanus dicitur *l.7. C. de summ. trin.*

Oenomeli dulcissimum vinum *l.9. D.de trit. vin.ol.* quod vini adpellatione contineri *ibid.* traditur. Mellitum vinum esse origo verbi declarat. Vid. Dioscorid. *lib.*5. *c.*16. Const. *lib.*8. *Geopon. c.* 26. Isidor. *lib.* 20. *orig. c.* 3. sane το τυν μελικρατον, *quod hodie melicratum*, a priscis οινομελι adpellatum Jul. Pollux. *lib.*6. *c.* 2. *segm.*17. testis est.

Oenophorum Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 90. inter ea numerat, quæ ad poculorum speciem comparata sunt. Codices ibi habent *Oenophorium.* Attamen & *Oenophorum* dixerant Juven. *Sat.* 6. *v.* 425. & Mart. *lib.*4. *epigr.* 89. *Hein.*

Offendere est aliquem dicto, factove lædere, & eo modo ejus iracundiam provocare. Unde offendere, & promerere opponuntur *l.*77. §. 25. *D. de leg.* 2. *l.*11. §.8. *D. de leg.*3.

Offendere etiam Edictum, legem, SCum dicuntur, qui adversus ea quid faciunt, committuntve. Et ita accipitur in *l.* 5. §. 1. *D. si quis omiss. caus. testam. l.*10. §. *ult. D. de jud.* Sed & in SCum offendit, ait *l.*3. §.1. *D. de SCto Maced.* Quin & legi offendere in *l.*1. *D. de usur.* quod potius ex usu & auctoritate veterum, quam per antiptosin vel enallagen casuum defendendum existimat Heinecc. Ea enim constructione non modo Ulpianum usum esse *l.*15. *D de servit. præd. urb.* ubi *servitutis*, *ne prospectui offendatur*, meminit, verum etiam Horat. *lib.*2. *serm. sat.*1. *v.*77. 78. Fragili quærens illidere dentem, offendet solido. Vid. Bynkersh. *lib.* 6. *obsev. c.*25. *p.* 269. ubi monet in *l.* 14. *C. de legit. hered.* quosdam libros veteres habere *naturæ offendere.*

Offensa est animo inhærens indignatio ex alicujus malo merito concepta. Sic offensa domini irati in servos *l.*5. *C. fam. erc.* Offensam placare *l. ult. D. si quis alig. test. prob.* Causam offensæ præstitisse *l.* 22. *l.* 23. *C. de inoff. test.* Cujus contrarium est sine offensa esse *l.* 51. §. *ult. D. de manum. test.* id est, non offendisse. Si testatorem pœnituit prioris offensæ *l.* 4. *D. de adim. legat.* id est, eam deposuit.

Offensa, violatio, vel ut vulgo loquuntur, contraventio. Ita offensa edicti *l.* 6. *D. de postul.*

Offensio idem quod offensa priore significatu. Ita justas offensionis causas præstare *l.* 20. *C. de inoff. test.*

Offerre adpellationem in *l.*19. & 31. *C. de adpell.* id est interponere. *Offerre* æstimationem *l.*54. §. *ult. D. de verb. obl.* cautionem *l.*50. *D. de man. testam.* conditionem meliorem *l.* 1. *C. comm. divid.* debitum *l.*1. *C. de crim. stell.* fidem suam *l.*3. *C. ad leg. falc.* libellum *l.*7. *D. de divort.* pecuniam *l.* 1. § *ult. D. de usur.* pretium *l.*2. *C. de usur.* pecuniæ reum idoneum *l.*34. §. *ult. D. de statulib.* satis *l.*21. §. 2. *D. de nov. op. nunc.* vel satisdationem, ut est in *l. ult. D. quod legat.* satisfactionem *l.*21. §. *ult. D. de pecun. const.*

Offerre se defensioni dicitur, qui defensionis loco judicium pro aliquo accipit. Is qui se obtulit defensioni sine causa *l.*25. *D. de rei vind. Offerre se* procurator dicitur, qui se liti offerat, id est, qui sine mandato litem pro alio ex-

excipit *l. 6. D. de procurat.* Obtuliſſe ſe liti videtur non is, qui in rem ſuam procurator datus eſt, tutor & curator in ea conditione ſunt, ut non videantur videri ſe liti obtuliſſe *l. 4. pr. & §. 1. D. de re jud. Offerre ſe* depoſito *l. 1. §. 35. D. depoſ.* id eſt, ad depoſitum recipiendum. *Offerre ſe* negotiis alienis *l. 3. §. 9. D. de neg. geſt.* id eſt ultro ea ſuſcipere.

Offerre etiam eſt ſiſtere, quod Barbari dicunt præſentare, ſic offerantur judicibus *l. 14. C. Th. de judæis.* Offerre judicibus latrones *l. 1. C. de iis, qui latron.* Miles, qui poſt quinquennium deſertionis ſe obtulit *l. 13. §. ult. D. de re milit.* Servus ſi a domino ad tormenta offeratur *l. 18. §. 7. D. de quæſt.*

Offerre furtum, & furtum oblatum quid ſit, vide in art. *furtum.*

OFFICERE obeſſe, nocere, præjudicare. *Officere* cui arbor dicitur, quæ ex vicini ædibus in ædes ejus impendet *l. 1. §. 1. D. de arb. cæd. Officere* luminibus eſt obſcurare lumina, ſive obſcuriora ea facere, veluti alius ædes tollendo *l. 10. in fin. l. 11. l. 13. D. de ſervit. præd. urban.* vide in art. *lumen. Officere* prætorio vicini *l. 2. D. de ſervit. præd. ruſt.* vide voce prætorium. *Officere* proſpectui *l. 3. D. de ſerv. præd. urb.* vide voce *proſpectus.*

OFFICIALES operæ ſunt, quæ in officii & obſequii præſtatione conſiſtunt, & a *fabrilibus* ſeparantur *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. l. 6. l. 9. D. de oper. libert.* vide art. *Operæ.*

OFFICIALIS ſubſtantive vocatur, qui alicui magiſtratui, judici præſto eſt, miniſteriumque vel officium exhibet. Sic quoties ſine auctoritate judicati *officiales* alicujus bona occupant, vel deſcribunt, vel ſub obſervatione eſſe faciunt Paul. *lib. 5. tit. 12. §. 6.* Miſſus in poſſeſſionem, ſi non admittatur, per *officialem* Præfecti introducendus eſt in poſſeſſionem *l. 5. §. 27. D. ut in poſſeſſ. leg.* Præſides Provinciæ *officiales* perpetui ſunt *l. 34. D. de reb cred.* Officiales Proconſulis *l. 6. §. 1. D. de pœn.* Officialis publicus *l. 2. C. de decurion.* Uſurpat hoc verbum & Tertull. *de idolatr. c. 17. adv. Praxeam c. 3.* Apul. *lib. 1. metam. p. 113.*

Officiales vero, qui in *tit. 2. de officio Vicarii in ſexto* memorantur, ſunt Vicarii Epiſcopi generales, qui vel ad eccleſiaſtica, vel ad ſecularia conſtituuntur. Hi præſunt tribunalibus ſecularibus in Germania, in qua Epiſcopi duplicem gerunt perſonam, Epiſcopi & Principis ſecularis, adeoque conveniens eſt, ut diverſa quoque erigant tribunalia. Illi vero judiciis Eccleſiaſticis præſunt, & ſpeciatim dicuntur Vicarii generales in ſpiritualibus, inter Prælatos relati, & idem auditorium cum Epiſcopis habentes per *c. 2. de conſuetud. in 6.* Et ab his adpellatur ad Archiepiſcopum, vel Pontificem, non ad ipſum Epiſcopum per *c. cit. 2.* Vide Boehmer. *Inſtit. jur. can. lib. 1. tit. 28. §. 15. & ſequ.* Vid. *Vicarius generalis.*

OFFICINA locus, in quo artifices operas exercent, ſeu fabricantur. Ea vox occurrit in *l. 19. §. 2. D. de judic.* ubi a *taberna & pergula* ſeparatur. Item *l. ult. D. de proxen. & l. 4. D. de his, qui not. inf.* ubi pro parte balnei habetur.

Officinæ metaphorice variæ & innumeræ Manichæorum ſectæ vocantur in *l. 9. C. Th. de her.* Ita officinam nequitiæ dixit Cic.

OFFICIOSE agere *l. 21. D. de his, quæ ut ind.*

OFFICIUM, ut ait Donat. in *Adelph. act.* 1. *sc.* 1. est quasi *efficium*, ab efficiendo, quod unicuique congruit. Id autem verbum quandoque gratuitam operam significat, quam quis, mera voluntate, & amicitia ductus, præstat. Sic voluntatis, & officii magis, quam necessitatis est commodare *l.* 17. §. 3. *D. commod.* Iniquum est, officium cuique damnosum esse *l.* 7. *D. quemadm. test. aper.* Mandatum originem ex officio atque amicitia trahit *l.* 1. §. *ult. D. mand.* Contrarium est officii merces *ibid.* Si negotium ex officio amicitiæ gesserit *l.* 1. §. 9. *D. de tutel. & rat. distr. Officium* alias est eorum, quæ sunt necessitatis præstandorum, & hoc Seneca *lib.* 3. *de benef. c.* 18. quosdam a beneficio, & ministerio ita ait separasse, ut beneficium esse dicerent, quod alienus det, qui potuerit sine reprehensione cessare: *Officium* filii, uxoris, & aliarum personarum, quas necessitudo suscitet, & ferre opem jubeat: *Ministerium* servi, quem conditio sua eo loco posuerit, ut nihil eorum, quæ præstet, imputet superiori. Idem *lib.* 2. *controv.* 5. Non est *beneficium*, sed *officium* facere, quod debet, ut si filius patri dicat, se beneficium dare.

Officium tamen vocatur etiam obsequium privatum, & ministerium, ac operæ, quæ a libertis serviisque exigebantur. Nam & servile ministerium familiæ, quæ circa patrem familias est, *officium* adpellatur, distinguiturque ab *artificio*, quod ipsi personæ domini non deservit, sed in opere aliquo faciendo arteque exercenda versatur *l.* 24. *D. de man. testam.* Officium utique erat servorum, quos usus sui caussa paterfamilias habebat, qui ad ejus corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi, destinatique erant. Quo in genere erant junctores (vel, ut alii legunt, unctores) cubicularii, coqui, ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati *l.* 203. *fin. D. de verb. signif.* Quales etiam erant ostiarii, tonsores, obsonatores, pistores *l.* 61. & 65. *D. de legat.* 3. Artificium vero erat e. gr. lecticariorum, textorum, fullonum *l.* 28. *D. de reb. dub.* Adde *l.* 65. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 4. §. 5. *de censib.* Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 14. §. 1. *l.* 27. §. 1. *D. de instr. vel instr.* Hæc quidem de servis. Quod vero ad libertos attinet, Operæ sunt diurnum officium *l.* 1. *D. de oper. libert.* Libertæ, quæ voluntate patroni nuptæ sunt, non coguntur officium patronis suis præstare *l.* 2. *C. de obseq. patron.* Et ita officium intellige in *l.* 3. & 22. *D. de oper. libert. l.* 46. §. 7. *D. de jur. fisc. l.* 26. §. 12. *D. de cond. indeb.* Sed & uxor in officio mariti esse debere dicitur in *l.* 48. *D. de oper. libert.*

Officium adpellatur tam id, quod naturaliter est præstandum, quam ea, quæ ex legibus institutive civilibus præstanda sunt. Hinc Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 27. Quis est iste, qui se profitetur omnibus legibus innocentem? Ut hoc ita sit, quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quanto latius officium patet, quam juris regulæ? Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quæ omnia extra publicas tabulas sunt? Ita paternum est officium dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie *l.* 2. *C. de dot. promis.* Intelligis matrem non officium pietatis in petendo tutorem deservisse *l.* 9. *C. qui pet. tut. vel cur.* Non ex officio pietatis testamentum fecisse parentes dicuntur, quum falso instimulati liberos suos, vel

vel exheredarunt, vel præterierunt *l.* 2. & 3. *D. de inoff. teſt.*

Officium aliud eſt privatorum hominum, aliud publicarum perſonarum. Prius iterum eſt vel *commune*, vel quod vocant *civile*. Ad commune pertinent ſequentia. Officii tuendi cauſſa interdicta competunt, veluti de libero homine exhibendo *l.* 2. §. 1. *fin. D. de interd.* Sic & Quinct. *lib* 6. *c.*8. cauſſas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias interdicentium, quoſdam *officiorum cauſſas* vocaſſe, ſcribit.

Officium civile erat, quod nonniſi in conſpectu civium poterat peragi, quo pertinet poſtulare, pro alio intercedere, & procuratorem exiſtere per *l.* 2. *D. de reg. juriſ.* hujuſmodi ab officio feminæ per *l.* 1. *D. ad SC. Vell.* itemque impuberes per *d. l.* 2. *de reg. jur.* arcentur. Juvenal. *ſat.* 7. *v.* 107. Dic igitur, quid cauſſidicis civilia præſtent officia? Adde Suet. *in Tiber. c.*8. Senec. *de tranquill. anim.* 1. 3. Plin. *Epiſt.* 8. 63. Quinctil. *Inſt. or.* 2. 4. & 3. 10. Officium advocationis dixit Ulp. *in l.* 54. *D. de rei vind.* Huc reſpicit quoque arbitri officium, de quo *l.* 109. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 3. *C. commun. divid. l.* 4. §. 3. *D. de dol. mal. & met. except. l.* 25. *D. de recept. arb.* Aliud autem erat officium civile, quod quis privato arbitrio obibat, qualia fere ſunt, quæ modo diximus, aliud civile officium, quod quis more, lege, imperio ejus, qui jubendi habet poteſtatem, obire debet, quo ſpectat *officium* tutoris, vel curatoris, quod memoratur in *l.* 7. §. 1. *l.* 20. *l.* 46. §. 1. *D. de adminiſtr. & per. tut.* & alibi paſſim. Quin officium civile illud neceſſarium, quatenus propter publicam utilitatem eſt introductum, *publicum* etiam adpellatur. Unde Pompon. Munus publicum eſſe *officium* privati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, univerſoſque pertineat, ſcribit in *l.* 239. §. 3. *D. de verb. ſignif.* & Arcad. Chariſ. Hæc omnia, inquit, munera, quæ trifariam diviſimus, una ſignificatione comprehenduntur. Nam & perſonalia patrimonia, & miſta munera, *civilia* ſeu *publica* adpellantur *l. fin.* §. 28. *D. de muner. & honor.*

Officia publica alias dicuntur publicarum perſonarum, eaque maxime, quæ cum dignitate ſunt conjuncta. Eo pertinet officium Advocati fiſci in *l.* 5. §. 13. *D. de his, quæ ut ind. Officium* cenſitoris *l.* 4. §. 1. *D. de cenſib.* cohortale *l.* 33. *C. de adpell.* fiſcale Paul. *lib.* 5. *ſent. tit.* 12. §. 5. judicis *l.* 7. *D. de negot. geſt.* juris dicentis *l.* 1. *D. de juriſd.* legationis *l.* 1. *C. quib. ex cauſ. major.* magiſtratus *l.* 11. *C. de compenſat.* militare apud Tertull. *libro de fuga in perſequ. ſub fin.* præſidis provinciæ *l.* 38. *D. de relig. & ſumt.* prætoris *l.* 4. *D. teſt. quemadm. aper.* Militum medici *l.* 33. §. *ult. D. ex quib. cauſ. maj.* regentis exercitum *l.* 12. *D. de re milit.* tribunorum, vel eorum, qui exercitui præſunt *d. l.* 12. Qui officium in provincia adminiſtrat *l.* 3. *l.* 38. *D. de rit. nupt.* vel gerit, ut loquitur *l.* 57. *D. eod. tit.*

Officium pro officialibus, miniſtris, & adparitoribus magiſtratuum ponitur *l.* 1. *C. de bon. voc. l.* 1. *C. ne fiſc. rom. vend. Officium* annonæ *l. ult. D. de pign. act.* cenſuale *l.* 18. *C. de teſtam.* & apud Symmach. *lib.* 1. *epiſt.* 46. comitianum *l.* 2. *C. de offic. milit. jud.* procuratoris fiſci *l.* 3. *C. quand. fiſc. vel priv.* judicum rectorumque provinciæ *l.* 33. *C. de decur.* & ita accipe officium in *l.* 45. §. 9. *D. de jur. fiſc. l.* 6 §. 5. *D. de offic. præſid. l.* 17. *D. de in*

jus

jus voc. l.1. C. ad SC. Turpill. l.7. §. ult. qui satisd. cog. l.11. D. ad exhib. Paul. *lib. 5. Sent. tit. 34. §. 1. l. 74. D. de evict. l.2. C. de fid. & jur. hast.* Legimus quoque eodem sensu *officium* militare in *l.2. C. si mancip. ita ven. ne prostit.* moderatoris provinciæ *l.54. D. de decurion.* præsidiale *l. 1. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. l. 6. C. de sent. & interloq.* præsidis provinciæ, vel proconsulis *l. 4. §. ult. de fugitiv.* amplissimæ sedis *l. un. in fin. C. de coll. don.* Tertullianus de anima *c.11.* Gravior, ait, invidia est in præsidem, quum *officia* pulsantur. Plus cæditur, qui jubet, quando nec, qui obsequitur, excusatur.

Officium etiam dicebatur, intereesse sponsalibus amicorum, ad signandum advocatos adesse, & alia id genus. Juven. *Sat. 2. v.* 134. Quæ causa *officii*? quid? quævis? Nubit amicus. Plin. *lib. 6. epist.* 15. Interest officiis, adhibetur consiliis. Tertullian. *de Idololatr. c.16.* Circa officia vero privatorum, & communium solemnitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nominalium. *Apul. lib. 6. metam. p.* 154. speciosus adolescens --- votisque nuptialibus pacto jugali pridem destinatus, consensu parentum tabulis etiam maritus adpellatus ad nuptias, *officio* frequenti cognatorum & affinium stipatus templis, & ædibus publicis victimas immolabat.

Sed & in obscenis usurpatum esse *officii* verbum M. Sen. *in proœm. lib.4. controv.* indicat, de Haterio loquens in hunc modum: Memini illum, quum libertinum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse: Impudicitiæ in ingenuo crimen est, in servo necessitatis, in liberto *officium*.

Officium publicum etiam est solemnitas initi magistratus, veluti consulatus, præturæ, quæsturæque, ad quam & amicos suos advocabant, muneraque, & dona iisdem missitabant, magistratum auspicantes. Mentio horum officiorum fit in *l.1. C. Th. de expens. ludor. l.7. pr. l.8. C. Th. de honorar. codic.*

Ofilius (Aulus) ICtus, de quo supra sub *Aulus*. Ofilius ad Atticum citatur in *l.234. D. de verb. sign.* Scipio Gentilis *lib. de alim. c.11. p.7.* existimat ibi pro *ad Atticum* rescribendum esse *ad Appium*, intelligendumque Appii Claudii librum de actionibus, de quo Pomponius *l.2. §.36. D. de orig. jur.* Nam & Ofilii librum de actionibus exstitisse, intelligi ex *l.3. §.5. & §.8. D. de penu legat.* At hanc divinationem minus necessariam censet Heinecc. Ofilium enim librum suum inscribere viro suæ ætatis T. Pomponio Attico, atque ita librum æque nomen *Ofilii ad Atticum* ferre potuisse, ac illum *Ciceronis ad Trebatium*.

Olea modo pro arbore, modo pro fructu, id est, ipsa oliva accipitur. Ita olea excutitur, vel per se decidit *l.13. D. quib. mod. usufr.* Ad premendam oleam fiscis utimur *l.19. §.2. D. locat.* Adde *l.15. §.2. D. eod. tit. l. 42. D. de usu & usufr. legat.*

Oleaginea pocula *l.30. D. de leg. 3.*

Olearius, *a*, *um. Olearia* merx *l.13. D. de inst. act.* vasa *l.19. §.2. D. locat.*

Olearia mensæ, de quibus est singularis titulus *C. Th.* puta *tit. 24. lib. 14. Olearia* mercatores *l. 4. §. ult. D. de mun. & honor.* subaudi *mercis*; sunt qui vendunt emuntque oleum *l.5. §. 14. D. de inst. act.*

Olere os alicui dicitur, cui anima fœtet, quod ex illuvie oris acci-

accidere solet, vel corporis vitio, veluti quod jecur, quod pulmo, aut aliquid similiter olet *l.* 12. §. *ult. D. de ædil. edict.*

OLEUM ex olivis expressa pinguedo. Oleum ex olivis alienis facere *l.* 12. §. 3. *D. ad exhib.* Si oleum vir pro uxore in æde sacra posuerit *l.* 5. §. 12. *D. de donat. int. vir. & ux.*

OLFACERE odore percipere. Mulam equus olfecit *l. ult. D. si quadr. paup. fec.*

OLITORIUS, *a*, *um* ab olere. Olitorii horti *l.* 13. §. 4. *D. de usufr.* sunt horti, in quibus crescunt, quæ esui sunt, & ab hortis vinearii separantur, nec ad urbana referuntur prædia, in quibus eorum plurimi in reditu sunt per *l.* 198. *D. de verb. sign.*

OLIVA fructus oleæ. Olivarum nuclei *l.* 55. *D. de legat.* 3. *l.* 167. *D. de verb. sign.*

OLIVARE. Oleum ad olivare reverti non potest *l.* 7. §. 7. *D. de adqu. ver. dom.*

OLIVARIÆ molæ *l.* 21. *D. de instr. vel instr.* Eædem olearæ molæ Varroni *de ling. lat. lib.* 4.

OLIVETUM *l.* 58. *D. de contrah. emt.* Si oliveta fecerit Ulp. *tit.* 6. §. 16.

OLUS in *l.* 12. §. 1. *D. de usu & hab. pr. Inst. eod. tit.* sunt herbæ, quibus & homines vescimur.

OMITTERE hereditatem proprie est prætermittere, uti veteres loquuntur. Unde omittere, & adquirere hereditatem, pugnant *l.* 54. *D. solut. matrim. & vulgr. tit. D. de adqu. vel omitt. her.* itemque omittere, & adire *l.* 50. §. *ult. D. de her. inst. l.* 34. *D. de vulg. & pupill. subst.* Interdum tamen & *omittere* & *repudiare* separantur: Si quis juvenili ætate fructus omiserit, vel repudiaverit hereditatem *l.* 24. §. 2. *D. de minor.* Non tantum enim, qui repudiat, sed & qui tempore excludi se patitur, omittere dicitur. Nec extraneus tantum homo, heres institutus, verum etiam suus patris hereditatem omittit. Et sic omittere hereditatem legimus *l.* 7. §. *ult. D. de adqu. vel omitt. hered. l.* 4. *D. unde leg. l* 23. *D. de cond. & dem. l.* 53. *D. und. legit.* & passim. Qui occasione adquirendi non utitur, veluti qui omittit hereditatem.

Omittere adire hereditatem *l.* 9. *D. de suis & legit.* adit. onem *l.* 76. §. *ult. D. de adqu. vel omitt. her.* Sive omiserint instituti, sive non omiserint *l.* 12. *D. de legat. præst.* Subintellige hereditatem.

OMITTERE bonorum possessionem *l.* 2. *D. de except. rei jud. l.* 2. §. 8. *D de bon. poss. secund. tab. l.* 14. & 15. *pr. D. de legat. præst.* cui contrarium est *accipere l.* 14. *pr. D. eod. tit.* Omisisse bonorum possessionem intelligitur, qui vel tempore exclusus non petiit, vel repudiavit, ut loquitur Julianus *l.* 20. § 4. *D. de bon. libert.*

Omittere fideicommissum *l.* 34. §. 2. *D. de legat.* 2. causam testamenti *l.* 17. §. 1. *D. de castr. pecul.* id est prætermittere institutionem, ut loquitur Neratius *l.* 13. *D. de test. mil. Omittere* legatum *l.* 31. *D. de test. milit.* partem suam *l.* 76. *D. de adqu. vel omitt. hered.* successionem ex testamento *l.* 3. *C. de impub. & al. substit.*

Omittere etiam est silentio præterire, & neque instituere, neque exheredare. Ita si quis filium, quem in potestate habuit, instituerit heredem, vel exheredaverit, ex eo nepotem omiserit *l.* 4. §. *D. de bon. poss. contr. tab.* Si filius heres institutus sit omisso postumo *l.* 16. *D. de lib. & postum.*

Omittere & generatim est præter-

termittere, deserere, vel negligere aliquid eorum, quæ agi, fieri, exerceri, interponi, objici, allegarive poterant. Sic *omittere* actiones *l.*25. §.4. *D. locat. conduct.* allegationem *l.* 36. *D. de minor.* auxilium adpellationis *l.*8. §.8. *D. mand.* beneficium SCi *l.* 2. §.20. *D. ad SC. Treb.* cautionem *l.*6. *D. de magistr. conven.* conditionem *l.*8. *D. de condit. inst.* id est, ei non parere.

Omittere debitorem, & fidejussorem convenire *l.*49. *D. de fidejuss. Omittere* defensionem *l.* 5. §3. *judic. solvi* emolumentum *l.*44. *D. de minor.* exceptionem *l.*10. §.12. *D. mand.* inquisitionem caussæ *l.*34. *D. de jur. fisc.* injuriarum judicium *l.*33. *D. de minor.* jus suum Ulpian. *lib.* 28. *reg.* §. 6. necem inultam *l.* 1. *C. de iis, quib. ut indign.* nunciationem novi operis *l.*5. §. 12. *D. de nov. oper. nunc.* verborum obligationem *l.*6. *D. de transact.* officium pietatis *l.* 1. *C. de iis, quib. ut indign.* pactum *l.* 5. *D. quæ res pign.* persecutionem pignoris *l.* 24. *C. de pign.* personam interpositi *l.* 17. *D. ad leg. falcid.* pignus *l.* 18. *D. quæ in fraud. credit.* possessionem *l.*4. §. 1. *D. de alienat. jud. mut. caus.* præscriptionem *l.*6. *D. de exceptions.* querelam *l.*6. *C. de transact.* rationem Falcidiæ *l.*19. *D. quæ in fraud. credit.* retentionem *l.* 14. §.1. *D. ad leg. falcid.* reum promittendi *l.* 56. *D. mandat.* stipulationem *l.*1. §. 17. *D. ut legat. seu fideic. caus.* vectigal *l.*9. §.6. *D. de publ.* verba fideicommissi *l.*67. *D. de legat.* 2. Inter causas omittendi, id est, deserendi *l.*26. *D. mandat.*

OMNIFARIAM omnibus modis *l. ult. C. de his, quæ sub mod.* Ea lex quidem, ut & ceteræ, ubi illud verbum legitur, ex eo ævo sunt, quo jam pridem labem contraxerat latinitas: at vocabulo tamen non solum analogia adsistit, quum recte dicatur bifariam, trifariam, multifariam, sed & vetustioris scriptoris, puta Gellii auctoritas *lib.*12. *c.* 13. Oceanus, inquit, terras omnifariam, & undique circumfluit. Apulei. *lib.* 2. *metam. p.*123. Et nescio, qui simile passus, ore undique omnifariam deformato, truncatus est. Tertull. *lib.*2. *adv. Marcion. c.*19 *& in Scorpi. cap.* 2. Priscian. *lib.* 18. *p.* 1197. Nos, inquit, *omnifariam* quidem pro *per omnes*, ponimus, *ubique* autem, in loco, *undique* de loco, & *quoque* ad locum. *Hein.*

OMNIMODIS pro omnibus modis in *l.* 17. *pr. C. Th. de bonor. codic.* Gell. *lib.*2. *c.*18. Non omnes omnimodis Diis exosos esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur.

OMNIMODO. Vox hæc interdum necessitatem imponit, cui quis velit, nolit, subjicitur, idemque valet, quod *districte*, & ut vulgo loquimur, *præcise*. Sic natum omnimodo cogitur alere *l.*1. §. *ult. D. de adgnosc. & al. liber.*

Omnimodo alias idem valet, quod *indistincte*, & absolute, nulla adhibita distinctione. Et ita accipitur in *l.* 38. *D. de hered. pet. l.* 29. *D. de fideic. libert. l.* 24. §. 2. *D. de minor. l.* 8. *D. qui sin. manumiss.*

Omnimodo pro in omnem casum *l.* 18. *D. de reb. cred. l.*65. *D. ad SC. Treb.* & passim.

Omnimodo, id est omnino *l.* 35. *D. de her. pet. l.* 38. *D. ad Leg. Aquil.* & alibi.

Omnimodo pro re vera *l.* 1. §.1. *D. de ventr. in possess. mit.*

OMNINO non in *l.* 1. §. *ult. D. de oblig. & act. l.*26. §. 3. *D. de cond. indeb.* id est, neutiquam. At in *l.*8. §.7. *D. de fidejuss.*

jusſ. Non omnino obligari eſt *non in totum*, nec in duriorem cauſſam, ſed pro parte, puta in ſummam debitam obligari fidejuſſorem. *Hein.*

Omnino interdum idem, ac generatim. Sed quum omnino de teſtamentis, & de heredibus, qui in teſtamento inſtituuntur, loquuti ſimus *pr. Inſtr. de legat.*

OMNIS, e univerſalitatem notat. Hinc Tertullian. *de virg. veland. c.* 8. omnem, ait, intelligi omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis, additque, ſi quidem omne totum eſt, & integrum, & nulla ſui parte defectuum. Per *omnia*, id eſt, in omnibus, ſeu in totum *l.* 1. *D. de legat.* 1. *l.* 1. §. 1 *D. de SC. Sil.* *Omnes* pro ſinguli *l.* 22. *D. de uſu & uſufr. leg.* Omnibus menſibus ait Cic. *lib.* 2. *de fin. c.* 31.

OMOOYΣIA ejuſdem ſubſtantiæ. Incorruptæ Trinitatis indiviſa ſubſtantia, quæ græco vocabulo ὁμοουσια recte credentibus dicitur *l.* 2. §. 1. *C. de ſumm. Trinit.* quæ eſt *l.* 6. *C. Theod. de hæret.* ubi tamen pro ὁμοουσια vocabulum ὁσια habetur, de quo infra.

ONERARE eſt aliquid oneris imponere. *Onerare* navem *l.* 6. §. *ult. D. locat.* parietem *l.* 40. §. 1. *D. de damn. infect.* quadrupedem *l.* 1. §. 1. *D. ſi quadrup. paup. fec.*

Onerare prægravare. Sic *Onerare* actionibus hereditariis Paul. *lib.* 4. *ſent. tit.* 2. §. 1. annonam *l.* 6. §. *ult. D. de extraord. cogn.* ſupervacua cautione *l.* 14. §. *ult. D. ut legat. ſeu fideic.* creditores *l.* 1. §. 1. *D. de ſepar.* duplici damno *l.* 4. §. 2. *D. de leg. Rhod.* facto alieno *l.* 27. *D. de procurat.* fidejuſſorem *l.* 54. §. 1. *D. de fidejuſſ.* libertatem *l.* 1. §. 1. *D. quar. rer. act. non det.* mendaciis *l.* 1. *D. quand. adpell.* opinionem, id eſt famam *l.* 13. *C. ex quib. cauſ. infam.* provinciam *l.* 4. *D. de offic. proconſ.* patronum *l.* 44. *D. de bon. libert.* ſatisdatione *l.* 39. §. 1. *D. de noxal. act.* ſumtibus *l.* 32. §. 5. *D. de admin. & peric. tut.* tutela *l.* 32. §. *ult. D. de teſt. tut.* tutores *l.* 34. *D. de adm. & peric. tut.* verecundiam *l.* 17. *C. ex quib. cauſ. infam.* uſuris *l.* 9. §. 4. *D. de adm. & per. tut.*

Onerare nos & ea dicuntur, quæ diſpendio ſunt, non ulli fructui. Ita onerare teſtator dicitur heredes, a quibus quid legat, vel fideicommittit, relinquit, ſeu dare, præſtare, facereve quid jubet *l.* 36. §. *ult. D. de uſu & uſufr. legat. l.* 76. *D. de legat.* 1. *l.* 3. §. 4 *D. de adim. leg.* Res quæ patrimonia onerare magis impendio, quam augere fructibus conſueverunt *l.* 1. §. 20. *D. de ventr. in poſſ. mitt.*

ONEROSUS creditor, id eſt durus & acerbus *l.* 25. D. *de pignor. act.* Oneroſus ſervus, qui ſumtui magis eſt, quam uſui, cujus nullæ ſunt operæ *l.* 8. §. 4. *D. mand.*

ONESIPHORUS ſervi nomen in *l.* 59. §. *ult. D. de manum. teſtam.* idem, ac utilitatem adferens ὠφελειαν φερων. De quibus, ſimilibuſque nominibus vid. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 31. *p.* 181. *ſequ.*

ONUS, *eris* vulgo ſarcinam ſignificat, vel hominibus, vel animalibus impoſitam, quamquam Cornel. Fronto *de differ. voc. p.* 2198. onus vehiculorum, & majus eſſe *ſarcinam* hominum, tradit. Ita ſi quis onere preſſus rem in viam abjecerit *l.* 8. D. *de leg. Rhod.* Si mulæ retinere onus nequiſſent *l.* 52. §. 2. D. *ad leg. Aquil.* Adde *l.* 1. §. 4. D. *ſi quadrup. paup. fec. l.* 11. D. *quem. ſerv. amitt.*

Onus

Onus etiam vocant merces navi impositas *l.* 61. §. *ult. D. locat. Onus* avertere phrasis est nautica, qua usus est Tertullian. *lib.* 5. *adv. Marcion. c.* 1. dum ait: Quamobrem, Pontice nauclere, si numquam furtivas merces, vel illicitas in acatas tuas recepisti, si nullum *onus avertisti.* Hinc *oneris averti* actio *l.* 31. *D. locat. cond.* Eam ab actione furti ita discrepasse censet Corn. Van. Bynkersh. *lib.* 8. *observ. c.* 3. quod hæc daretur, si nauta dolo malo & lucri faciendi causa aliquid e rebus navi impositis averterit, & subtraxerit, illa si onus anteverterit culpa, non dolo, vel dolo quidem, sed damni dandi, vel alterius cujusque rei, quam lucri faciendi causa: Quo loco vir doctissimus simul Cujacii *lib.* 8. *observ. c.* 39. *& in Comm. ad l.* 5. *C. de navicul.* Franc. Connani *Comment. lib.* 8. *c.* 11. Charondæ *lib.* 3. *verosim. c.* 5. Panciroli *lib.* 2. *var. lect. c.* 43. de hac actione oneris averti sententias erudite expendit. *Hein.*

Onus vel *onera* dicuntur etiam ædificia, quibus parietes premuntur in *l.* 33. *D. de servit. præd. urb. l.* 35. *l.* 40. § 1. *D. de damn. infect. oneris ferendi* servitus est jus ædium nostrarum partem imponendi vicini columnæ, vel parieti §. 1. *Inst. de servit. præd. urb.* Eam vulgo dicunt anomalam, quia dominus parietis aliquid facere, puta, parietem reficere teneatur per *l.* 33. *D. eod. tit. l.* 6. §. 2. *D. si serv. vind.* & eo respectu differre ajunt a servitute tigni immittendi arg. *l.* 8. *D. eod. tit.* Tamen in istis legibus non est quæstio, an dominus prædii servientis teneatur reficere columnam vel parietem, sed an tale pactum iniri possit, ut reficiat? Quidam id negabant, quod servitus consistere nequeat in faciendo. Alii affirmabant, quod eo facto quis non cogatur ad faciendum, siquidem ei salva sit libertas derelinquendi columnam, vel parietem. Itaque si non intercesserat hujusmodi pactum, procul dubio sequendum erat jus commune. Hein. *in pand. lib.* 8. *tit.* 2. §. 142. *in not.*

Onus quoque dicitur metaphorice, veluti de actionibus *l.* 3. *D. fam. ercisc.* Itemque *onus* æris alieni *l.* 53. *D. de legat.* 2. alimentorum *l.* 15. *pr. D. de alim. & cib. leg.* calefactionis, & præbitionis *l.* 35. §. *ult. D. de legat.* 3. cautionis *l.* 12. *D. ut legator.* deductionis *l.* 5. *D. de legat.* 2. fideicommissi *l.* 15. *D. de aur. arg. leg.* fidejussorum *l.* 7. *D. de fidejuss. & nom.* fructuum *l.* 14. *D. de impens. in res dot.* hereditatis, & hereditatum *l.* 1. *C. si cert. pet. l.* 20. §. *ult. de bon. libert.* indictionum *l.* 28. *D. de usu & usufr.* legatorum *l.* 18. *D. de legat. præst.* liberandorum prædiorum *l* 57. *D. de legat.* 1. liberorum *l.* 5. §. 12. *D. de agnosc. & alend. lib.* matrimonii *l.* 56. §. 1. *D. de jur. dot.* obligationis *leg.* 48. *D. de fidejus.* patrimoniorum *l.* 2. *D. de veteran.* petitoris *l.* 62. *D. de judic.* probandi *l.* 22. *D. de legat.* 2. probationis *l.* 15. *C. de probat.* satisdationis *l.* 18. *D. de interrog. in jur. fac.* usurarum *l.* 54. *D. locat.*

Onus pro munere. Onera civilia *l.* 6. *D. de curat. furios.* decurionatus *l.* 21. §. 3. *ad municipal.* dignitatis *l.* 1. §. 16. *de collat. honor.* municipale *l.* 3. *C. ne ux. pro marit.* navicularium *l.* 12. *C. Th. de decur.* primipili *l.* 11. *C. de compens.* tutelæ *l. ult. C. de in lit. jur.* Tria onera tutelæ dant excusationem *l.* 3. *C. eod. tit.*

Ceterum passim obviæ sunt locu-

quationes *Onus* adgnoscere *l.* 15. *pr. D. de alim. & cib. leg.* excipere *l.* 48. *D. de fidejuss.* habere *l.* 5. *D. de legat.* 2. recipere *l.* 13. *D. de alim. & cib. legat.* subire *l.* 42. *D. de adquir. vel omitt. hered.* suscipere *l.* 28. *§. ult. D. de bon. libert.* sustinere *§.* 5. *Inst. de fidcic. hered.* in se sustinere *l.* 34. *D. de legat.* 2. *Onus* redundat ad heredem *l.* 50. *§.* 2. *D. de legat.* 1. *Oneribus* implicari *l.* 34. *D. de adquir. vel omitt. hered.* obstrinxi *l.* 14. *§. ult. D. ad SC. Trebell.* se subjicere *l.* 6. *D. de fidic. libert.* Quibus adversantur *Onus* detrectare, *Onere* levari, vel liberari, ut est in *l.* 12. *D. de pulg. & pupill. subst.* carere *l.* 70. *§.* 2. *D. de legat.* 1. ab oneribus se emergere *l.* 20. *§.* 1. *D. de adqu. vel omitt. her.*

ONUSTUS, *a, um* onere gravatum. Onusta navis *l.* 4. *D. de leg. Rhod.* onusta plaustra *l.* 2. *§.* 2. *D. ad Leg. Aqu.*

ONYX arabicus *l. ult. §.* 7. *D. de publican.* ad differentiam unguici, a quo colore distat. Nam unguicus igniculos habet, albisque intercentibus zonis. Inde autem nomen habet, quod habeat pertinctum candorem in similitudinem unguis humanæ, ut Isidor. *Orig. l.* 16. *c.* 8. tradit. Meminit & onychum in solis Arabiæ montibus nascentium Plin. *lib.* 36. *c.* 7.

OPERA, & frequentius plurativum, *operæ* significant, quidquid fit in alterius lucrum, commodum, aut voluptatem. Ita libellum exceptor operas suas locare dicitur in *l.* 19. *§. ult. D. locat.* Locat artifex operam suam, quæ est, faciendi necessitatem *l.* 5. *D. de præscr. verb.* Qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locaverit *l.* 37. *D. de oper. libert.* Mulier, quæ operas suas in scenam locavit *l.* 10. *§. ult. D. ad leg. jul.* Amicorum ludis gratuitam operam præbere *l.* 27. *D. de operib. libert.*

Operæ quandoque significant ipsos homines, qui operas præstant, ut qui insulam fieri spopondit, non utique plurimis operis adhibitis festinare debet *l.* 133. *§.* 3. *D. de verb. oblig* Cic. *ad Att.* 4. 3. prohibere operas aditu. Plaut. *Amph.* 1. 16. Ipse dominus dives *operis*, & laboris expers &c. *operis*, id est, operariis servis. Horat. 2. *sat.* 7. *v.* 118. Accedes opera agro nova Sabino, id est, vinctus traderis in agrum Sabinum, ut pro mancipio ibi novo opus facias. Hinc translate Cicero *Phil.* 1. 9. Mercenarias operas vocat conductitiam multitudinem in foro vel comitiis, quæ accepta pecunia velle se simulat, quidquid, qui eam conduxit, voluerit. Fabri *thesaur. erud. schol.* voce *opera.*

Operæ maxime sunt officii, vel ministerii a servo, libertove debiti præstatio. *Operæ* sunt diurnum officium *l.* 1. *D. de oper. libert.* operæ per singulos dies dantur *l.* 20. *§.* 5. *D. de statu lib.* Eas pro numero dierum, quibus debentur, unam vel plures dici, certoque numero definiri videmus, veluti si non una sed plures operæ sint *l.* 15. *§.* 1. *D. de oper. libert.* Si communis libertus patronis duobus operas mille daturum se juraverit, quingenas potius deberi, quam singularum operarum dimidias *l.* 15. *§. ult. D. eod. tit.* Operæ necessario singulæ edendæ sunt *l.* 20. *§.* 5. *D. de statulib.* nec pars operæ per horas solvi potest, quia id officii diurni *l.* 3. *D. de oper. lib.*

Operæ patrono a liberto debitæ aliæ *officiales*, aliæ *artificiales* sunt. *Officiales* intelligimus, quæ immediate in commodum personæ re-

redundant, veluti Ut cum patrono moretur, peregre proficiatur, negotium ejus exerceat *l.* 38. *D. de oper. libert.* Eæ alii deberi non possunt, quam patrono, cum proprietas earum & in edentis persona, & in ejus, cui eduntur, consistit *l.* 9. §. 1. *D. eod. tit.* Artificiales, quæ *fabriles* in jure nostro dicuntur *in d. l.* 9. eæ sunt, quas secundum modum artificii, quod tenet, libertus præstare debet. Eædem a quocumque cuicumque solvi possunt. Sane enim jubente patrono & alii edi possunt *d. l.* 9. *D. de oper. lib.*

Operæ liberales *l.* 26. *D. eod. tit.* pictoriæ *l.* 24. *D. eod. tit.* *pistoriæ l.* 73. §. 1. *D. de legat.* 3. mancipiorum *l. ult. C. de pact. pign.* diurnæ *l.* 3. *de ann. leg.* histrionicæ *d. l.* 73. §. 3. turpes *l.* 6. *D. de oper. lib.*

Operarum actio *l.* 30. §. *ult. D. de oper. libert.* editio, id est præstatio *l.* 24. *D. eod. tit.* exactio *l.* 48. *D. eod. tit.* judicium *l.* 2. *D. eod. tit.* id est, judicium de operis, ut in *l.* 13. §. 1. *D. eod. tit.* legatum *l.* 5. §. *ult. D. usufr. quemadm. cav.* obligatio *l.* 34. *D. de oper. libert.* persequutio *l.* 7. §. 4. *D. de verb. obl.* petitio *l.* 20. §. 2. *D. de adquir. vel omit. her.*

Operas edere *l.* 24. *D. de oper. libert.* exercere *l.* 16. *pr. D. eod. tit.* exhibere *l.* 26. §. 12. *D. de condict. indeb.* exigere *l.* 13. §. 3. *de oper. lib.* imponere *l.* 32. *D. eod tit.* indicere *l.* 23. §. *ult. D. eod. tit.* præbere *l.* 27. *D. eod. tit.* præstare *l.* 10. *D. de fidejuss.* reddere *l.* 20. §. *ult. D. de oper. lib.* suscipere *l.* 22. *D. de præscr. verb.*

In eo, quod dicitur, servos, in quibus usumfructum habemus, item alienos, liberosve homines, qui bona fide nobis serviunt, quod ex *operis* suis parant, nobis adquirere, qualem intellectum habeat, vide *l.* 19. *D. de adquir. rer. dom. l.* 25. §. 3. *D. de usufr.* §. 4. *Inst. per quas person. cuiq.* & apud Caium *lib.* 2. *Inst. tit.* 1. §. 7.

Nec hominis modo, sed cujusvis animalis *operæ* dicuntur *l.* 5. §. *ult. D. usufr. quemad. cav.*

Operam dare ut, id est, efficere ut, veluti in *leg.* 1. *D. si quid in fraud. patron. l.* 41. *D. de adquir. rer. dom.* Hinc *data opera* est de industria, consulto, studiose, ex proposito in *l.* 1. *D. de alien. jud. mut. caus. l.* 1. *D. de eo, quod cert. loc.* Donat. *in Ter. Hecyr. Act.* 2. *sc.* 1. Opera est, si scientes læserimus, culpa, si nescientes.

Operam dare dicitur judex, qui notioni caussæ vacat, laboremque impendit. Si forte aliqua occupatio judicem non patiatur operam judicio dare *l.* 18. *D. de judic.* Adde *l.* 14. *D. de vacat. & excus. mun.*

Opera etiam advocatorum dicitur, ut apud Ciceron. *lib.* 1. *ad famil. Epist. ult.* Hominem occidat opportet, qui tua opera uti vult. Et *lib.* 2. *Epist.* 14. Novi ego vos magnos patronos, hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Plaut. *Asinar. Act.* 5. *sc.* 1. Senatui operam dare, aut clientibus.

Operam etiam dare dicitur auditor magistro, quo utimur. Sic Tubero *Ofilio* operam dedit *l.* 2. §. 46. *D. de orig. jur.*

Porro & qui vel magistratum gerebant, vel stipendia faciebant, dabant operam. Ita *operam* dare castris *l.* 3. §. 1. *D. de mun. & hon.* militaribus laboribus *l. C. de restit. in integr.* reipublicæ *l.* 1. *D. ex quib. caus. maj.* 20. *an.*

Operas quoque dare dicebantur, qui vectigali exigendo inserviebant,

bant, ut in *l.* 34. *D. eod. tit.* Cic. *in Verr.* 2. 70. Canulejus vero, qui in portu Syracusis *operas* dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat. Idem *lib.* 13. *Epist.* 65. Familiæ, qui *operas* in scriptura pro magistro dat. Donat. *in Ter. Phorm.* 1. 2. Magistri tributorum, id est, qui publicanis operam in portu dabant. Ulpian. de his, qui publicanis serviunt. Plerumque, inquit, vagi Servi, & fugitivi publicanorum operis, etiam a scientibus habentur *l.* 12. *D. de publican. & vect.*

OPERARI opus facere *l.* 1. §. 7. *D. statu lib.* servi, qui operari in agro consueverunt *l.* 35. §. 3. *D. de hered. inst.*

Operari reipublicæ, id est, operam dare *l.* 15. §. 1. *D. ad leg. Jul. de adult.*

Operari vires & effectum habere significat in *l.* 7. *C. de jur. dot. l.* 5. §. 1. *C. de liberal. caus.*

OPERARIUS. Si rusticis ejus fundi operariis moleretur *l.* 18. §. 5. *D. de instr. vel instrum. leg.*

OPERCULUM putei *l.* 7. §. 2. *D. de act. emt. vend.*

OPERIRE, tegere, obturare *l.* 13. §. *ult. D. l.* 14. *D eod. tit. l.* 1. §. *ult. D. de riv. l.* 24. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

OPERULA deminutivum ab *opera*. Operula ista defuncti sunt *l. ult. D. de proxenet.*

OPHITÆ hereticorum genus, de quibus in *l.* 5. *l.* 10. *l. pen. C. de hæret.* a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις, dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum induxisse virtutis cognitionem *c.* 38. §. 9. *caus.* 24. *quæst.* 3. Philastr. *in Catal. hæres. c.* 1. Ophitas seu *serpentinas* ab eo dictos tradit, quod colubrum colant, adferentes, initium scientiæ boni & mali nobis eum primitus attulisse. D. Augustin. *de hæres.* Ophitæ a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Hunc autem colubrum Christum arbitrantur. Sed habent etiam verum colubrum, adsuetum panes eorum lambere, atque ita eis velut eucharistiam sanctificare. Quidam dicunt *Ophitas* e Nicolaitis, seu Gnosticis exstitisse, & per eorum fabulosa figmenta ad colubrum colendum fuisse perventum. Ita vetus codex habet. Si vera sunt, quæ de ophitis scribunt Epiphan. *hæres.* 37. *c.* 5. & scholiastes Basilicorum *ad lib.* 21. *p.* 581. eos vere serpentem coluisse, cistæ inclusum, procul dubio hi pagani fuerunt, qui quædam sacræ scripturæ testimonia ad se mira audacia rapiebant. Illo enim cultu serpentum cistarumque usu nihil fuit apud paganos notius. Sane Ophitas a Jesu doctrina plane alienos, Jesum omnino abnegare scribit Origen. *adv. Cels. lib.* 3. *p.* 119. & *lib.* 7. *p.* 358. immo idem *lib.* 6. *p.* 294. testatur, neminem in coetum suum admisisse, ἐαν μὴ ἀρας θηται κατα τῦ Ἰησυ. Vid. Jo. Alb. Fabric. *in not. ad Philastr. p.* 7. *seqq. Hein.*

OPIFEX seu artifex *l.* 1. §. 7. *D. de extraord. cogn.*

OPIMUS, *a*, *um*. Opimi fundi *l.* 1. *C. Theod. sine cens. & reliqu. l.* 8. *C. Theod. de censitor.* Syriam quoque opimam & fertilem, dixit Cicero *pro domo c.* 9. & opima arva Virg. *Æneid.* 2. 781.

OPINARI, id est, putare, existimare, quo verbo suas de juris quæstionibus sententias Jurisconsulti concipiunt *leg.* 7. §. 7. *D. de contr. tut. l.* 4. §. *ult. D. de hered. inst.* At & vulgus opi-

nari dicitur in *l.* 56. *D. de evict.* Nec sufficit opinari, sed & donatum esse oportet *l.* 1. *pr. D. pro donat.*

OPINATOR exactor militaris annonæ, ipso interprete Triboniano in *l.* 11. *C. de erogat. milit. annon.* Hanc enim interpretationem eo loco Tribonianum de suo dedisse, planum fit ex *l.* 16. *C. Theod. de exaction.* Sic cum eo hoc verbum accipiemus in *l.* 7. *C. de exact. tribut. lib.* 11. *C. de exact. & transl. milit. annon. l.* 34. *C. Th. de annon. & tribut.* D. Auguſt. *Epiſt.* 13. Fauſtus ait, cum debito decem & ſeptem ſolidorum ab *opinatoribus* urgeretur, ut redderet, quod ad præſens, unde explicaret ſe, non inveniebat, ne corporalem pateretur injuriam, ad auxilium ſanctæ Eccleſiæ convolavit. Eoſdem mox *exactores* adpellat. Gloſſa vetus apud Salmaſ. *in hiſt. Aug. p.* 300. Opinato ο της στρατιωτικης αννωνης απαιτητης militaris annonæ exactor. Alia apud eumdem; *Opinator*, æſtimator, vel qui conducit aliquid, trutinat, vel adpendit. Quæ verba, in quo conſtiterit opinatorum officium, & unde id nomen acceperint, ſatis plannm facere videntur. Nec improbabilem tamen dixeris interpretationem Bynkersh. *lib.* 6. *obſerv. c.* 22. qui quum in gloſſa vetere apud eumdem Salmaſ. *ad Trebell. Pollion. de* 30. *tyrann. in Victorin. c.* 5. obſervaſſet, opinionem ſignificare συνοψιν, *opinatores* inde dictos cenſet, quod militarem annonam ſecundum certam opinionem, id eſt συνοψιν, vel formam præſcriptam exigerent. *Hein.*

Opinatores præterea dicuntur auxilia fœderatorum in *l. ult. C. de locat. Nov.* 116. *c.* 1. *Nov.* 117.

OPINIO, quod quis credit, exiſtimat, arbitratur. Aliquando amplius eſt in opinione, quam in veritate *l.* 15. *D. de adquir. vel om. her.*

Opinio pro fama, & exiſtimatione, itemque pudore accipitur *l.* 8 §. 11. *D. de tranſact. l.* 17. §. 6. *C. de curat. furios. l.* 7. *D. quemadm. teſt. aper. l.* 28. *C. de epiſc.* Opinionem ejus onerant *l.* 13. *C. ex quib. cauſ. infam.* id eſt, verecundiam *l.* 17. *C. eod. tit.* Bonæ opinionis cognati *l.* 6. *C. de ſuſpect. tut.*

Opinio ſententia aliqua doctoris. Mea fert opinio *l.* 7. §. 3. *D de veh. eor.* In qua opinione ego ſum *l.* 24. *D de Ædilit. edict.* Opiniones autem a ſententiis ita differre docet Theophilus *ad* §. 8. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* ut ſententia ſit perfecta, & indubia reſponſio, veluti hoc facere licet, hoc facere non licet. Opinio vero ſuſpenſa & timida, ac cum dubitatione elata reſponſio, ut exiſtimo hoc fieri licere, exiſtimo hoc fieri non licere. Sic *opinionum* libros 6. ſcripſerat Ulpianus, ut ex Indice Florentino, & inſcriptione *l.* 62. *D. de regul. jur.* intelligere licet.

Opinio pro relatione judicis *l.* 5. *C. Theod. de relation. l.* 7. 8. 9. 14. 16. *C. Th. de adpell. l.* 6. §. 3. *l.* 18. *l.* 19. *C. eod. tit.*

Opinionem pro cenſu, & profeſſione cenſuali, vel potius pro συνοψει, & forma præſcripta exigendorum cenſuum, annonarum, & ſpecierum uſurpant Imperatores *l. ult. C. de præd. & omn. reb. navicul. l. ult. C. de collat. fund. fiſc. vel rei priv.* vide art. *Opinatores*.

OPISTHOGRAPHUS charta in tergo ſcripta. Si in opiſtographo quis teſtatus ſit *l.* 4. *D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* Ejuſmodi eſt ſcriptura, de qua dixit Juven. Scriptus & in tergo, nec

nec dum finitus Oreſtes. Et Martial. Scribit in averſa Picens epigrammata charta. Plin. *in lib. 3 Epiſt. 5.* Reliquit, ait, commentarios & minutiſſimis litteris ſcriptos. Hæc quidem ſcribendi ratio ab uſu veterum receſſit, qui plerumque una tantum in parte ſcribebant, quia ſcriptas chartas poſtea involvebant, unde volumina dicta ſunt. Adde Cujac. *lib. 8. obſerv. c. 15. & Comment. ad l. 1. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* Guid. Panciroll. *lib. 2. var. c. 108.*

OPORTET, neceſſe eſt. *Oportet* enim neceſſitatem importat *l. 3. §. 13. D. de mun. & honor. l. 39. §. ult. D. de procur. l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol.* In formula *oportet*, *oportebitve* prius verbum præſens tempus demonſtrat. Et ideo quum ſtipulamur. *Quidquid te facere oportet*, non amplius in ſtipulationem deducitur, quam quod præſenti die debetur. Et ideo, ut futura obligatio deducatur, adjici debet *oportebitve l. 76. §. 1. l. 89. l. 125. D. de verb. oblig.* ut in Aquiliana ſtipulatione: Quidquid te mihi ex quacumque cauſſa dare facere *oportet, oportebit l. 18. §. 1. D. de acceptil.* Simili modo, ſi quis legaverit, quidquid mihi Lucium Titium dare, facere *oportet*, ea pecunia legato non comprehenditur, cujus dies moriente teſtatore nondum venerat *l. 46. D. de legat. 2.* His autem verbis *dare facere oportet*, concipi ſolitam eſſe eorum intentionem, qui in perſonam agebant, docet Briſſon. *lib. 5. formul. §. 22.* Porro verbum *oportere* non ad facultatem judicis pertinet, qui poteſt vel pluris, vel minoris condemnare, ſed ad veritatem refertur *l. 37. D. de verb. ſignif.* Sic adpellari *oportere* & poſſe *l. 1. §. 6. D. quand. adpell.* Solvere eum non oportet, id eſt, non neceſſe habet *l. 29. §. 7. D. mand.*

Oportet etiam de his, quæ aqua, & juri, ac rationi conſentanea ſunt, juriſconſulti dicunt *l. 13. §. 1. D. commod.* & contra *non oportet* uſurpant de his, quæ vel a jure, vel ab æquo, & bono abhorrent *l. 7. D. de verb. ſignif. l. 21. D. de his, qui not. infam. l. 39. §. ult. D. de oper. libert.*

Oportet aliquando non abſolutam neceſſitatem, ſed idem quod opus, vel commodum eſt, ſignificat, ut in *l. 14. §. 7. §. 8. D. de religioſ. l. 27. in fin. D. de oper. libert.*

Oportet cum dativo, ſeu tertio caſu. Inter æquitatem Juſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet, & licet inſpicere *l. 1. C. de legib. & conſt. princ.* Ex Plaut. *Milit. glor. act. 2. ſc. 6. 80. 81.* verba adfert Hein. Hominem ſervum ſuos domitos habere oportet oculos, & manus, orationemque, non autem *homini ſervo*, ut legit Sanctius *in Minerv. lib. 2. c. 4. p. 123.*

Opportune, commode in *l. 17. D. de uſufr. l. 2. §. 7. D. de religioſ.* crebrius in bonis libris opportune.

OPPORTUNITAS. Ita adpellari a latinis *ευκαιριαν* Cicero *lib. 3. de fin. c. 14.* teſtatur. Adfectio opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli *l. 1. §. 15. D. ſi quid in fraud. patr.* Adde *l. 33. D. de dol. l. 12. D. de relig. l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. l. 27. C. de don.*

OPPORTUNUS, *a*, *um*. Opportunus locus *l. 32. D. de uſur.* Opportunum tempus *l. 2. §. 8. D. ſi quis caut.*

OPPIDANEUS, *a*, *um*. Oppidanea obſequia, onera, commoda, munia, munera, neceſſitas *l. 38. 40. 43. 45. 46. 68. C. Theod. de decurion.* Oppidanei ordines *l. 47. eod. tit.*

OPPIDUM ab ope dictum ait Ictus, quod ejus rei caussa moenia sint constituta *l.* 239. §. 7. *D. de verb. signif.* Attamen usu invaluit, ut Roma non temere oppidum vocetur, sed Urbs κατ' ἐξοχήν. Vid. Savar. ad Sidon. *lib.* 1. *Epist.* 11. sicut Athenæ olim ἄστυ dicebantur. Aliquando tamen & pro ipsa urbe Roma usurpatur, ceu docet Scalig. *in adpendice conjectan.* immo potius pro vetere oppido palatino, quod Romam quadratam vocavit Festus in *Quadrata. Hein.* Adde Varr. *lib.* 4. *de ling. lat.*

OPPIGNORARE liberos suos *l.* 2. *C. Theod. de alim. quæ inop. parent.*

OPPONERE est objiccre. Ita *Opponere* allegationem defensionis *l.* 1. §. 1. *C. de fatisd.* adversarium *l.* 1. *D. de alien. judic. mut. caus.* compensationem *l.* 42. §. 2. *D. solut. matrim.* exceptionem *l.* 57. *D. de procur.* fortunam suam, & casus tristiores *l.* 2. *D. de muner. & honor.* infamiam *Coll. leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 5. legem Falcidiam *l.* 95. §. *ult. D. ad leg. falc.* manum *l.* 20. *D. quod vi, aut cl.* præscriptionem *l. ult. C. si adverss. credit.* replicationem *l.* 3. *C. de except. sent. præs.* Septa, quæ ad incile opponuntur *l.* 1. §. 4. *D. de riv.*

Opponere etiam pignori dare significat. Terent. *Phorm.* 4. 3. Ager oppositus est pignori ob decem minas. Senec. *lib.* 7. *de benef. c.* 14. Rebus meis in securitatem creditori oppositis. Quæ verbi significatio dedit occasionem lepido joco apud Catull. *Epigr.* 26.

Furi, villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Favoni,
Nec sævi Boreæ, aut Apeliotæ,
Verum ad millia quindecim & ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem!

OPPRIMERE, obterere. Opprimere desertores *l.* 11. *l.* 13. *C. Theod. de deser.* Sed & trabes, & ruina hominem opprimere dicuntur *l.* 11. §. 4. *D. ad leg. aquil. l.* 8. *D. de hered. inst.*

OPPRIMI alias est gravari, lædi, molestia adfici, ut in *l.* 1. §. 1. *C. ne lic. potenti. l.* 9. §. *ult. D. de offic. proconf.*

Opprimi argumentis, & probationibus dicitur, qui convincitur in *l.* 18. §. 1. *D. de quæst. l.* 7. *C. Theod. quor. adpell. non recip.*

OPPROBRIUM idem est ac probrum auctore Ulpiano in *l.* 42. *D. de verb. signif.* Eam observationem suo more acriter infectatur Laur. Valla *lib* 6. *de eleg. lat. ling. c.* 44. ejusque hyperaspistes Franc. Floridus Sabinus. Sed nihil & illa Ulpiani observatione verius, quam ab ipso Cicerone habet, qui apud Augustin. *lib.* 2. *de civit. Dei c.* 9. usurpatum a Decumviris in LL. XII. Tab. vocabulum *convicium* interpretatur *id, quod probrum & opprobrium est*, non quod alteruter ignoravit, *probrum* & *opprobrium* differre, uti caussam & effectum, sed quod *probrum* semper sit *opprobrio*, & neutrum sine altero intelligatur. Vid. Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 110. *Hein.*

OPPUGNARE, impugnare. *Oppugnare* exceptionem *l.* 2. §. 1. *D. de except.* testamentum *l.* 13. §. 9. *D. de jur. fisc.* utilitati publicæ *l.* 2. §. 44. *D. ad SC. Tertull.* Rariorem esse hanc constructionem, nec analogia tamen destitutam, ait Hein. Eadem enim ratione ac forma dici, impedire alicui, & offendere alicui.

OPSONATOR. Vide supra *obsonator.*

OPTABILIS conditio *l.* 17. *D. de postlim. reversf.*

OPTARE, vovere, in votis habere. *Opto*, des, fideicommissi verbum *l.* 115. *D. de legat.* 1. Optare interdum, ut & Non. Marcell. notat, idem est, ac eligere, ut in *l.* 28. *D. de condit. & dem.* Terent. *Eunuch.* 1. 9. 27. Quodvis donem, præmium a me optato, id optatum feres. Sunt qui sibi persuadent, *optare* e duobus, *eligere* pluribus dici, quos tamen refellit Virgil. *Æneid* 5. *v.* 247. Muneraque in naves ternos optare juvencos. Vid. *l.* 2. *l.* 6. *D. de opt. leg. l.* 18. *fam. erciscund.* In eam sententiam adducere illi potuerunt verba Donati *in Ter. Andr. act.* optare est unum de duobus eligere. Quemadmodum vero *optio* & *electio*, ita & *optare* & *eligere* nonnumquam separantur, veluti in *l.* 9. §. *ult. D. de opt. vel elect. leg.* Ulp. *reg. tit.* 24. §. 14. ubi infra art. *optio.*

OPTIME merito *l.* 31. §. 4. *D. de liberat. leg.* optime novit *l.* 2. *D. de testam. milit.*

OPTIMUS, *a*, *um.* Quandoque absolute ponitur, ut optimum est *l.* 13. *D. quod met. caus.* Optimum consilium *l.* 67. §. *ult. D. de rit. nupt.* Verba hæc, uti optimus maximus est, in fundi traditione adjecta, liberum esse significant *l.* 126. *D. de verb. signif.* Si fundus ita legatus sit, uti optimus maximusque, liber præstandus est *l.* 69 §. 3. *D. de legat.* 1. Si ut optimus maximusque esset, traditus fuerit fundus, liberum ab omni societate præstandum *l.* 75. *D. de evict.* Vera est Q. Mucii sententia, ut qui optimum maximum fundum tradidit liberum præstet, non etiam deberi ei alias servitutes *ibidem* Siculus Flaccus *de condit. agror.* p. 9. scribit: Quidam etiam conveniunt precario, ut servitutem præstent his agris, ad quos necesse habent transmittere pervium. Nam & id his verbis comprehenditur, *uti optimus maximusque est.* Ad hæc Siculi verba Guil. Gœsius *p.* 130. in notis, ait: Ejus clausulæ hæc vis est, ut quod ita venditum, stipulatum, traditum est, liberum præstetur, non item, ut servitutes ei debeantur, secundum *l.* 169. *D. de verb. signif.* At hic contrarium statuitur, fundo nempe vendito deberi servitutem, vel precario constitutam, deficientibus viis vicinalibus., per quas aditus ad fundum pateat. Adeo ut hæc regulæ vulgaris sit exceptio. Deficiente quippe aditu, fundus optimus maximus existimari neutiquam potest. Et si aditus semper sequitur usumfructum, ut definitur *l.* 1. §. 1. *D. si ususfr. pet.* certe & proprietatem sequi debet, maxime ubi fundus venditus erit, *ut optimus maximus.* Quod non, ut oportet, consideratum videtur Rad. Forner. ad illam *l.* 169. Hæc Gœsii verba adfert Heinecc. quibus illa Flacci Siculi cum legibus allatis conciliantur. Plerumque hæc verba: *Fundus uti optimus maximus est*, etiam ad instrumentum, vel instructum prædii referuntur *l.* 92. 93. §. *pen. D. de leg.* 1. 3. *l.* 22. *D. de instr. vel instrum.* Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 45.

Optimo jure, id est perfectissimo in *l.* 1. *C. de usur. l.* 31. *D. de minor. leg.* 1. *C. quand. & quib. quart.*

Optimo jure admissi codicilli *pr. Inst. de codicill.* id est, habere cœperunt *νομικον συγκασιν*, legitimam subsistentiam, ut Theophilus vertit. *Optimo* jure possessa domus *l.* 26. §. 1. *D. de pign.* id est, nulli obligata, nulloque nexu pignoris obstricta ab hypotheca libera.

Optima lex, ut Festus *lib.* 13.

scribit, quum nominabatur in Dictatore faciendo, quam plenissime posset esse, jus significabatur. *Optima* lege capta Vestalis apud Gell. *lib.* 1. *c.* 12.

Optimum vinum, frumentumve, quum quis stipulatur, id stipulari intelligitur, cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet *l.* 7. *D. de verb. obl.*

Optimus a Senatu adpellatus C. Scipio Nasica *l.* 2. §. 37. *D. de orig. jur.*

Optimi cognomen Trajano impositum esse, Plin. *in panegyr. c.* 88. tradit. Eodem cognomine & Justinianus ornatur §. 1. *Inst. quib. non est permiss.* Sed & Claudio Optimi elogium tribuitur in eo SC. quod a Plinio *lib.* 8. *Ep.* 6. refertur. Quin & ante hunc Caligulam inter cetera cognomina, quæ adsumserat, optimum maximumque vocatum, Suet. *in Calig. c.* 22. refert. Optimus princeps Hadrianus *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* Quin in marmoribus *optimi maximique* fæpissime vocantur Hadrianus apud Gruter. *p.* 249. 2. Reines. *Class.* 3. *inscr.* 13. & 15. Etiam Severus, & Antoninus Caracalla apud Cujac. *obs. lib.* 2. *c.* 33. Idem Hadrianus & ἀσυνθέτως *optimus maximus* cognominatur in lapide, quem ex Capacii *Hist. Neap. lib.* 2. *c.* 12 descripsit Reines. *Class.* 3. *inscr.* 13. Optimus Imperator Severus *l.* 67. §. 9. *D. de legat.* 2. Adde *l.* 78. §. 7. *D. eod. tit. l.* 7. *D. de vacat. & excus. mun. l.* 30. *D. de excusat.*

Optio, id est electio *l.* 2. §. 3. *D. de eo quod cert. loc.* Ab electione tamen separatur optio *l.* 2. *& rubr. D. de opt. vel elect. legat. l.* 3. *D. qui, & a quib. manum.* Sane optio solemni aliquo actu, & certis verbis, ac plerumque interveniente prætore fiebat. Nam & ad exhibendum agere poterat is, cui servi optio data erat, ut ex mancipiis exhibitis optare, vel vindicare posset, quemadmodum indicat *l.* 3. §. 6. *D. ad exhib. l.* 80. §. 1. *D. de furt.* Unde & *servi optio* inter actus legitimos numeratur *l.* 77. *D. de reg. jur.* At eligendi arbitrium generalius & quomodo fieri potuisse putat Cujac. *in parat. ad tit. de opt. vel elect. leg.*

Optionis legatum, id est, ubi testator ex servis suis, vel aliis rebus optare legatarium jusserat §. 23. *Inst. de legat.* Optione legata *l.* 16. *D. de opt. vel elect. legat.* Optione legati per vindicationem data Ulpian. *tit.* 24. §. 14. Quod legatum in se conditionem tacitam habet, si legatarius vivus optasset, ideoque quod Justinianus *in* §. 23. *Inst. de legat.* ait, ex constitutione sua datum heredi legatarii optare, etiam si legatarius vivus non optaverit, id Vulteius ad *d* §. 23. *n.* 2. intelligendum esse putat de optione legata non de electione. Quod autem Paulus in *l.* 19. *D. de optione*, vel electione legata dicit, non de optione sed electione, in qua ante Justinianum placuit, ut transmittatur, in optione non placuit, nisi demum auctoritate Justiniani, cujus tamen ea de re constitutio non exstat. Nam *l. fin. C. comm. de legat.* constituit, quomodo controversia inter plures legatarios definiri debeat, non etiam definivit, quod transmittatur legatum optionis, quod in ista lege ut certum ac definitum præsupponirur in illis verbis: *ipse autem moriens reliquerit plures heredes.*

Optio in re militari subjective dicitur ab optando, qui antecedentis ægritudine præpediti, tamquam adoptatus vicarius universa curat, ut Vegetius *lib* 2. *de re milit. c.* 7. & Non. Marcell. exponunt. Quo in significatu accipi

optio

optio potest in *l. ult. D. de jur. immun.* Festus optio, inquit, est optatio: Sed in re militari is appellatur, quem decurio aut Centurio optat sibi rerum privatarum ministrum, quo facilius obeat ministeria publica. Idem *Optio*, inquit, qui nunc adpellatur, antea adpellabatur *accensus*. Is adjutor dabatur Centurioni a Tribuno militum, qui, quia cooptare quem velint, Centurionibus permissum est, ex facto nomen sortitus est. Varro 1. *de ling. lat.* Primi, inquit, singularum decuriarum decuriones dicti, quos ii primos administros sibi adoptabant, *optiones* vocari cœpti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. Non. Marcell. Optiones, inquit, in cohortibus dicuntur, qui sunt honesti gradus, ut optatos, hoc est electos, & adoptatos, hoc est, ascitos. Varro *de vita pr. lib.* 2. existimat appellatos, qui referentibus Centurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenæ essent legiones, a quo *optiones Decurionum* in turmis, & in cohortibus *Centurionum* adpellati Tacit. *hist. lib.* 1. *c.* 25. A quo Barbium Proculum Tesserarium speculatorum, & Veturium *Optionem* eorumdem perductos. Vid. Lipsi. *de milit. Rom.* 2. 8. *p.* 74. Stenech. *ad Veget.* 2. 7. *p.* 78.

Optiones, latius prolato hujus vocabuli usu, vocantur omnes alii, qui aliorum vices gerunt. Sic optiones commentariensibus adjunguntur *l.* 6. *D. de bon. damn.* fœderatis item *l. ult. C. de loc. & cond.* & *Nov.* 116. 117. & 130. ubi Cujac.

Optiones etiam pro adparitoribus ponuntur in *l. pen. C. de jur. fisc. l. ult C. Th. eod. tit. l. Penult. C Th. de apoch. publ.* Hinc qui in *Act. Apost. c.* 16. *v.* 27. δεσμοφυλαξ dicitur, id est, carceris custos, vel Commentariensis, is a D. Ambros. *in Comm. in Ep. ad Ephes. c.* 4. carceris optio vocatur.

Optiones etiam a Justiniano adpellantur militaris annonæ erogatores. *Nov.* 130. *c.* 2. Eos Justinianus jubet recautas facere, id est apochas de his, quæ collationibus in transitum militum expenduntur. Latissime sane patuisse hoc vocabulum, ostendit Heinecc. ex Gruter. *inscr. p.* 36. 8 *p.* 74. 1. *p.* 1066. 5. *p.* 1070. 1. ubi optio, & exactor auri, argenti, æris *p.* 80. 5. ubi optio carceris. Item ex Reines. *inscr. p.* 2. ubi: Optio Centurionis, cohortis. *Optio* fabricæ *l. ult. D. de re mil.* frumentarii, Legionis Grut. *inscr. p.* 12. lanciariorum, legionis, magistri equitum, signiferi Reines. *p.* 2. *seq. Optio* Tesserarius apud Tacit. *l. c.* tribuni, item turmæ Reines. *ad inscr. ibid.* valetudinarius Gruter. *p.* 12. 1. *l. ult. C. de jur. immun.* Immo & *sub optio*, id est, optionis optio apud Grut. *p.* 529. 8.

Optio curiæ Romanæ terminus, quando scilicet Cardinalis mutat titulum sui Cardinalatus, quæ tempore Alexandri V. inter Cardinales introducta est.

Opulenta hereditas *l.* 1. *D. de off. pro cons.*

Opus, aliud factum, aliud imperfectum dici intelligimus ex *l.* 30. §. *pen. D. locati.* At opere legato, vel conducto significari Labeo ait id opus, quod Græci απο-τελεσμα non εργον vocant, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum *l.* 5. §. *ult. D. de verb. signif.* Edictum vero de operis novi nunciatione non omnia *opera* complectitur, sed ea sola, quæ solo conjuncta sunt. Unde si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet, quamquam opus faciat, ad illud edictum non pertinet, quia id ad corpora, quæ

in solo fiunt, pertinet *l.* 1. §. 12. *D. de op. nov. nunc.* Contra interdicto, quod vi aut clam teneri eum, placet, qui arbores succidit, quamquam ad ea quoque opera, quæ in solo fiunt, id interdictum pertineat *l.* 7. §. 5. *D. quod vi aut cl.* Rursus *Opus* in edicto de novi operis nunciatione accipimus, non si unum aut alterum cæmentum fuerit impositum, sed si proponatur instar quoddam operis, & quasi facies quædam facti operis *l.* 21. §. 3. *D. de nov. op. nunc.*

OPUS dicitur adprobari *l.* 24. *D. locat.* effici *l.* 113. *D. de verb. obl.* fieri *l.* 49. §. *ult. D. de legat.* 2. itemque meriti opus *l.* 30. §. 3. *D. loc.*

Opus quoque facere medici liberti dicuntur *l.* 26. *D. de oper. lib.* Sed & animalia, veluti bos *l.* 17. §. 3. *D. præs. verb.*

Opus privatum *l.* 21. §. 1. *D. de re mil.* publicum *tit. D. de oper. publ.* rusticum *l.* 21. §. *ult. D. de op. nov. nunc. Operis* novi nunciatio quid sit, vid. art. *nunciatio.*

Opus aliquando pro opera. Ita operibus servi uti *l.* 36. *D. de stipul. serv.* id est, operis.

Opus indeclinabile pro eo, quo carere non possumus. Opus est, ut de hoc primum referendum sit *l.* 1. *D. de adquir. rer. dom.*

Opus publicum, species pœnæ, quando rei vincti opus facere cogebantur, quale erat metalli *l.* 7. *D. de pœn.* seu metallicum, ut est in *l.* 28. §. 6. *D. de pœn.* salinarium *l.* 6. *D. de capt. & postl.* vel perpetuum, vel temporarium *l.* 1. §. 1. *D. de effractor.* Ad opus publicum dari *l.* 6. *D. de extraord. crim.* In *opus* damnari, vel in ludum operis publici *l.* 5. *l.* 14. *C de pœn.*

ORA, regio, tractus. Quum Africæ oram teneret *l.* 2. §. 46. *D. de orig. jur.*

ORACULUM. Id M. Seneca *in præf. lib.* 1. *controv.* definit voluntatem divinam, hominis ore denunciatam Cic. *in Top. c.* 20. Oracula ex ipso adpellata sunt, quod inest his Deorum oratio. Ac plane oraculum ab *ore* ductum esse, Priscianus notat.

At Imperatores, qui sibi divina omnia adrogabant, ita sacros adfatus suos, seu sacra rescripta vocabant *l. pen. C. de divers. rescr. l.* 10. *C. de sacrosc. Eccl.* Quo genere loquendi utitur Symmach. *lib.* 15. *Epist.* 13. Vetus Glossar. Sacrum oraculum est rescriptum, quod Imperator precibus & supplicationi respondens rescribit, vel ea fieri, vel non fieri debere, quæ postulat. Sic adoptio, quæ sacro oraculo fit §. 11. *Inst. de adopt.* Et dicitur ita quod orando indeptum.

Oraculum, ædes sacra, in qua oratur, capella, vel oratorium Anastas. *in Leone.*

ORALE, vestis episcopalis, in formam sindonis, quam R. Pontifex capiti quasi in modum veli imponit, & replicat super humeros & ante pectus. Innoc. III. *lib.* 1. *myst. miss. c.* 53. Durand. *lib.* 3. *c.* 9.

ORARE pro agere dixisse veteres ex eo probat Festus *lib.* 13. quod & oratores, & ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reipublicæ mandatas partes agebant. Hinc *causas orare*, id est, agere in *l.* 2. §. 43. *D. de orig. jur. l.* 1. *C. Theod. unde vi.* Terent. *Phorm. Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 62. Virgil. *lib.* 6. *Æneid. v.* 850. Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.* 29. Gell. *lib.* 5. *c.* 10. *lib.* 10. *c.* 15.

ORARIUM, vel ab *ora*, pro extremitate vestium, derivatur, vel ab *ore*, peplum designat. Proprie dicitur sudarium, quo os abstergitur Hieron. *ep. ad Nepotian.* In habitu sacerdotali est pannus

nus oblongus, brachio sacerdotis imponi solitus, cujus in Græcis liturgiis frequens mentio, quamque manualem laciniam modo πραμνον, modo λωρον Græci vocant. Alcuino *de divin. off. c.* 39. orarium, id est, stola, dicitur, eo quod oratoribus, id est prædicatoribus concedatur. Græci tamen videntur distinguere stolam ab orario, hoc Diacono tribuentes, illam Sacerdoti. Sed inter Latinos stola, & orarium promiscue accipiuntur. Sacerdotibus circa collum ponitur, Diaconis super humerum & quidem sinistrum *Concil. Tolet. IV. c.* 40. Apud Græcos orarium Diacono per modum Crucis cancellatur, & in eo nomen ἁγιος tripliciter effigiari solet. Habuerunt & Episcopi orarium suum, velut quoddam dignitatis insigne, sed hoc peculiaris fuit formæ, nec ut cetera oraria, simplex tantum fascia, quare etiam pallium est vocatum. Lectores & subdiaconi *Concil. Autel.* 1. *c.* 20. *Bracar. I. c.* 9. *III. c.* 1, 4. ut & monachi orarium ferre prohibentur. Hoc autem orario privari erat signum degradationis in omnibus ordinibus *Anastas. in Agath. Steph. IV.*

ORATIO pro quolibet scripto. Orationis paginæ in *l.* 16. *C. Theod. de navicul.* ubi ponitur pro precibus & querela naviculariorum Imperatori exhibitis.

Orationes principum in jure dicuntur, quibus illi Senatum, aut coram orante, aut absentes per epistolam consulebant *l.* 3. *C. de leg. & constit.* Hujusmodi pleræque exstant D. Marci, ut de transactione alimentorum, de bonis maternis, de fugitivorum requisitione, de confessis *l.* 8. *D. de transact. l.* 6. §. 1. *de confess. l.* 56. *de re judic.* Item Marci, & Commodi, de prohibitione nuptiarum inter tutores & pupillas suas *l.* 62. & 67. §. 3. *D. de rit. nupt.* Item eorumdem de servorum, & libertinarum nuptiis *l.* 16. *D. de sponsal. l.* 16. *D. de rit. nupt.* Antonini *de don. int. vir. & ux. l.* 32. D. Severi *l.* 1. *de reb. eor. qui sub tut.* Eaque est D. Severi oratio, cujus fit mentio *l.* 9. *C. de præd. mil.* quam etiam singulari libro Paullus interpretatus erat, ut ex aliquot capitum inscriptionibus, & judice Pisano adparet Tacitus *Annal. lib.* 11. *c.* 25. Orationem principis secuto patrum consulto. primi Ædui senatorum in urbe jus adepti sunt. De Antonini & Commodi oratione in senatu recitata, vide Ulpian. *tit.* 26. *regul.* §. 7. sæpius enim orationem principis a quæstoribus, qui candidati vocabantur recitatam fuisse ostendit Briffon. *Antiquit. Rom. I.* 17. *p.* 19. Oratione igitur Principis cautum in *l. pen. D. ad SC. Tertull.* & passim, idem est ac SCo, ad orationem principis constituto.

Oratio, licentia exeundi apud monachos, quia licentia dabatur oratione, seu benedictione Prioris, *Reg. Fructuos. c.* 8.

Oratio dominica, quæ etiam *paterna*, *herilis*, *quotidiana* dicitur, post canonem in missa recitatur ex statuto Gregorii *Rupert. de D. O. l.* 2. *c.* 21.

Oratio super populum vocatur *ultima benedictio*, quæ fit in officio missæ *Micrologus. c.* 51.

Oratio plebis, quæ post evangelia legitur *Concil. Lugd.* 1. *c.* 6.

Orationes vocant rituales libri eas preces, quas in sacris liturgiis peragunt, quæque a verbo *oremus* initium habent, & semper ad Deum patrem diriguntur *Capitul. Car. M. lib.* 9. *c.* 66. Has collectas adpellant. Durandus observat in ecclesia Lateranensi numquam dici orationem, sed in missa, & in omnibus horis alta voce pronunciari ora-

FACULTAD DE TEOLOGIA BIBLIOTECA GRANADA

orationem dominicam; ſicque fieri conſueviſſe in primitiva eccleſia.

Orationale, liber, in quo continentur orationes, quæ in eccleſia recitantur, quæ a voce *oremus* initium habent.

ORATOR. Ita olim dictus legatus. Virgil. *lib.* 11. *Æn. v.* 100. Jamque oratores aderant. Ad quæ verba Servius: Oratores, ait, legati a perorando pro republica nominati. *Oratorem* etiam Plutarchus *in quæſt. Rom.* 103. dici ait, προτρεπτικον τινα και παρορμητικον. Quod ad legatos, Oratores, comiteſve attinebit *l.* 7. *D. ad leg. jul. de vi publ.*

Oratores pro advocatis in *l.* 33. §. 5. *C. de Epiſc. & cler.* Sic & diſertiſſimos legum oratores, & oratores maximos, id eſt, Ictos, & cauſſarum patronos egregios, reperimus in *Conſt. omnem reip.* §. 2. & §. 6. *ad Anteceſſ.* item ῥητορας *in Conſt. græca de pand. conf.*

Oratores pro grammaticis *l.* 2. *D. de uſurp. & uſuc.*

Oratores peregrini, qui ad SS. limina orationis, & pietatis ergo pergunt *Can. illi, qui peregrinis, vel oratores alicujus ſancti* 24. *quæſt.* 3.

ORATORIUM. De oratoriis mentio eſt in *l. pen.* §. 5. *C. de veb. cred.* Oratorium templi *l.* 3. *pr. C. de his, qui ad eccleſ. conf. l.* 4. *C. Theod. eod. tit.* Oratoria templaria, hoſpitalaria, & privata memorantur in *c. patentib.* 10. *de privil.* Eſt autem *Oratorium*, ευκτηριον, locus orationi dicatus, *Aug. ep.* 121. Oratoria deinde dicta ſunt ſacella monaſteriis adjuncta *Reg. S. Bened. c.* 38. 52. 58. quæ non erant omnibus pervia, ut eccleſiæ, quas ideo catholicas vocabant, quod utriuſque ſexus populo paterent, & in quibus collectas celebrare non licebat, ſed erant tantum ad monachorum preces, & aſſiduos cantus accommodata. *Oratoria* tamdem dicta ſacella quædam domeſtica, aut privatæ ædes ſacræ in agris & villis exſtructæ, quæ parochiarum jus non habebant, & a magnatibus ex fundis ſuis dotabantur, & ab epiſcopis conſecrabantur *Conc. Agath. c.* 21. *Epaun. c.* 25. *&c.* Differt oratorium, ſecundum nonnullos, a Capella, quia hæc dicitur publicum oratorium, & non poteſt erigi abſque diœceſani licentia, ſed oratorium ſimpliciter, in quo non celebratur, quælibet privata familia abſque ulla licentia erigere poteſt. Vid. *c.* 33. *de conſecr. diſt.* 1.

ORBARE. Orbatus luminibus *l.* 1. §. 5. *D. de poſtul.* Lactant. *lib.* 2. *divin. inſt. c.* 8. Appius Claudius Cenſor, quum adverſus reſponſum ad ſervos publicos ſacra Herculis tranſtuliſſet, luminibus orbatus eſt.

ORBIS terrarum univerſus in tres dividitur partes, Europam, Aſiam, Africam, ait Plinius *lib.* 3. *hiſt. nat.* & ita accipitur orbis terrarum in *l.* 20. §. *ult. D. de oper. libert. l.* 2. *C. de jurejur. propt. calumn.*

Sæpe *orbis* terrarum eſt Imperium Romanum, ut *l. un. C. de uſuc. transform.* ubi omnis orbis terrarum, in quo antiqui uſucapionem extendebant, quod per *terram, quæ noſtro imperio gubernatur*, exponitur *pr. Inſt. de uſuc.* D. Hieronymus *lib.* 8. *Epiſt. ad Demetriad.* Orbem terrarum circumvivit, & multa ædificavit. Plerumque tamen veteres utuntur verbis orbis Romanus ut in *l.* 17. *D. de ſtat. hom.* Caſſiod. *lib.* 3. *var. c.* 52. Variis Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diviſus, cenſuque deſcriptus eſt. Idem *lib.* 10. *t.* 8. *ad Juſtinian. Aug.* Decet enim, ut & iſte orbis juvamine veſtro ſplen-

deat

deat. Apulei *in Florid. p.* 344. de Alexandro Macedone: Edixit universo orbi suo, ne quis effigiem Regis temere adsimilaret ære, colore, cœlamine.

ORBITAS parentis conditio, qui liberos amisit. Plagiarii, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates *l. ult. C. ad Leg. Fab. de plagiar.* De eo quoque dicitur, qui liberos non suscepit *rubr. tit. C. de infirm. pœn. cœlib. orbitatis.* De hujus orbitatis pœna vide Gœdd. in *Comm. ad l.* 128. *in pr. & passim D. de verb. signif.* Dicitur etiam orbitas de liberis, & vidua, qui patre carent & marito, ut in *l.* 20. *C. de inoff. test.*

ORBUS, ait vetus Glossarium, est, qui liberos non habet. Ulpianus in *inscript. reg. tit.* 13. De cœlibe, *orbo*, & solitario patre. (Isid. *lib.* 10. *orig.* Orbus quod liberos non habet, quasi oculis amissis. Justin. *lib.* 26. *hist. c.* 1. Hellanicus Senex, & liberis orbus) Nec vero quisquam orbus habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant, aiunt Impp. Constantin. & Const. in *l.* 1. *C. de infirm. pœn. cœlib.* Nempe antea pœnæ orbitatis constitutæ erant, de quibus præter laudatum supra Gœd. edifferunt plenius Heinecc. *in Comm. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. lib.* 1. *c.* 2. Orbos autem Romæ summa observantia coli consueviſſe ab his, qui eorum testamenta captabant, Ammian. Marcellus testis est locuples, qui *lib* 14. *c.* 19. de corruptis Romanorum moribus agens: Nunc vero, inquit, inanes flatus quorumdam, utile esse, quidquid extra urbis pomœrium nascitur, æstimant præter *orbos* & cœlibes, nec credi potest, qua obsequiorum diversitate coluntur homines sine liberis Romæ. Adde Plaut. *in milit. gloriosi. act.* 3. *scen.* 1. *v.* 111.

ORCHESTRA nomen a saltando nacta; ορχεομαι enim græcis est salto, sive gesticulor, locus erat in medio theatro, ubi senatorum spectantium sedes collocat Vitruv. *lib.* 5. *c.* 6. Sacram fecimus constitutionem, nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam, aut liberam in scenam, aut orchestram pertrahere *l.* 33. *C. de Episcop. aud.*

ORCINUS libertus adpellatur, qui testamento manumissus, id est, liber esse jussus est, seu qui testamento directam libertatem accepit, quasi testatoris, orco demissi libertus, seu, ut Apulejus loquitur, qui jam in peculio Proserpinæ, & in orci familia numeratæ libertus §. 2. *Inst. de singul. reb. per fideic. relict. l.* 23. *D. de pecul. legat.* Is qui directo liber esse jussus est, *Orcinus* fit libertas. Is autem, cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Ulpian. *tit.* 2. *regul.* §. 8. Hi orcini liberti testatoris funus pileati sequebantur, & ad eos pertinent, quæ scribit Dionys. Halicarn. *lib.* 4. *p.* 228. *sequ.* In glossis Palæmonis Orcinus definitur, *morte manumissus.* Vetus glossar. græcum απελευθεροι τω τεθεωτος, ως χαρωνιανους λεγουσιν απελευθερους. Liberti ejus, qui mortuus est, quos vocant libertos charonianos, seu orcinos. Inde est, ut Ulpianus ait, statu liberum ea conditione esse, sive alienetur, sive usucapiatur, sive manumittatur, non perdat spem orcini liberti *l.* 2. *D. de statulib.* Obtingente enim ejus conditione, vel die in quam statutam, & destinatam libertatem habet, in libertatem eripitur, & tamquam testamento manumissus testatoris libertus efficitur. Præterea, qui ob necem detectam domini præmium libertatis consequitur, fit *orcinus* libertus *l.* 5. *D.*

qui

qui sine manum. Sed & qui ex SCo Rubriano ad libertatem pervenit, *Orcinus* libertus efficitur *l.* 3. *D. de legit. tut.* Quin etiam si is, cui servus legatus est, rogatus manumittere, latitet, *orcinus* fiet libertus *l.* 49. *D de fideicomm. libert.* Hoc amplius, si minor viginti quinque annis adierit hereditatem ejus, qui libertatem fideicommissam debebat, & in integrum sit restitutus, abstinendi caussa, ex successione servo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem consequutus esset. Erit igitur libertus *orcinus*, non ejus, qui fideicommissam libertatem debebat *l.* 30. §. 11. *sequ. D. de fideic. lib.*

Orcinus heres in *l.* 8. *D. de hered. inst.* est servus, quem testamento dominus liberum & heredem esse jussit, qui heres & libertus orcinus est testatoris heri.

ORDINARE, instituere, conficere, componere. Ita ordinare caussam *l.* 24. *D. de liberal. causs. l.* 1. *C. ad SC. Turpil. l.* 3. *C. de codicill.* judicium *l.* 1. *D. de bon. poss. ex test. mil. l.* 24. §. 1. *l.* 25. §. 1. *D. de liberal. causs.* libellos inscriptionum *l.* 3. §. 1. *D. de accus.* litem *l.* 24. *D. de liberal. caus.* opus novum, id est condere, incipere, inchoare *l.* 3. *C. Theod. de op. publ.* rem inofficiosi *l.* 8. §. 1. *D. de inoff. test.* suprema sua *l.* 25. §. 1. *D. de lib. & post.* id est testamentum, ut habet *d. l.* 25. §. *ult. D. eod. tit.*

Ordinari porro dicuntur, qui in officio aliquo constituuntur. Ita curator ordinatus *l.* 12. *C. qui dar. tut. vel cur.* Tutores vel curatores ordinati *l.* 24. *C. de admin. tut. vel cur.* Ea vox usurpatur etiam de iis, quibus officium Ecclesiasticum confertur, ut in *c.* 1. *de ordin. ab Episc.* & passim in jure Canonico.

ORDINARIUS, *a*, *um*, quod ordine fit, vel ex ordine est. Ita ordinarium est *l.* 1. *D. de pecul. l.* 2. *D. de possess. her. pet. l.* 1. *pr. D. si tab. test. null. exst. Ordinaria* actio *l.* 32. §. 9. *D. de recept. arb. l.* 115. §. 2. *D. de reg. jur.* bonorum possessio *l.* 5. §. 3. *D. de legat. præst. l.* 3. §. *ult. D. de carbon. edict.* ubi ordinaria opponitur Carbonianæ, quæ extraordinaria est.

Ordinarius loci Episcopus, qui habet ordinariam jurisdictionem in caussis Ecclesiasticis.

Ordinarii etiam dicuntur ex ordine Ecclesiastico, quibus competit aliqua jurisdictio.

Ordinarius etiam erat dignitas Canonicorum regularium, Innocent. *lib.* 1. *ep. p.* 30.

Ordinarium ordinariorum dicitur summus Pontifex, quod collationem beneficiorum habeat *Concil. Lateran. c.* 5. *cap. Antiqua de priv.*

Ordinarius Consul. Vide in art. *Consul.*

Ordinarius Judex. Vide voc. *Judex.*

Ordinarium judicium & jus. Vide in his vocibus.

Ordinariæ potestates *vicariis* oppositæ *l.* 7. *C. Th.*

Ordinaria sedes idem ac judicium ordinarium in *l. ult. C. Th. de his qui cond. propr. reliq.*

Ordinarius servus, quemadmodum vetus glossarium interpretatur, est, qui aliis servis præest. Si servus meus ordinarius Vicarios habeat *l.* 17. *D. de pecul.* Et ita ordinarius servus Vicario opponitur *l.* 19. *D. eod. tit. l.* 5. §. 1. *D. de tribut.* Adde Theoph. *in* §. 4. *Inst. quod cum eo, qui in ali. pot.* Interdum tamen ordinarius servus vulgari, & mediastino opponitur, ut *l.* 15. §. 44. *D. de injur.* Ad ordinarios etiam servos adludens Sen. *Ep.* 111. Uniculique nostrum, ait, pædagogum

dare

lare Deum, non quidem ordinariam sed inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos. Idem *lib. 3. de benef. c. 28.* Ad hortos alicujus, ne ordinarium quidem habentis officium.

Ordinarii tabularii in *l. 3. C. de tabular.*

Ordinarii inter officiales judicum, seu adparitores *l. 3. C. Th. de iis quæ administr. l. 16. C. Theod. de cohortal.* Appellantur & *ordinarium* officium *l. 7. C. Justin. & Th. de bon. proscript.*

ORDINATIM, ut pro *ordinati* reponit Leoninus in *l. 11. D. fin. regund.* id est, ordinibus locorum inspectis, ut aliter ac ille interpretatur Jac. Gothofr. *in Comm. ad. l. 1. C. Th. fin. regund.* notatque vocem propriam fuisse agrimensoriam, vide infra in voce *Ordo verb. ad locorum ordines.*

ORDINATIO testamenti *l. 25. C. de jure dot.* id est confectio.

Ordinatio pro institutione in Ecclesiastico officio. Itaque ordinatio hoc sensu est personæ ad certum officium Ecclesiasticum lectæ solemnis benedictio, qua mediante potestas illius obeundi cum efficacia, & gratia spirituali confertur: de ea vide *c. 9. cauf. 1. qu. 3.* Concil. Trident. *sess. 23. c. 4. & sess. 23. de sacram. ord. c. 2.* item *c. 4. Cauf. 1. qu. 7.* & tot sunt ordinationes, quot sunt ordines seu gradus ecclesiastici. Sacerdotum creandorum ordinationes *l. 12. C. Theod. de haret.*

ORDO est rerum relatio qua aliæ aliis tempore, aut loco præcedunt. Ita *Ordo* edictorum *l. 72. D. de judic.* exsequutionis tutienis *l. 41. §. 4. D. de vulg. & pup. substit.* interdictorum §. *ult. Inst. de interd.* judiciorum *l. 4. C. de sent. & interloc.* juris *l. 1. C. de liberal. cauf.* possessionis *l. 1. §. 4. D. uti possid.* postulationum *leg. 9. §. 4. D. de offic. proconf.* publicorum capitalium *l. 8. D. de publ. judic.* rei gestæ *l. 3. C. de exsequut. rei judic.* sententiarum dicendarum *l. 2. D. de decurion.* Ordine facere *l. 2. D. ad SC. Vell.* ire *l. 4. D. de usuc.* item ex ordine *l. 10. §. 1. C. de fidejuss.* ordine turbato mortalitatis *l. 15. D. de inoff. test.* ordine incerto nascentes *l. 15. D. de stat. hom.* suo ordine *l. 1. §. 11. D. de succeff. edict.* ordinem facere *l. 5. D. de adsign. libert.* habere *l. 12. C. qui pot. in pign.*

Ad locorum ordines *leg. 1. C. Theod. fin. regund.* interpretatur in re præsenti Jac. Gothofr. in *com. ad d. l.* ordines enim locorum proprium in limitibus constituendis significatum habere, & quidem in adsignatis, seu datis, de quibus in ea lege agitur, locis docet idem ex his Aggen. Urbici *pag. 145. edit. Rigalti & pag. 66. edit. Goes.* verbis: Secundum signa in formis nominata, locus quicumque erat, restituatur, aut artificio signorum loca requirantur. Si erunt (ut frequenter evenit) turbata, docere nos angulorum positiones poterunt. Sic erit, ut & artis sinceritas servetur, & *ordo* veteris adsignationis non prætermittatur.

Ordinis beneficium, quod & excussionis dicitur, quo fidejussor ante principalem conventus excipit de non servato ordine, & de debitore prius conveniendo, excutiendo *Novel. 4. c. 1.* Vid. *excussionis beneficium.*

Ordo, gradus, dignitas. *Ordo* amplissimus, id est, senatus. Item *ordo* senatarius *l. 27. D. de vit. nupt.* equestris *l. 2. §. 47. D. de orig. jur.* inferior & superior *l. 4. D. de senator.* ingenuorum *l. 44. D. de exc.*

Sed

Sed & mancipiorum *ordo* dicitur, ut sufficienter alere, & vestire debet secundum ordinem & *dignitatem* mancipiorum *l.* 15. §. 2. *D. de usufr.* id est, secundum conditionem & qualitatem ministerii, quod in familia exhibuit.

Ordo absolute positus ordinem decurionum notat *l.* 9. *C. de episc. aud. l.* 6. & 14 37. 44. 47. & 66. & *passim C. Theod. de decurion.* Ordines civitatum *l.* 29. & 50. *C. Th. eod. tit.* curiarum, & curiales *l.* 66. & 80. *eod.* decuriarum *l.* 1. *C. Theod. de lucr. off.* municipales *l.* 2. *C. Th. de quæstion.* oppidanei *l.* 47. *C. Theod. de decurion.* patriæ *l.* 79. *C. Th. eod. tit.* urbium *l.* 2. *C. Th. quid prob. deb. ad quamc. mil. ven.*

Ordo in ecclesia Rom. est ordinis sacramentum, quod ei confertur, qui in aliquem ordinem ecclasiasticum cooptatur. Sunt autem ordines alii majores, seu sacri, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, Episcopalis, alii minores audiunt Cantoratus, Psalmistatus, Ostiaratus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus. In ordinibus majoribus constituti ad celebrationem missæ concurrunt, ministri altaris dicti *c.* 16. *dist.* 50 *c.* 4. *dist.* 71. non æque in minoribus constituti *c.* 3. 12. *dist.* 32. *c.* 3. *dist.* 60. Memoratur ordo, & gradus presbyterorum in *l.* 10. *C. Th. de fid. test.* Ordo clericalis, seu clericatus. Conferre ordinem pro ordinare in *c.* 11. *de ætat. & qual. & ordin. præfic.* Cur ordines in quatuor temporibus fiant, & cur Episcopi diebus Dominicis, presbyteri vero, & ceteri ministri ecclesiæ sabbato ordinentur, indicabunt officiorum divinorum scriptores.

Ordo liber ecclesiasticus, qui vulgo *ordo romanus*, editus cum scriptoribus de ritibus ecclesiasticis, cujus mentio fit in capitular. *lib.* 7. *cap.* 143.

Ordo regula & observatio monastica. Aliquando nude ponitur pro *ordine religioso.*

ORGYIA, AΣ in *l. ult. D. famil. erciſc.* ulna, mensura senum pedum, Herodot. quaternorum cubitorum passus Valca interprete. Dioscor. *lib.* 4. δεκα οργυιας εχων υψος, decem ulnas altus, ut exponit Ruellius. Hesychius οργυαν ait esse την των αμφοτερων χειρων εκτασιν, και το μετρον απο τε τα γυια μετρειν, amborum brachiorum extensionem, mensuram ex eo sic dictam, quod ea mensurant τα γυια id est, agros. Jul. Pollux exponit, spatium quantum protensa hominis utrimque brachia ab altero summo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudinem patent.

ORFITIANUM SCum *l.* 6. *D. de adq. her.* vide *Orphitianum.*

ORICHALCUM. Vide *aurichalcum.*

ORIENS modo pro parte orbis, cui proprius præfectus prætorio attributus erat, modo pro diœcesi, quæ provincias quindecim continebat, Palestinam nimirum, Phœnicen, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palestinam Secundam, Palæstinam Salutarem, Phœnicen Libani, Euphratensem, Syriam Salutarem, Osroenam, Mesopotamiam, Ciliciam, Isauriam, Arabiam. Quamquam Guill. Tyrius *Orientem*, ex veterum auctoritate, *Antiochiam diœcesin* appellare se scribat *lib.* 3. *de bell. sacr. c.* 18. Supra dictæ autem provinciæ omnes sub dispositione viri spectabilis Comitis orientis erant, ut ex *Notitia Imp.* patet. Cujus comitis curæ *Seleucena Classis* mandata vulgo legitur *l. un. C. de Classic.* Quo in loco mendum esse, Brissonius docet ex scriptis Codicis Justinianei libris, & impresso Theodosii Codice, in quibus longe rectius

lius scriptum est: *ad auxilium rigandi Orontis*, qui fluvius est Syriæ Seleuciam affluens, cujus loco vulgo legitur *orientis*. Vide *Orontes*.

ORIGINALIS dicitur, qui ipsa nativitate, seu origine sua conditioni alicui adstrictus est. Sic conditio originalis *l.* 14. *C. Th. de privil. eor. qui in sacr. palat. merit Originales* coloni *l.* 14 *C. Theod. de annon. & trib.* curiales *l.* 13. *&* 96. *C. Theod. de decur. Originalis* levamentarius *l.* 1. *C. Theod. de navicul.* qui parentes habuit levamentarios. *Originales* suarum *l.* 5. *C. Th. de fugit.* Vide art. *Suarius*. Originalia vincula *l.* 82. *C. Theod. de decur.*

ORIGINARIUS, *a*, *um*. *Originaria*, (mulier) seu colonaria alienæ possessionis *l.* 7. *C. de murileg.* quam confer cum *l.* 10. *C. Theod. eod. tit.* Originarii colani *l.* 7. *&* 11. *C. de agric. & censit.* originarium solum *l.* 22. *C. Theod. de cohortal.*

ORIGO initium cujusque rei significat, & causam. Origo emendi, vendendique a permutationibus cœpit *l.* 1. *de contrab. emt.* Bonorum possessio ex jure civili originem non habet *l.* 1. *D. und. cogn.* *Origo* etiam dicitur, unde quis est, & unde ortum ducit *l.* 6. *D. ad municipal.* Cives origo facit *l.* 7. *C. de incol.* Ejus qui filium patrem non habet, prima origo a matre numerari debet *l.* 9. *D. ad municipal.* Vide & *l.* 3. *&* 6. *§. ult. l.* 7. *D. eod. tit.* *Origo* etiam significat initium acquisitionis, dominiive alicujus *l.* 19. *C. de donat. l.* 24. *C. de fideicom.* Ad hanc loquutionem acute adludit Tertullianus, dum *libro de carne Christi c.* 2. originalia instrumenta Christi, & *in libro adv. Hermog. c.* 19. originale instrumentum Moysi memorat.

ORIGENIANI ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit videre Filius patrem, nec Spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diversitate peccatorum e cœlis usque ad terras diversa corpora, quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum *c. Quidam* 39. *§.* 39. *caus.* 24. *quæst.* 3.

ORIRI, id est nasci, vel originem capere. Unde cum de corporalibus rebus, veluti de aqua in *l.* 8. *C. de servit. & aqu. l.* 1. *§.* 13. *D. de aqu. & aqu. pluv.* tum de incorporalibus, ut de actionibus *l.* 9. *§. ult. D. de reb. auct. jud. possid.* usurpatur.

Oriri etiam dicuntur, quæ repente accidunt, ut incendium *l.* 7. *§.* 4. *D. quod vi aut cl.* tempestas *l.* 13 *§.* 2. *D. locat.*

ORIUNDUS quis dicitur, unde originem trahit, ut in *l.* 6. *D. ad municipal. l.* 31. *D. de verb. signif. l.* 11. *D. de Senat.*

ORNAMENTA in loco sacro *l.* 1. *D. ne quid in loc. sacr.* in sepulchris *l.* 5. *C. de Sepulcr. viol.* publicorum operum *l.* 25. *C. Theod. de pagan.*

Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli præter signatorios, vel omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa, quo ex numero etiam hæc sunt aurum, gemmæ, lapilli, quæ aliam in se nullam utilitatem habent *l.* 25. *§.* 10. *D. de aur. arg. mund. leg.* Hinc ornamenta a mundo muliebri separantur *l.* 8. 13. *&* 30. *D. eod. tit. l.* 100. *§.* 2. *D. de legat.* 3. Differentiam utriusque exponit Ulpianus *d. l.* 25. *§.* 10. Tertullianus *de habit. mulier. lib.* 1. *c.* 4. Habitus feminæ, ait, duplicem speciem circumfert, *cultum* & *ornamentum*.

Cul-

Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornatum quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, argento, gemmis, & vestibus deputatur, iste in cura capillorum, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.

Hinc *ornamenti* adpellatione signatorius anulus non continetur *l.* 47. *D. de verb. signif.* Ornamentorum adpellatione vestis muliebris non continetur *l.* 37. *D. de aur. arg. legat.*

Ornamenta honoris & dignitatis, observante Heineccio, habere dicuntur, quibus honorum dignitatumque insignia, sine re, conferuntur. Qualia erant ornamenta consularia, triumphalia, duumviralia, quatuorviralia. Quin & principalia ornamenta ab Imperatoribus data legimus, apud Lamprid. in *Elagab. c. 6.* Dabantur porro illa non modo viris, sed & feminis. Ulpianus speciosas personas accipere debemus clarissimas utriusque sexus, item eorum, qui *ornamentis* senatoriis utuntur *l.* 100. *D. de verb. signif.* Quin & personis vilissimis concessa esse talia ornamenta ab Elagabalo observant Lamprid. *ibid.* & Dio Cass. *in excerpt. Peiresc. p.* 766. Quumque alias feminæ, nuptæ prius viris consularibus, & postea in inferioribus conditionis virorum toros concedentes, prioris matrimonii dignitate exciderent *l.* 8. *D. de Senator.* aliquando tamen impetrabant a Principe, ut manerent in consulari dignitate, velut Antoninum Caracallam id Juliæ Mammææ, consobrinæ suæ indulsisse, testatur Ulpianus *l.* 12. *D. eod. tit.* Lucillam quoque, L. Veri viduam, amisso viro Principe, Pomponio, privato, nuptam, sellam Imperatoriam, aliosque honores, Commodi Imperatoris indulgentia, retinuisse, testis est Herodianus *lib.* 1. *hist. c.* 20.

Ornamenta honoris metaphorice in *l.* 14. *C. Th. de proxim. Comit. dispos.*

ORNARE corpus *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* jumenta *l.* 38. *D. de Ædil. edict.* municipium *l.* 29. *D. de reb. auct. jud. poss.* sepulcrum *l.* 11. §. 2. *D. quod vi aut cl.* speciem *l.* 79. *D. de verb. signif.*

ORNATRIX. Ita vocabatur ancilla, quæ matronis comendis deserviebat, eisque ministerium in capillis disponendis, dirigendis, crispandis, ac torquendis exhibebat *l.* 65. §. 3. *D. de legat* 2. Ovid. *lib.* 2. *amor. eleg.* 14. Non acus abrupit, non vallum pectinis illos, ornatrix tuto corpore semper erat. Suet. *in Claud. c.* 40. Inducta teste in Senatu: Hæc inquit, matris meæ liberta, & ornatrix fuit. Macrob. *lib.* 2. *Saturn. c.* 5. Eadem Julia mature habere cœperat canos, quos legere secreto solebat. Subitus interventus patris aliquando oppressit ornatrices. Exstat in lapide quodam Romæ inscriptio hujusmodi: *Cineribus Camillæ Alpionillæ Quintæ ornatrici.* De ornatricibus plura Jo. a Wouveren ad illud Petronii: Dic Chrysis, numquid indecens sum? numquid incompta *in not. p.* 472. Taubman. *in Plauti mostellar.* I. 3. *v.* 97. sed magis operæ pretium fuerit, legisse, quæ de ornatricibus, & cosmetis plena manu ferunt Laur. Pignor. *de serv. & eor. apud vet. condit. p.* 191. *sequ. edit. Patav.* & Thom. Reines. *Comm. ad inscr. p.* 214. *& sequ.*

ORNATUS civitatis *l.* 122. *D. de legat.* 1. domus *l.* 3. §. 7. *D. de usur.* Imagines, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt *l.* 12. §. 36. *D. de instr. vel instr. leg.*

ORONTES *l. un. C. Theod. de classi.* ex qua corrigenda est *l. un.*

un. C.
tis vulg
rontes S
banum,
liopolin
2. *hist.*
21. 22.
eum amr
phon dic
ab illo,
Orontem
Orontes a
nio *lib.* 4.
Tyrius *lib*
p. 685. Flu
superimpos
rontes adpe
Fer dictus
Antiochiam
mare desce
fluvii idem
& c. 10.
lib. 3. *c.* 5.
lari dicit.
ORPHA
26. *l. pen.*
l. 34. *C. de*
cus, in quo
lus orbati a
ORPHA
30. *& 34.*
& Nov. 7. *t.*
ponitur orpha
quam tutor
rum. Vetus
plus est orph
num tutor, &
rator, qui ec
cultatibus dest
candos.
ORPHI
Orphito & R
Marci tempori
Justinianus *pr.*
Inst. Ejus aut
sisse D. Marcu
senatu recitata
D. ad SC.
ni inquiens, I
cautione cavetu
ræve hereditas ac
ve aliena potest

um. C. Justin. eod. tit. ubi *Orientis* vulgo legitur. Est autem Orontes Syriæ amnis, qui inter Libanum, & Antilibanum juxta Heliopolin nascitur teste Plinio *lib. 2. hist. nat. c.* 103. *& lib.* 5. *c.* 21. 22. Strabo *lib.* 6. *&* 16. ait eum amnem, quum prius Typhon diceretur, mutato nomine ab illo, qui in eo pontem fecit, Orontem esse adpellatum. *Eous Orontes* adpellatur a Statio Papinio *lib.* 4. *silv.* 7. *v.* 46. Guil. Tyrius *lib.* 4. *de bell. sacr. c.* 8. *p.*685. Fluvius, inquit, cui pons superimpositus est prædictus, *Orontes* adpellatur, verbo vulgari *Fer* dictus, qui ab eo loco secus Antiochiam defluens, inde ad mare descendit. Meminit hujus fluvii idem auctor *lib.* 4. *c.* 10. *&* *c.* 10. Male ergo Hegesippus *lib.* 3. *c.* 5. eum *Orientem* adpellari dicit.

ORPHANOTROPHIUM *l.* 16. *l. pen. pr. C. de SS. Eccl.* *l.* 34. *C. de Ep. & cler.* est locus, in quo filii orbi, & parentibus orbati aluntur.

ORPHANOTROPHUS *l.* 30. *&* 34. *C. de Ep. & cler.* *Nov.* 7. *tit.* 1. *c.* 1. qui præponitur orphanis nutriendis, tamquam tutor, seu curator minorum. Vetus Glos. Orphanothropus est orphanorum, & pupillorum tutor, & adolescentium curator, qui eos parentibus & facultatibus destitutos suscipit educandos.

ORPHITIANUM SCum Orphito & Ruffo Coss. factum Marci temporibus, ut testis est Justinianus *pr. Inst. de SC. orphit.* Ejus autem SCi auctorem fuisse D. Marcum, oratione in senatu recitata, indicat Cajus *l.* 3. *D. ad SC. Trebell.* Sacratissimi inquiens, Imperatoris nostri oratione cavetur, ut matris intestatæ hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt, pertineat. Ulpianus vero *tit.* 26. *§.*7. D. Marco socium adjungit Commodum filium. Ait enim. Sed postea Imperatorum Antonini & Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, & reliquis adgnatis.

Hoc autem SC. effectum, ut liberi ad bona matrum intestatarum admitterentur, ait Justinianus *pr. Insi. de SCo Orph.* idemque ex toto *tit. C. eod. tit.* adparet. Add. *l.* 1. *D. ad SC. Tert.* *l.*2. *§. ult. D. und. legit. l.* 6. *D. de adq. vel omitt. her. l.* 1. *§.*9. *D. und cogn.*

Quod vero Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 14. *§.*1. his verbis prodit: *Quum autem ita manumiserit: obsonatorem vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo, ex orficiano SCo perinde libertas competit, ac si nominatim data sit*: Id non ejusdem illius SCi caput alterum, sed aliud ejus nominis SCum esse arbitratur Heineccius cum Guil Ranchino *de succeff. ab intest. §.*5. *n.*2. & Antonio Schultingio *jurispr. vet. antej. p.*427.

ORTHODOXA eccleſia *l.*14. *C. de SS. Eccles.* religio *l.* 12. *&* 15. *C. eod. tit.* Ut cunctis orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent, catholicæ Ecclesiæ toto orbe reddantur *l.* 6. *C. Theod. de haret.* Orthodoxus ait Isidorus *lib.*7. *orig. c. ult.* est *recte credens.* Ὀρθὸς enim græce *recte* dicitur, δοξα gloria, hoc est, vir rectæ gloriæ, quo nomine non potest vocari, qui aliter vivit quam credit. Verum δοξα heic est *Sententia.*

ORTUS imperii *l.* 7. *in fin. l. ult. C. de feriis* id est, primordium, origo.

OS, *oris.* Os alicui percussum *l.*7. *§. ult. de injur.* Quod avibus ex ore cecidisset *l.*40. *§.*

3. *D. de contr. emt.* hunc locum corrigit Heinecc. rescribens *auribus* pro *avibus*, huicque displicet, quod reponit Brisson. *ære* pro ore.

Ossa hominis condita *l.* 2. §. 5. *D. de relig.* ab alio illata *l.* 8. *D. eod. tit.* Est Lex in XII Tab. Hominis mortui *ossa* ne legito, quo post funus facias, extra quam si belli endove (in) hostico mortuus escit. Id est, homini mortuo e cadavere membrum aliquod ne adimito, cujus caussa postea funus, funerisque impensæ de novo iterentur, nisi si quis in bello mortuus esset, vel peregre.

Osculum in sponsalibus *l.* 16. *C. de donat. int. vir. & ux.* & in salutationibus magistratuum adhibebatur *l.* 119. *C. Theod. de decur. l.* 4. *C. Theod. de domest. & protect.* & ibi Jac. Gothofr. *l.* 1. *C. Justin. eod. tit.*

Οσιας χαριν apud Modestinum in *l.* 2. *D. qui pet. tut.* idem est, ac defunctorie, ut loquitur *l.* 2. §. 32. *D. ad SC. Tertull.* At apud Dionem *lib.* 37. οσιας ενεκα est servandæ consuetudinis caussa, seu, ut loquitur Gellius *lib.* 4. *c.* 18. veteris moris usurpandi gratia.

Ospratura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur *l. ult.* §. 19. *D. de mun. & honor.* Heineccius probat Jo. Brodei divinationem *misc. lib.* 10. *c.* 20. pro *ospratura* legentis *ospriona*, quod verbum απο τ. οσπριω *legumine* est & verbo ωνεισθαι, *emere*, adeoque leguminum coemtionem significat.

Osrhoena, provincia Orientis, cujus fit mentio *l.* 10. *C de ædif. priv. l.* 5. *C. de cohortal. l.* 8. *C. de fund. patrim.* Quibus omnibus locis hujus verbi scriptura mendo non caret. Regebatur vero per Ducem, ut *ex Notitia Imperii Rom. patet.*

Ossuaria, æ pro loculo, in quo hominis ossa condita sunt *l.* 2. *D. de Sepulcr. viol. Ossuarium* probum est, quamvis in marmoribus frequentius *Ossarium*, genere neutro & omissa littera *u.* Reines. *inscr. class.* 19. 24. Spon. *Misc. lan. p.* 290. *Ossuarius* enim, & *Ossarius* sunt adjectiva, & sic apud Ulpian. *d. l.* 2. subaudiendum est substantivum *Olla.* Ita enim *olla ossuaria* est apud Grut. *inscript. p.* 616. *Ossua* pro *ossa* reperias in lapide apud Vignol. *de column. Antonini p.* 225. Adde de hac voce pluribus differentes Cujac. *lib.* 10. *obs. c.* 37. & Ducker. *de latin. vet. Ictor. p.* 423.

Ostendere, monstrare, & declarare est, item docere, ac probare passim in *LL.* nostris.

Ostentum, Labeo definit, omne contra naturam cujusque rei genitum, factumque *l.* 38. *D. de verb. signif.* ibidemque duo esse genera ostentorum Ulpianus tradit. Origo hujus vocis a Cicerone *lib.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. his verbis demonstratur: Prædictiones vero, & persuasiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici? Ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Festus *lib.* 13. Ostentum quo nunc utimur *prodigii* vice. Idque ab ostendendo dictum esse, idem *lib.* 11. in voce *monstrum* scribit. Non. Marcellus: Monstra, & ostenta similiter intelliguntur, quod imminentia monstrent, & ostendant. Porro quid inter monstrum, *ostentum*, portentum & prodigium intersit, vide Fest. *lib.* 4. in verbo *portentum*, Nonium Marcellum in verbo *monstrum*, & Isidor. *lib.* 2. *different.*

Ostiarius *l.* 24. *C. Th. & l.* 6. *C. Just. de Episc. &* cler. Dicti autem ostiarii, quod præsint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem, omnia intus, et

traque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles *c.* 1. §. *fin. dist.* 21. Adde *c.* 1. §. 1. *dist.* 25. Eorum jam fit mentio in Concil. Laod. *can.* 21. & 24. vide Ziegl. *de diacon. & diaconiss. c.* 1. §. 6. *seqq.*

Ostiarii etiam servi forium custodes in *l.* 61. *D. de legat.* 3. *l.* 12. §. 9. & §. 42. *D. de instr. & instr.* Hi plerumque in cellula prope fores etiam catenati, perinde ac canes excubabant. Suet. *de clar. Rhetor. c.* 3. L. Ottacilius Pelitus serviisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse. Ovid. *lib.* 1. *amor. eleg.* 6. Janitor indigne dura religata catena. Addi de iis possunt Pet. Faber *lib.* 2. *semestr. c.* 12. Brodæus *lib.* 3. *miscel. c.* 3. Sagittar. *de jan. vet. c.* 16. Laur. Pignor. *de serv. p.* 216.

Ostiensis panis *rubr. tit. C. Th. de pretio pan. ostiens.* qui alias fiscalis dicitur, nempe e fisco canone frumentario conficiebatur, quod pistores emebant a candicariis, & mensoribus, ut docet *l.* 1. *C. Th. de frum.* Dictus autem fuit Ostiensis, quia ad portum Ostiensem canon fiscalis omnis subvehebatur, inque eo portu pistores horrea cellulasve habuere, vide Jac. Gothofr. in *Comm. d. tit. C. Theod. de pret. pan.* vide supra voce *fiscalis.*

Ostium *l.* 11. §. 2. *D. quod vi aut cl. l.* 59. *D. de rei vind.* est introitus ædium. Τας θυρας Aristophanis Scholiastes in Plut. latine ostia dici tradit, παρα το εξωθεν παρημενων. *Ostium* fluminis, ubi fluvius illud se in aliud flumen, vel in mare præcipitat.

Otiosus, *a*, *um.* Ictis atque ita adpellatur, quod lucrum non fert, vel unde nihil redit. Sic otiosis ædium cultibus prodesse alium patrimonia, fortunæque dicuntur *l.* 15. *C. Theod. de curs. publ.* Otiosi mancipatus functioni addicendi *l.* 1. *C. Theod. de mancip.* ubi *otiosi* iidem, qui in *l.* 3. *C. Theod. de tabular.* vocantur *vacantes & vacuo officio publico l.* 3. *C. Theod. de naufr.* Otiosum & immune patrimonium *l.* 2. *C. Theod. de præd. & omn. reb. navicul.* Otiosa pecunia, quæ alias & vacua, dicitur ea, quæ non occupatur, id est, non exercetur, neque in nomina, vel in emtionem prædiorum collocatur *l.* 13. §. *ult. D. de usur.* Plin. *lib.* 10. *Epist.* 62. Pecuniæ publicæ & exactæ sunt, & exiguntur, quæ vereor ne otiosæ jaceant. Nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est, nec inveniuntur, qui velint debere reipublicæ. Quinctilian. *Declam.* 345. Pecuniam dedi, & ex otiosa jacente patrimonii parte aliquid numeravi. Contra *occupari* pecunia dicitur, quæ exercetur. Vide supra in art. *occupare.*

Otium civile, & domestica quies *l. un. C. de gladiat. penit. toll.* pro pacis tempore.

Ovasis vel *Oasis* tam parva, quam magna, locus desertus est Africa, in quem nocentes relegari solebant, nam utriusque meminit Ptolemæus in tertia tabula Africæ, & Plin. *lib.* 5. *c.* 9. Arsinoitæ, inquit, duo sunt, hi Memphites usque ad summum Delta perveniunt, cui sunt contermini ex Africa duo Oeasitæ. Mentio etiam est utriusque apud Curt. Et Strabo *lib.* 17. scribit Ovases loca habitata esse in magnis desertis, quasi insulas quasdam in mari. Socrat. *in hist. eccles. lib.* 2. *c.* 28. de Gregorio quodam Arriano loquens ait, eum quosdam catholicos interfecisse, alios vero superstites in exilium ad magnam *Oasin* relegasse. Evagr. *lib.* 1. *hist. eccles. c.* 7. *refert*, nestorium hereticum, edicto Imp. Theodosii, in Oasin relegatum fuisse, quam

& Ibim vocari scribit, ut & testatur Plin. *lib.* 5. *c.*4. Sic enim apud eum legendum: *Ibis* civitas *Oensis*, &c. Sunt alii auctores, qui hujus vocis mentionem faciant, ut jam non sit dubitandum, quin apud Ulp. *l.* 7. §. 5. *D. de interd. & releg.* sic legi debeat: Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in Provincia Ægypto in Ovasin relegare. Hinc Oasena deportatio *l.*1. *C. Th. de Nil. agger.*

OVILE *l.* 25. §. *ult. D. de instr. vel instr. leg.*

OVILIO, alias opilio, pastor ovium *d. l.*25.

OVILIS grex *l.*12. §. 2. *D. de usu & hab.*

OVES lanigeræ *l.* 2. *C. Th. quib. equor. us.* Ovibus legatis agni non continentur, nisi annuales sint Paull. *lib.*3. *sent. tit.* 6. §.74. neque arietes *l.* 81. §. *ult. D. de leg.* 3. Grege autem ovium legato arietes, & agnos deberi, nemo dubitat *d. l.* 81. & Paull. *cit. l.*

ΟΥΣΙΑ essentia, vel substantia. Incorruptæ Trinitatis indivisa substantia, quæ Græcis adsertione verbi ισια recte credentibus dicitur *l.* 6. *C. Theod. de heret.* Ad quem locum ita Jac. Gothofr. ΟΥΣΙΑ apud Patres Græcos aliter, atque apud Philosophum Aristotelem significat generale & commune quid inter plures personas, sicut υποστασις individuum singulare. In Justiniani Codice ουσια dicitur *l.* 2. *C. de summ. Trin. & Fid. Cath.*

P

PABULUM *l.*39. §.3. *D. de legat.* 3. & Pabula *in l.*12. §.8. *D. de instruct. vel instr. leg.* alimenta pecorum vocantur in *l.* 2. *C. de curs. publ.* & cibaria jumentorum in *l.* 3. §.7. *D. de pen. leg.*

PACATA sit provincia *l.*13. *D. de offic. præsid.* Pacatis rebus *l.*14. *D. de except. rei jud.*

Παχτμεσερον in *l.*7. *D. de peculat.* & apud Gell. *lib.*14. *c.*1. est pinguius, ut loquitur *l.* 14. *D. de except. rei jud.* & *l.* 49. *D. de re jud.*

PACISCI & transigere differunt *l.* 18. *C. de transact.* Paul. *lib* 1. *sent. tit* 1. §.1. Nam, qui transigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit: Qui vero pacisci tur, donationis causa, rem certam & indubitatam liberaliter remittit *l.* 1. *D. de transact.* In edicto tamen prætoris de his, qui notantur infamia, & alibi passim pacisci idem est, ac transigere. *Qui furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo pactus erit, infamia notatur l.*1. *D. de his, qui not. infam.* Pactus sic accipimus, si pretio quantocumque pactus est. Ceterum si precibus impetravit, ne secum ageretur, non erit notatus *l.* 6. §. 3. *D. eod. tit.* & ita verbum pactos in *l.* 4. *D. de jur. fisc. l.*18. *C. ex quib. caus. inf. irrog.* & pacisci *l.*10. *C. ad leg. jul. de adult.* accipe. Si pepigerim, ut decem petam *l.* 25. §. 7. *D. de pact.* quam loquendi formam a veteri *pago* in XII. Tab. ubi est *ni pagunt*, usurpato, adversus Servium, ex Quinctil. *lib* 1. *c.* 10. descendere docet Briss.

PACTIO & *Pactum* promiscue in jure nostro sumuntur, ut patet ex *l.*1. *D. de pact.* ubi de

finitur, q
in idem
vel in re
bus utrim
di causa
7. §. 14.
*l.*50. *D.*
ventione
alias in g
sub se *pacta*
& ab hoc
comprehen
*l.*1. §.3. *D*
ce contractu
a contractu
destituta n
est datione
gationem ci
ducere possi
vel facti in
Pactum ig
versum, est,
nudum *d.*
*de pact. l.*10
quod in nudi
tionis finibu
quidem actio
exceptionem
*pact. l.*20. *leg*
tit. Non nud
vulgo vocant
producit, ve
lex, vel præ
de pact. vel qui
multi adjectum
C. de pact. qu
legitimum, il
mum, hoc *adj*
gimi autem
cilia, quod leg
cilia exempla
*tate l.*6. *C. de*
*donationis l.*35.
pacta quædam
*D. de usur. l.*7
12. *C. de usu*
Contra *pacta*
publica *l.* 17. §
constituta pecun
nest. pecun. &
secundo præstando
est. Rursus qu

finitur, quod sit *duorum pluriumve in idem placitum* (juris nempe vel in re vel ad rem paciscentibus utrimque competentis mutandi causa) *consensus*; item ex *l.* 7. §. 14. *D. l.* 28. §. 2. *leg.* 30. *l.* 50. *D. eod. tit.* ubi pro *conventione* in genere accipitur, quæ alias in generali suo significatu sub se *pactum* in specie sic dictum, & ab hoc diversum *contractum* comprehendit, ceu nos docet *d. l.* 1. §. 3. *D. de pact.* Vide in voce *contractus*. *Pactum* autem, quod a contractu differt, est conventio destituta nomine, & caussa, id est datione vel facto, quæ obligationem civilem sua natura producere possint, vel est nuda rei, vel facti in futurum promissio.

Pactum igitur a contractu diversum, est, vel *nudum*, vel non nudum *d. l.* 7. §. 1. 2. 4. *D. de pact. l.* 10. *C. eod. tit. Nudum* quod in nudis placiti & conventionis finibus subsistit, & non quidem actionem producit, sed exceptionem *d. l.* 7. §. 4. *D. de pact. l.* 20. *leg.* 21. *l.* 28. *C. eod. tit. Non nudum*, alias *vestitum* vulgo vocant, quod actionem producit, vel quia speciatim ei lex, vel prætor adsistit *l.* 6. *D. de pact.* vel quia in continenti contractui adjectum est *l.* 7. §. 5. *l.* 13. *C. de pact.* quorum istud *pactum legitimum*, illud *pactum prætorium*, hoc *adjectum* vocatur. Legitimi autem pacti, ita quidem dicti, quod lege confirmatur species exempla sunt *pactum dotale l.* 6. *C. de dot. prom. pactum donationis l.* 35. §. *ult. C. de don.* pacta quædam de usuris *l.* 30. §. 2. *C. de usur. l.* 7. *D. de fœn. naut.* 4. *Nov.* 136. *cap.* 4. Contra *pacta prætoria* sunt hypotheca *l.* 17. §. 2. *D. de pact.* constituta pecunia *l.* 1. *D. de const. pecun.* & pactum de jurejurando præstando §. 11. *Inst. de act.* Rursus quod ad pacta in continenti adjecta: Sunt læti, qui hoc ad contractus bonæ fidei restringunt, quos hodie communis fere opinio sequitur. Fundamenta suæ opinionis quærunt in *cit. l.* 7. §. 5. & 6. *D. l.* 13. *C. de pact.* In illa Ulpianus: Pacta conventa bonæ fidei judiciis inesse, in hac Maximus Imperator: In bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si in continenti fiat, scribunt. Sed ut hi contractuum bonæ fidei solum mentionem faciunt, sunt tamen alii, qui idem in contractibus stricti juris obtinere docent. Ita Paullus *l.* 40. *D. de reb. cred.* pacta stipulationi in continenti adjecta, eidem inesse, aperte fatetur, atque idem in *l.* 4. §. 3. *D. de pact.* pactum de non petendo adjectum stipulationi, eidem inesse non dissimulat. Vide Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 99. Neque movet interpretatio Noodtii, qui voculam *inesse* in bonæ fidei contractibus partes actoris, in stricti juris vero rei respicere ait, cujus sufficiens probatio adhuc desideratur. Quod autem dictum est, pacta ejusmodi naturam contractus adquirere, si adjiciantur *in continenti*, ita accipiendum est, si statim, & absque longiori intervallo *leg.* 3. §. 9. *D. de vi & vi arm. l.* 21. *C. de usur. l.* 40. *D. de reb. cred.* Non vero ita ac si fatale hoc adjiciendi momento sit adstrictum, quod declarat *l.* 1. §. 8. *D. ad Leg. falcid.* In continenti ita accipiendum, cum aliquo spatio v. g. Titium ac Cajum intercedit emtio venditio, illo huic ædes suas vendente. Convenit de pretio, ergo contractus perfectus est; Placet autem probationis saltem gratia eum in scripturam redigere, hocque perficiendum committitur Javoleno Notario; Post tres dies convenit inter eumdem Titium, & Cajum,

ut pretii quarta pars singulo trimestri spatio solvatur, committitur Javoleno hoc contractui inserendum, inseritur, atque contractus ita formatus subscribitur ab utroque, pactum de pretio statis temporibus solvendo adjectum est. Ceterum nil refert, utrum pactum in instrumento contractum ipsum antecedat, an & mixtum sit, an vero subsequatur istud *l.* 5. *C. de pact. int. emt. & vend.* illud *l. pen. C. eod.* hoc vero *l.* 3. *C. de ædilit. edict.* traditur, ut inde pateat, quod *l.* 7. §. 5. *D. de pact.* verba; *Ea enim pacta insunt, quæ legem contractui dant, i. e. quæ in ingressu contractus facta sunt*, nihil definiant, sed tantum exemplo aliquo declarent, quod simili modo factum §. 8. *d. l.* verbis: Ne a persona petam, i. e. ne a Lucio Titio petam. Vid. Noodt. *de pact. c.* 11. Ceterum adjecta in continenti pacta naturam contractuum, quibus adjiciuntur, induunt, hinc actionem producunt contractui cognominam. Hæc ex Wurffell. *jurispr. definit.* §. 145. *in not.*

PACTORUM quædam *in rem* sunt, quædam in personam *l.* 7. §. 8. *D. de pact.* In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam. Alio modo dicitur, pactum in rem, quod non personæ, sed rei caussa factum est, ut emtori prosit, & ceteris ad quos res transit. Connan. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 8. In personam, quoties ne a persona, id est ne a Lucio Titio petam *d. l.* 7. §. 8. *D. de pact.* Utrum autem in rem, an in personam pactum factum est, non minus ex verbis quam ex mente convenientium æstimandum est. Plerumque enim persona pacto inseritur, non ut personale pactum factum est *d. l.*

Pactorum quædam *tacita* sunt, quædam *expressa*. Expressa sunt, quæ verbis designantur. Tacita, quæ vel re, vel tacito & obscuro consensu perficiuntur; (Obscuro nempe, quamdiu attenderis solum ad id, quod verba per se important, aperto vero, ratione habita materiæ substratæ, & ejus quod actum est.) In bonæ fidei contractibus ea insunt tacite, quæ solita sunt ex natura eorum opponi. Item, quia conventiones etiam tacitæ valent, placet in urbanis habitationibus locatis invecta & illata pignori esse locatori, etiam si nihil nominatim convenerit, ait Paull. *l.* 4. *pr. D. de pact.*

Pactum a pollicitatione quo differat, vide in art. *pollicitatio.*

Plerumque & fere semper junctim, & absque copula dicitur *Pactum conventum l.* 27. §. 2. *& §.* 11. *D. de pact. l.* 12. *D. de transact. l.* 19. *D. de pact. dotal.* & passim.

PACTUM EIUS Clemens laudatur a Pomponio *l.* 21. §. 1. *D. de statu lib.* Id nomen in Pandectis sæpe numero corruptum, scriptumque pro eo esse *pactum ejus*, ostendit Bynkersh. *lib.* 3. *observ. c.* 7. *Hein.*

PÆDAGOGIANUS puer, qui in palatio principis ministrabat *l.* 5. *C. Theod. de divers. offic.* Ammian. Marcell. *lib.* 26. *c.* 6. *p.* 357. *& lib.* 29. *c.* 3. *p.* 436. Delectos autem ad hoc ministerium fuisse non nisi elegantes, & eximia præ aliis forma præditos, satis constat. Vid. Jo. a Wouvern. ad *Petron. p.* 411. *sequ.* Jac. Gothofr. *ad d. l.* 5. Car. Du-Fresne *glossar. lat.* hac voce Reines. *ad Inscript. p.* 562. & Jac. Guther. *de offic. dom. aug. c.* 30. *p.* 814. *sequ.*

PÆDAGOGIUM. Pædagogia quæ in fundo habebat, ut, quum ibi veniisset, præsto essent in triclinio *l.* 12. §. 32. *D. de instr. vel instrum. leg.* Ea adpellatione servilem familiam, non quidem universam, verum juniorum, qui

qui circa patrem familias occupati erant, accipere debemus, id est, servos ætatis integræ, quos usus sui caussa paterfamilias habet, qui ad ipsius corpus tuendum, atque ad ipsius cultum præpositi destinatique sunt, ut loquitur *l.* 204. *D. de verb. signif.* Et ita apud M. Senecam *lib.* 2. *contr.* 1. pædagogia interpretari licet ministeria puerilia juveniliaque ad eos usus parata, destinataque.

PÆDAGOGUS, qui pueris præest in *l.* 15. §. 16. *D. de injur.* l. 13. *D. de manumiss. vind.* l. 35. *D. de fideicomm. libert.* Pædagogi etiam, qui pueris pædagogianis in principis palatio præficiebantur *Ti. Claudio Aug. L. Eutycho pædagago puerorum.* Marmor apud Vignol. *de column. Antonini p.* 209.

PAGANICUS, *a*, *um* idem quod *paganus* significat in *l.* 1. *C. de test. milit.* ubi *in paganico* est pro *in paganico solo.*

PAGANITAS pro cultu Deorum profano *l.* 5. *C. Theod. de spectac.*

PAGANI in juris civilis libris *militibus* adversantur in *l.* 26. *D. de lib. & postum.* Et miles quidam ab Appiano στρατιώτης, paganus ἀπολλωνὸς vocatur *lib.* 1. *de bell. civ.* Hinc pagani his, qui habent castrense peculium vel quasi opponuntur *l.* 7. §. *ult. D. de donat.* & peculium in paganum, id est non militare, & castrense dispescitur *l. ult. C. de inoff. test.*

Pagani dicuntur alieni a fide nostra in Constitutionibus Imperatorum christianorum. Ita autem dicti, quod templis ac delubris per urbes jussu Imperatorio clausis, homines superstitioni innutriti, in pagis & agris procul ab urbibus clandestina sacra peragerent. Unde Prudent. *Peristeph. hymn.* 14. *v.* 296. Non erubescis stulte pago dedite: Te tanta semper perdidisse obsonia? Et *lib.* 1. *contr. Symmach. v.* 621. Deorum cultores vocat *pago implicitos.* Cui Brissonii sententiæ suffragantur Baronius, Vossius, Weitzius, aliique viri docti. Nec tamen absonum est cum Heineccio suspicari, uti Pagani vulgari linguæ usu sæculo quarto dicti sunt omnes ἀστρατευτοι, ita idem nomen tulisse, Deorum cultores, quippe Christo non militantes.

PAGARCHUS vid. infra *Præfectus pagi.*

PAGINÆ orationis *l.* 16. *C. Th. de navicul.*

PAGUS pro villa, & quidem, ut Servius *ad lib.* 2. *Georg. v.* 382. scribit, απο των πηγων, a fontibus, circa quos villæ condi consueverint. Unde & *paganos*, quasi ex uno fonte potantes. Pagorum mentio est *l.* 12. *D. de ann. leg. l.* 2. *C. de suscept. Pagi* præfectus. Vid. *præfect.*

PALAM est coram pluribus *l.* 33. *D. de verb. signif.* Donat. in Adelph. *Act.* 3. *sc.* 2. Coram, inquit, ad certas personas refertur, *palam* ad omnes. *Palam* & *aperte* conjunguntur in *l.* 9. *D. de his, quæ ut indign. l.* 54. *D. de admin. & peric. tut.* quamvis Ascon. *in divinat.* & inter hæc eam statuit differentiam, quod aperte ad verba non obscura pertineat, palam ad præsentium multitudinem, & qualitatem frequentiæ loci. Et hoc fere sensu opponuntur *palam*, & *clam* in *l. ult. D. de rit. nupt.* §. 6. *Inst. de publ. judic.* palam & publice & secreto in *l.* 3. §. 20. *D. palam* & occulte apud Lactant. *lib.* 2. *inst. divin. c.* 17. quo pertinent palam, & bona fide comparare *l.* 5. *C. de contrab. emt.* Et verba hæc *e Palam* non dat, qui ita scribit, rogo vos heredes meos, in eo, quod a vobis petii, fidem præstetis *l.* 40. *D. de jur. fisc.* Et hoc sensu,

in fideicommissorum quæstione, *palam* & *tacite* opponuntur *l.* 3. *pr.* §. 1. *l.* 13. §. 1. *D. eod. tit.* vide in voce *fideicommissum.* Quæ commendandi caussa in venditionibus dicuntur, si palam adpareant *l.* 43. *D. de contr. emt.*

Palam est, id est, manifestum est *l.* 3. §. 5. *D. de incend. ruin. naufr. l.* 14. §. 13. *D. de furt.* & passim.

Palam facere, id est, notum publice facere in *l.* 18. §. *ult. D. de quæstion. l.* 34. §. *ult. D. de statu lib.*

Palam nuncupare heredem *l. ult. D. de jur. codic.* non utique in publicum significat, sed ut exaudiri possit, nec ab omnibus exaudiri, sed a testibus septem *l.* 2. *D. qui test. fac. poss.*

PALARIA silva, ex qua pali sumuntur *l.* 9. §. *ult. D. de usufr.*

PALATINI, largitionales, seu privatiani erant, atque in genere hoc nomine omnia officia eorum, qui in sacro palatio militant, id est, memoriales, agentes in rebus, apparitores diversorum comitum, largitionum, vel sacrarum, vel privatarum rerum, continentur, de quibus *in tit. de palatin. sacr. largit.* Sed & ministeriani, de quibus *tit. de castrens. & ministerian.* Generalem hanc significationem comprobat *l.* 1. *C. de priv. eor. qui in sacr. pal. milit.* A palatinis, inquit, tam his qui obsequiis nostris inculpata officia præbuerunt, quam illis qui in scriniis nostris, id est, memoriæ, epistolarum, libellorumque versati sunt, procul calumnias jubemus esse remotas. Andr. *epist.* 5. Palatina, inquit, officia omnia, id est memoriales, agentes in rebus, apparitores diversornm Comitum. Palatium pro *palatinis* sæpe accipi Amm. Marcellin. testis est *lib.* 4. Tuas, ait, & palatii tui auferre jubeo propediem annonas. Et eodem libro: relicto palatio omni. Palatini tamen nomen, & de iis speciatim videtur dictum, qui in aula Imperatoris libellos petitionum, vel aliarum rerum, quæ Imperatori offerebantur, instruebant, vel gesta admissi alicujus libelli edebant *l.* 2. *C. de pet. bon. subl.*

Palatini numeri, qui præsentes Principis ministerio deputati erant *l. ult. C. Th. de re milit. l.* 10. *C. Theod. de numerar.* Iidem dicti Palatinæ vexillationes *l.* 22. *C. Th. de erogat. milit. annon.*

PALATIUM. Ne quis in palatio maneat. De hoc titulus exstat singularis in *C. Theod.* Palatium quandoque pro *palatinis* accipi modo docuimus ex Amm. Marcell.

PALÆSTRA. Mancipium de palæstra Ulpianus in *l.* 15. §. 1. *D. de usufr.* servum accipit, qui palæstræ operam dat. Vide infra in art. *Pancratium.*

PALEA in *l.* 9. *C. Th. & l.* 2. *C. Justin. de erogat. milit. annon.* idem quod *capitum* dicitur in *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* id est, pabulum jumentorum, seu animalium, ut docet Jac. Gothofr. *in Comm.*

PALLIA serica *l.* 3. *C. Th. de vest. holover.* Fuere inter vestimenta muliebria, matris familias caussa comparata, quibus vir non facile uti poterat sine vituperatione *l.* 25. §. 2. *D. de aur. arg. leg.* Et tamen pallia paullo post sunt inter vestimenta communia, quibus sine reprehensione vel vir vel uxor utatur. Quamvis vero ita legatur Florentiæ, eamque lectionem tueatur Petrus Faber *lib.* 1. *Semestr. c.* 15. priore tamen loco scribendum esse *Palla*, quæ vestis mulieribus propria erat, docuit Octav. Ferrar. *de re vestiar. part.* 1. *lib.* 3. *c.* 18. Hein. Fuit autem pallium proprie extrema vestis, unde apud Plautum *in*

in Trinu. allegoria proverbialis, tunica pallio propior est. Isidor. *lib.* 19. *c.* 21. Pallium est, quo ministrantium scapulæ contegun-tur, ut dum ministrant, expediti discurrant. Plaut. si quid facturus eo, adpende in humeris pallium.

PALLIUM in *lib.* 1. *Decretalium tit. de auctoritat. & usu pallii* aliter accipitur. Hoc describit Polyd. Virgil. *lib.* 4. *c.* 12. Pallium, inquit, vestis summa lanea, & candida, cujus utrimque pendent duæ fasciæ, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus insignita est. Cujus sane insignem rationem D. Gregorius ad Maximum Episcopum Solymitanum scienter reddit, qui dicit illud humanitatem & justitiam significare, ut ii, qui illo utuntur, foris submisse se gerant, id est mites sint, & intus animum æquum habeant, hoc est, justitiam colant. Et de hujusmodi pallio (quod Patriarcharum, Primatum, & Metropolitanorum est proprium, ut per illud a ceteris Episcopis discernantur, & privilegiatam obtineant dignitatem) Tertullianus librum scripsit, quo ejus vetustatem, & commodum usum edocet. Olim erat Pallium indumentum totius corporis ad talos usque promissum, splendidissimum, atque pretiosum *c.* 3. *de auct. & us. pall.* Hodie Pallium est circulus, seu fascia latitudine trium aut quatuor digitorum, de candida lana contexta, quatuor crucibus intextis ornata, & solemniter super Altari S. Petri consecrata, unde de corpore B Petri sumptum dicitur in *c. significasti* 4. *de election.* Eo indigent Archiepiscopi & Episcopi exemti, absque quo nec Episcopos aut Ecclesias consecrare, nec clericos ordinare, nec Imperatores aut Reges coronare, nec chrisma conficere, nec Concilium convocare *c.* 28. *in fin. eod. tit.* immo nec nomen Archiepiscopi usurpare possunt *cap.* 3. *de auct. & us. pallii.* Pallium non datur nisi fortiter postulantibus post datam fidei promissionem *c.* 1. 2. *dist.* 100. & juramentum fidelitatis præstitum, ut obedientiam, & subjectionem ostendant *d. c.* 4. *de election.* Traditur vel præsenti, vel traditio ejus committitur uni, vel duobus Episcopis, qui post missæ celebrationem genuflexo in Ecclesia Metropolitana id tradunt adhibitis consuetis formulis, & subjunctis litteris. Pontifex eo utitur libere & ubique, ceteri non item, sed dumtaxat intra quamlibet suæ Ecclesiæ provinciam *c.* 1. 4. 5. *de auct. & us. pall.* præscriptis quibusdam diebus, dum missarum solennia celebrant *c* 6. 7. *eod. tit.* Alteri commodari nequit, & cum pallio sepeliuntur *c.* 2. *eod. tit.* Translatus ad aliam Sedem Archiepiscopalem novo indiget pallio *c.* 4. *de postul. præl.* Duplici pallio opus est ei, qui duabus sedibus præest Archiepiscopalibus.

PALMA, nota arbor, cujus fructus etiam palma dictus inter dulcia est in *l. ult. D. de tritic. vin. leg.* De palma arbore hoc singulare est, eam ponderi non cedere, sed reniti; propterea inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ Gell. *lib.* 3. *c.* 6. *Palma* laboris emeriti *l.* 3. *C. Theod. de princ. agent.* Palmarum numero glorioso equi *l.* 6. *C. Th. de scenic.*

PALMARIUM. Palmarii nomine, id est, ob victoriam *l.* 1. § 22. *D. de extraord. cognit.* Palmarium autem est proprie facinus victoria, & gloria dignum, vel, ut glossæ exponunt, *αξιονικον.* Terent. *Eunuch.* 5. 4. *v.* 8. Hinc translatum ad honoraria advocatorum, quæ in casum victoriæ promittuntur. Originem vocabuli Abramus *ad Cic. pro Cæl. c.* 7. & 19. inde arcessit, quod,

par-

parta ab oratoribus victoria forensi, palma eorum foribus adpenderetur. Quam conjecturam refellens Ducker. *de lat. vet. ictor. p.* 423. *Quasi vero, inquit, ætate Martialis, Juvenalis, Luciani, & aliorum, qui hujus vitus meminerunt, patroni causſarum pro his agendis honorarium non acceperint.* Sed acceperint tum honorarium, potuit tamen illis aliquid ultra illud dari in casum victoriæ, idque ab illo ritu commodissime vocari *palmarium*. Hein.

PALMATI equi *l. un. utroqu. C. de greg. domin.* Vide supra *equus*.

PALMYRENA factio. Vid. supra voce *factio*.

PALPARE. Si equum quis palpatus est *l.* 1. §. 4. *D. si quadr. paup.* Sic sæpe auctores non solum cadentis, sed & melioris latinitatis forma passiva active usi sunt. Varro: Adfectatus est regnum. Vell. Paterc. *lib.* 2. *c.* 97. Peragratus omnes partes Germaniæ. Idem *c.* 109. Totumque ex male dissimulato agebat æmulum. *Ovid. lib.* 1. *de art. am.* 1690. Veste virum longa dissimulatus erat. Vide Gell. *lib.* 18. *c.* 12. & Jac. Perizon. ad Sanct. Minerv. *lib.* 1. *c.* 15. *n.* 4. Hein.

PALUS *i.* Ea adpellatio generalis, quamvis arborum sustentacula & pedamenta complectitur, ac proinde pali non comburendi, sed fulciendi vel claudendi causſa parabantur. Pali quærendo fructui deserviunt *l.* 12. §. 11. *D. de instr. vel instr. leg.* Palos non lignorum, sed materiæ numero haberi, constat *l.* 56. *D. de legat.* 3. *l.* 162. *D. de verb. signif.* Pali inter ea, quæ vineis necessaria sunt, numerantur *l.* 1. *D. de tign. junct. l.* 7. §. *ult. D. de act. emt.* Si sit ager, unde *palo* in fundum solebat paterfamilias uti *l.* 9. §. *ult. D. de usufr.* Pali compendium in *l.* 59. §. *ult. D. de usufr.* est jus ligna cædendi ad palos faciendos.

PALUS, *udis* Est ubi paululum aquæ in altitudine, & late diffusa est, quæ etiam quandoque siccatur. Hoc modo accipitur *Tit. C. de alluv. & palud.*

PAMPHILUS servi nomen *l.* 88. *D. de legat* 2. Ita & Pamphila ancilla *l.* 41. §. 5. *de fideic. libert.*

Παγκαρπον legunt quidam pro παγκρατιον *in Nov.* 105. *c* 1. quod certe genus est spectaculi, de quo modo dicetur. Παγκαρπον autem vetus Interpres sylvam exponit, & Augustinus *ad Secundinum* testatur *pancarpum* dici propter omnium generum, quæ inerant, herbas. Hinc Festo *Pancarpia comata*, ex vario genere florum. Sic Nelæus jussus statuam erigere, απο παγκαρπων ξυλων, erexit e quercu, in quo offenderat multos variosque suspensos fructus, ut interpres Callimachi scribit. Appellatur & a Sophocle *in Oedipo* laurus π γκαρπος. *Tert. adversſ. Valentinian.* Igitur ex ære collatitio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris pulcherrimum Pteromatis sydus, fructumque perfectum compingunt Jesum. Eum cognominant Soteram & Christum, & sermonem de patruitis, jam & omnia jam, ut ex omnium defloratione constructum *Graculum* Æsopi *Pandoram* Hesiodi, Acci *patinam*, Nestoris *Cocetum*, *Miscellaneam* Ptolemæi. Quam propius de Atticis historiis, *Pancarpiam* vocari a tam otiosis auctoribus nominum. Vide Cujac. *ad d. Nov.*

PANCRATIUM in *l.* 7. §. 4. *D. ad leg. Aquil.* Est certamen mixtum ex pugilatu, & lucta. Aristot. 1. *Rhet.* Plutarch. 2. *Sympoſ.* 4. Vide Gell. *lib.* 13. *c.* 13. Alii, ut Barbarus apud Plin. putant παγκρατιον fuisse illos ludos, quorum meminit Ictus in *l.* 2. *D. de aleator.* nempe hastæ, vel pilæ jactum, cursum, saltum, luctam, pu-

pugnam. Verum Lucianus παγκρατιον pro diversa ludicri specie sumit, dum palæstram ludum esse ait, qui lutea aspergine fiebat, qui autem in pulvere fit recto stadio se percutiendo *pancratium*; cujus ludi meminit Synes. libro *de somniis*. Thucydides 5. Propertius in illo carmine: *Dum patitur duro vulnera Pancratio*. Quod optime huic loco convenit. Pancratii quoque fit mentio apud Senec. *in Declam.* & 5. *de benef.* 5. Plin. 35. *l.* 1. *C. de athlet.* Dionys. Gothofr. *in not. ad d. l.* 7. §. 4. *D. ad leg. Aquil.*

Παυδεκτης, ο, & pluralitivum αι παυδεκται, quia neutrum sua auctoritate destituitur, ceu pluribus ostendit Henr. Brenkmann. *Hist. pand. lib.* 3. *c.* 6. Harmen. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 6. α (βιβλια) και Διγεστα, ητοι παυδεκτην, ως παντων δεκτικα των νομων εκαλεσεν. Quæ etiam Digesta aut Pandectæ, quod omnis generis leges complecterentur, adpellavit. Theophil. *ad* §. *ult. Inst. de publ. judic.* & §. 9. 6. *de exc.* ητοι του παυδεκτης. Adde Justin. *Constit. græc. dedit nobis.* §. 1. *de confirm. D.* Plura veterum testimonia, qui eo numero singulari & genere masculino usi sunt, collegit Ant. Augustin. *proœm. libri de nomin. propr. pandect.* Numero autem plurali παυδεκται legimus apud Plin. *in præf. nat. hist.* & παυδεκτας in casu quarto apud Gell. *lib.* 20. *c.* 1. & *lib.* 13. *c.* 9. Et jam pridem a Prisciano *lib.* 7. *p.* 759. Isaaco Casaubono *in not. ad Strab. p.* 218. & Ever. Ottone *in præfat. Tomi* 1. *Thesaur. jur.* observatum est, talia ex græco sumta ex masculinis in feminina transire, & A littera finiri, ut ο κοχλιας, *hæc cochlea*, ο χαρτης, *hæc charta*, ο γαυσαπης, *hæc gausape*. Cetera rei culinariæ esse hoc vocabulum *pandecte*, & ab Apicio *lib.* 4. *de re culin. p.* 103. ita vocari repositorium, quo varia condimenta, & bellaria cœnis inferebantur, & hebræorum magistros, simili usos schemate libros quosdam suos inscripsisse *Colbo*, id est, in quo omnia reperiantur, observavit *Hein.*

PANDERE, manifestare, aperire, palam proferre, publicare passim in legibus nostris.

PANGERE vide supra *pacisci.*

PANIFICIUM *l.* 3. 4. 21. *C. Th. de pistor.*

PANIS Ardinensis, seu sordidus in *l.* 5. *C. Theod. de annon. civ.* Alii legunt Sardinienses, quasi ex Sardiniæ frumento. Nam ea ipsa tempestate Prudentius *lib.* 2. *adv. Symmach. v.* 941. Romana horrea rumpi congestis Sardiniæ granariis ait. At cum Sardinia Strabone *lib.* 5. teste, optimi frumenti ferax fuerit, vixque credi possit ex optimo illo frumento nonnisi sordidos panes confectos, conjicit Jac. Gothofr. Ardynienses dictos esse panes ab Ardynio civitate in Campo Thebano, & sic Lydia, cujus Civitatis meminit Xanthus Lydius ipse Lydicor. 2. apud Stephan. voce αρδυνιον. Alias conjecturas vide ejusd. Gothofr. in *Comm. ad d. l.* 5. Vid. supra art. Ardinienses panis sordidus.

Panes civiles in *l.* 17. §. 1. *C. de SS. Eccl.* & *l.* 14. *C. eod. tit.* alias, annona civica, de qua est *tit. C. Theod.* quæ publice erogabatur. Et quidem annua relicta erat, & debebatur Ecclesiis quam dicta lege 17 alienari Imp. vetat. Tributa quoque erat ædibus ipsis a Constantino M. ut ædificandi studio magnitudo urbis augeretur, de qua est *l.* 1. *C. Th. de ann. civ.*

Panes porro civiles sunt vel *Panes militares*, qui militibus, vel *palatini*, qui palatinis, vel *populares* qui popularibus seu urbanæ populi, plebisve multitudini erogabantur. De quibus est *l.* 7. *C. Th. eod.*

eod. tit. & ibi Jac. Goth.

Panis gradilis l. 2. 3. 4. 6. *C. Theod. eod. tit.* qui gradibus conſcenſis a gradibus diſpendebatur, ut ibi interpretatur Jac. Gothofr. Vide Turneb. *lib.* 9. *adverſar. c.* 6. *lib.* 26. *c.* 34. & Lipſ. *Elect. lib.* 1. *c.* 8. *& de magnitud. Rom. II.* 10.

Panis oſtienſis. Vid. ſupra in *Oſtienſis & fiſcalis.*

PANNICULARIA ſunt ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit, ſpolia, quibus inductus eſt, quum quis ad ſupplicium ducitur, ut & ipſa appellatio oſtendit *l.* 6. *D. de bon. damn.* De cujus vocis etymo erudita ſunt, quæ attulit Ægid. Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 39. & Ducker. *de latinit. vet. Iſſor. p.* 425.

PANNO rubro fugatum pecus *l.* 50. §. *ult. D. de furt.* §. 11. *Inſt. de oblig. quæ ex delict.* Senec. *lib.* 3. *de ira c.* 30. Taurum color rubicundus excitat. Cicero *de divinat.* Tu quid habes, quare putemus cor in tanto opimo ſubito in ipſa immolatione interiiſſe? An quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde privatus eſt?

PANTHER, is, genus quoddam retis eſt, cujus meminit *l.* 11. §. *ult. D. de act. emt.* Varr. *lib.* 4. *de ling. lat.* Ferarum, ait, vocabula partim peregrina, ut leo, panthera, utraque græca, a quo etiam recte quoddam *panther*. Ergo in dicta *l.* 11. §. *ult.* recte *panthera* in accuſativo ſingulari græcorum more legetur, etſi habeat vulgata pantheram. Nec tamen diſplicet Alciati interpretatio, ibi *pantheram* intelligentis univerſam venationem, quaſi ex duplici voce παν *omne* & θηρα venatio, aucupium.

PANTHERA ejuſdem compoſitionis vocabulum, nomen eſt animalis feri, & maculoſi, cujus meminit *l.* 2. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.*

PANTOMIMUS *l.* 3. §. 5. *D. de cond. cauſ. dat. l.* 25. §. 1. *l.* 27. *D. de oper. libert. l.* 43. *D. de act. emt. l.* 4. *C. de ſpectac.* Caſſiodor. *lib.* 4. *var. epiſt. ult.* Pantomimus, ait, cui a multifaria imitatione nomen eſt, quam primum in ſcenam plauſibus invitatus advenerit, adſiſtunt conſoni chori, diverſis organis eruditi, tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam litteris, edocet intuentis adſpectum, in illaque leguntur apices rerum, & nonſcribendo facit, quod ſcriptura declaravit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem, feminamque repræſentat & matrem, regem facit & militem, ſenem reddit & juvenem, & in uno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos: Idem *lib.* 1. *variar. epiſt.* 20. Conſtituatur a vobis Praſini Pantomimus, quatenus ſumtum, quem pro ſpectaculo civitatis impendimus, electis contuliſſe videamur. Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominavere majores, ſcilicet, quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcripturæ textura poſſit agnoſci. Pantominus ορχηστης nomine venit apud Lucian. *de ſaltatione.* Et huic convenienter Sueton. *in Calig. c.* 57. ait: Pantomimus Mneſter tragœdiam ſaltavit, quam olim Neoptolemus tragœdus Judis, quibus rex Macedonum Philippus occiſus eſt, egerat. Et ita ſaltare accipe apud eumdem Suet. in *Calig. c.* 54. *in Neron. c.* 54. & Plin. *lib.* 7. *Epiſt.* 24. Pantomimorum ſaltatoris, & interpellatoris mentio eſt apud. Quinct. *lib.* 6. *Inſt. orat. c.* 2.

A pleriſque ceterum *Pantomimus* hiſtrio adpellatur. Sic enim Mneſterem promiſcue & *Hiſtrionem* adpel-

pellari videmus a Seneca *in ludo de morte Claudii*, & a Sueton. *Calig. c.* 36. & a Tacito *lib.* 11. *annal. c.* 36. Quem Ulpianus *l.* 3. §. 5. *D. de cond. cauſ. dat.* cum Sueton. *Domit. c.* 10. pantomimum cum Tacito *lib.* 13. *annal. c.* 25. & Sueton. *Neron. c.* 24. hiſtrionem vocant.

PAPA ſanctiſſimus veteris Romæ *l.* 7. *C. de ſumm. trin.* Senioris Romæ *Nov.* 131. *c.* 2. venerabilis *l.* 62. *C. Th. de hæret.*

PAPIA *Poppæa* Lex, quæ toties in deſcriptionibus Legum noſtrarum occurrit, etiam Julia & Pappia adpellatur, quia in eam Juliæ ante factæ rogationes pleræque confluxerunt, lata eſt juſſu Auguſti ad populum a M. Papio Mutilo & Q. Poppæo ſecundo, conſulibus ſuffectis, anno V. C. 763. In ea capita haud pauca agebant de præmiis μολυπαιδιας. Sic e pluribus candidatis præferebatur is, qui plures ſuſtuliſſet liberos Tacit. *annal.* 15. *c.* 19. Plin. *Epiſt.* 7. 16. E conſulibus quoque prior ſumebat faſces, qui collegam liberorum multitudine anteibat Gell. *lib.* 2. *c.* 15. Latini porro ob filium, filiamve anniculum anniculamve, Latinæ vero ob ternos partus jus Quiritium conſequebantur Ulpian. *fragm.* 3. 1. Liberti ob multitudinem liberorum ab operis, ingenuæ & libertæ a tutela liberabantur *l.* 37. *D. de oper. libert.* Plutarch. *in Num. p.* 66. Dio *Hiſt.* 66. *p.* 578. Ulpian. *fragm.* 29. 2. 3. Juvabant etiam liberi in hereditate & ſolidi capacitate. Ulp. *fragm. tit.* 15. *&* 16. Immo & honoratior in theatro locus dabatur iis, qui plures haberent liberos. Gothofr. *ad Leg. Pap. Popp. c.* 7. *ſequ.* Imprimis vero hac lege fuerat cautum, ut qui ſecundum hanc legem liberos tres, Romæ natos, ſuperſtites, qui quatuor in Italia, qui quinque in provinciis haberet, omnium munerum perſonalium immunitatem haberet *pr. Inſt. de excuſ. tut. l.* 18. *D. eod. tit. l.* 1. *& ult. C. qui num. liberor. ſe excuſ.* Hæc ex Heinecc. *Antiquit. Rom. lib.* 1. *tit.* 25. §. 7. Vid. ejuſdem *Comment. in legem Papp. Pop.* qui primum prodidit Amſtelodami anno 1726.

PAPIANUS auctor *Reſponſi* ex Codice Theodoſiano, ejuſdemque Imperatoris, & ſucceſſorum Novellis, quin & Ictorum quorumdam libris compilati, & quidem Gundebaldi Regis Burgundionum juſſu, ut provincialibus loco corporis juris Romani eſſet, ceu colligimus *ex præf. Legis Burgund.* Certe ejuſdem Legis Burgundicæ ordinem obſervaſſe Papianum, viderunt jam Lindebrog. *in præf. Codic. Legum Alleman.* & Jac. Gothofr. *manual. jur. c.* 2. §. 11. Edidit hoc Reſponſum cum aliis antiqui juris reliquiis Schulting. *juriſpr. vet. ante Juſt.* Papianum hunc cum Papiniano (quem & ipſum a Græcis fere Παπιανον vocari oſtendit Ev. Otto *in Papiniano c.* 2. §. 3. *p.* 17.) confundi videmus ab Aniano *in Breviar. C. Th. ad l.* 1. *de reſp. prud.* Hein.

PAPINIANUS. Vid. ſupra *Æmilius.*

PAPIRIANUM jus, alias Papiſianum (nam Papiſii olim dicti, qui poſtea Papirii, ait Cicero *Epiſt. ad famil.* 9. 21.) conſtabat Legibus Regiis maxime ſacris, quas primus collegit C. Papirius, non multo poſt exactos Reges Pontifex Maximus, ut patet ex Dionyſ. Halicarn. *Antiquit. Rom. lib.* 3. Pomponius in *l.* 2. §. 2. & 36. *D. de orig. jur.* Papiſium modo *Sextum* modo Publicum vocat: Dionyſius vero Halicarn. cui plurimum ea in re credendum, *Cajum* adpellat. Quum autem Cujacius obſervat in codicibus MSC. legi VI pro *ſextum*: non eſt dubitandum, quin ex nota numerali Sexti

præ-

prænomen sibi finxerit scribæ. Significare vero videtur numerus iste Papisium, quem Dionys. Halicarnasseus præcipue sacras Numæ leges collegisse refert, sexto domum libro reliquas leges regias, veluti adpendicem adjecisse: Unde ita forsan legenda verba Pomponii: *Quæ omnes conscriptæ exstant in libro sexto C. papisi.* De eo autem Papisiano jure librum integrum tempore Cæsaris composuit Granius Flaccus laudatum in *l.* 144. *D. de verb. signif.* Heinecc. *antiqu. Rom. ad proœm. Inst.* Adde Bynkersh. *prætermiss. ad l.* 2. *D. de orig. jur.*

PAPIRIUS, *Fronto*, Ictus cujus responsa laudat Callistratus *l.* 220. §. 1. *D. de verb. signif. l.* 4. *in fin. D. ad leg. Rhod.*

PAPIRIUS *Justus* Ictus sub M. Antonino & Commodo vixisse videtur, cujus rescriptum ad Avidium Cassium memorat *l.* 60. *D. de pact.* & ita quidem, ut Antoninum Imperatorem non vocet Divum. Scripsit libros *Constitutionum* viginti, ex quibus fragmenta in Pandectis nonnulla supersunt. *Hein.*

PAPYRUS fem. vel neutro genere papyrum, ceu illud auctoritate Celsi, & Plinii comprobant Voss. *in addend. ad lib.* 1. *de analog. c.* 36. & Ducker. *de lat. vet. Ictor. p.* 339. Papyrum ad chartas paratum non continetur legatis chartis *l.* 52. §. 6. *D. de legat.* 3. Lignorum adpellatione in quibusdam regionibus, ut in Ægypto, (ubi arundine pro ligno utuntur & arundines, & papyrum comburuntur) & herbulæ quædam, vel spinæ, vel vepres continebantur.

PAR similis æqualis. Pares ætate *l.* 1. *D. de reb. dub.* Par caussa *l.* 25. *D. quæ in fraud. cred. l.* 91. §. 3. *D. de verb. obl.* & passim. *Par* conditio *l.* 9. §. 7. *D. quæ in fraud. cred.* delictum *l.* 154. *D. de reg. jur. Pari* gradu *l.* 3. §. 6. *D. de suis & legit.* loco *l.* 1. *D. si ex nov. caus. Par* majestas *l.* 1. *pr. C. de summ. Trinit. Pari* modo *l.* 1. §. 4. *D. de lib. exhib.* Par numerus *l.* 2. *D. de rei vind.* Pares numero *l.* 3. *D. de re judic.* Pari ratione *l.* 12. §. *ult. D. de vit. nupt.* Pares sententiæ dissonantes *l.* 24. *D. de manum.* id est pari, vel æquo numero. Inter quas clementior severiori præfertur, juxta Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 12. §. 5.

Par ratio adpellatur, quum accepti & expensi summa congruunt, ac pares sunt. Sic *payem rationem* adscribere *l.* 22. *D. de manum. test.* facere *l. ult.* §. *ult. D. de dol. except.* Sen. *lib.* 9. *controv.* 1. Exspectat me, vult mecum *pares rationes* facere. Eodemque sensu *paria* facere est, nulla rationibus redditis reliqua trahere. Si Dama servus meus actus sui heredi meo rationes reddiderit, *pariaque* fecerit *l.* 40. §. *ult. D. de statu lib.* Quæ verba hoc significare Scævola ibidem ait: Si omnem pecuniam ab omnibus exegerit, & heredi solverit. Add. *l.* 5. §. 10. *D. de jur. immun.* Senec. *Epist.* 9. Ut statim tibi solvam, quod debeo, & quantum ad hanc epistolam, paria faciamus. Idem *Epist.* 101. Quotidie cum vita paria faciamus. Sic *Paria* concludi, id est solutionem integram fieri in *l.* 3. *C. Theod. de conl. fund.*

Par sufficiens. Si ita quidem tenues & exhausti sunt, ut publicis honoribus *pares* non sint *l.* 6. *D. de mun. & hon.*

Par est *l.* 13. *C. de pact.* id est rationi, & æquitati conveniens.

Par de binis usurpatur. Par mularum *l.* 22. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.*

PARABOLANI, qui ad cu-ran-

randa debilium ægra corpora deputantur *l.* 42. & 43. *C. Theod. l.* 18. *C. justin. de Episc. & cl.* Luæ hujus vocis traduntur origines, una a parabola Christi huc. *c.* 10. de benigno Samaritano, de qua Turneb. *lib.* 13. *adversar. c.* 23. altera verior Alciati *lib.* 14. *disjunct. c.* 9. qui vocabulum deducit a Græco παραβαλλειν, quod *parabolani* caritatis exercendæ gratia in varia pericula se projiciant. Etenim παραβολαι dicuntur, quæ summis periculis objecta sunt, ut patet ex Plutarch. in *Cæs.* Cassiodorus *lib.* 11. *trip.* Dum aliquo tempore in Amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus: Crudeli bestiæ artifex *parabolus* pugnet. Conf. Casaubon. *Epist.* 441. Voss. *lib.* 4. *Inst. orat. c.* 11. Reines. *Class.* 1. *inscript.* 3. p. 15. & Fabrot. *ad Cujac. paratitl. cod. tom.* 2. *oper. p.* 27.

PARACHARACTA falsæ monetæ reus *l.* 6. *C. Theod. de fals. monet.* ubi amplius eam vocem exponit Jac. Gothofredus, ostenditque, non eos tantum, qui falsæ fusionis rei sunt, sed & omnes, quorum circa monetam male ambulat fides, veluti qui arrodunt, ejusque circulum circumcidunt, hac voce designari. Παραδοξον in *Novell.* 1. *c.* 3. Julianus vertit *mirabile* quid & novum, seu inopinatum. Cujac in *lib.* 13. *resp. Papin.* in *l.* 15. §. 2. *D. ad leg. falcid.* Gloss. Cyrilli παραδοξον *mirabile.* Theophilus etiam in *paraphr. pr. Inst. quib. alien. lic.* capita illa juris, de quibus isto titulo agitur, vocat παραδοξα θεματα. *Hein.*

PARAGAUDÆ vel *Paragaudæ l.* 1. & 2. *C. Th. de vest. holob.* modo vestes sunt, modo lora purpurata vestibus prætexta, quibus illæ constringebantur, neque in peculiarem usum venerunt, nisi post tempora Gallieni. Alb. Rubenius *de re vestiar. l.b.* 1. *c.* 3. Id ornamentum postea iis proprium fuisse, qui in ministerio Principis erant, observat Salm. *ad script. hist. aug. p.* 241. Paragaudas tamen & militibus primus dedit Aurelianus Imp. Vopisc. *in Aurel. c.* 46. Vid. & Turn. *lib.* 9. *adversar. c.* 11. *Hein.*

PARAMONARII in *l.* 46. *C. de Episc. & cler.* sunt villici, seu actores possessionum, ex eorum genere, qui res Ecclesiasticas administrant. Cujac. in *comm. ad d. l.* 46. & Dion. Gothofr. Adde & quæ de hac voce observavit Car. Du Fresne in *Gloss.*

PARANGARIÆ in *l.* 2. *C. de Episc. & cler. l.* 2. *C. de quib. mun. & præst. l.* 13 *C. de excus. mun. l.* 2. & 21. *C. de curs. publ. l.* 2. *C. de præpos. sacr. cubic. lib.* 2. *feud.* 56. sunt præstationes agendi ferendi, commeatuum, a Principe impositæ, quum non per viam, cursumque publicum, sed aliorsum iter suscipitur. De his vide Guilelm. Tyrens. *bell. sacr. lib.* 5. *c.* 19. *lib.* 8. *c.* 8. & *lib.* 9. *c.* 19. Vide & *Angariæ.*

PARANYMPHUS, de quo mentio est in *C. Sponsus* 33. *distinct.* 23. ab antiquis auspex dicebatur. Præerat enim nuptiis celebrandis, in quibus auspicium capi consuetum erat, & ideo a Græcis paranymphi appellantur, & sicut auspex pro viro, ita pro parte sponsæ *pronuba* adhibebatur, ut scribit D. Hieron. August. *lib.* 14. *de civit. Dei.* Nonne omnes, inquit famulos, atque ipsos etiam paranymphos, &c.

PARAPHERNA, quæ præter dotem dantur, vel res uxoris extra dotem constitutæ, vel res, quas uxor in domo mariti in usu habet, neque in dotem dat, quas Galli *peculium* adpellant *l.* 10. §. 2. *D. de jur. dot.*

dot. l. pen. D. ad leg. Falc. l. 31. §. 1. *D. de donat. l.* 8. *& l. ult. C. de pact. conv.* Quod & ipsa appellatio ostendit. Nam, ut Jul. Pollux *lib.* 3. *Onomast. segm.* 35. scribit λεγοις δ' αν προικα και φερνην την παρα της γυναικος δοσιν. *Dotem vero & φερνην vocabis hoc, quod cum sponsa datur.* Unde quod præter & ultra eam datur παραφερνον vocant Constant. Harm. *lib.* 4. *tit.* 5. §. 21. εξωπροικα vocat.

Παραπλειν in *l.* 19. §. 2. *D. de judic.* est navigio prætervehi, & ibi distinguitur, qui παραπλει a viatore, qui pedibus iter facit, item ab eo, qui transvehitur, equo scilicet.

Παραπομπικα in *Nov.* 128. *c.* 9. *& l.* 4. *C. de discussor.* sumtus dicuntur provincialium in speciebus transmittendis ad arcam præfecti prætorio, quæ αγωγικα dicuntur. Haloander vertit *transmissoria.*

PARAPETASIA sunt attenta & adpensa opera, quæ aliis operibus cohærent, & adfixa sunt, quæ alias ἐξ ϛαι, id est suggrundia & mœniana, in Basilicis παραπεϛαι, quod est *adplicita*, seu *adplicata.* Sed alia a mœnianis, & suggrundiis esse parapetasia, monet Car Du-Fresne in Glossar. *hac voce.* Ædificia, quæ vulgi more parapetasia nuncupantur *l.* 14. *C. & l.* 39. *C. Th. de oper. publ.*

PARAPETEUMA, id est tessera, quæ & πετος & πετευμα dicitur. Alii legunt periteuma, alii perisseuma. Vide Alciat. & Cujac. *ad l.* 2. *C. de annon. civil.*

PARAPSIS, *idis.* Parapsida quadrilaterum & quadrangulium vas fuisse, id est, partibus apsidibus, scribit Isidor. *lib.* 20. *etymol. c.* 4. Male forsan, inquit Cujacius *lib.* 10. *observat. c.* 17. quum *apsis* vas sit, in quo ponitur esca: Parapsis, quod illi accedit, acetabulum. Sunt qui paropsidem scribunt, & απο τϛ οψει, id est, obsonio deducunt. Ceterum paropsidum mentio fit *l.* 21. *D. de aur. arg. leg.* Sidon. Apollinar. *lib.* 2. *epist. ad Domitium*, quo insitum, institutumque, multas epulas paucis parapsidibus adponi.

PARARE, pro instituere. Parare accusationem *l* 2. §. *ult. D. ad leg. jul. de adult.*

Parare interdum est adquirere in *l.* 3. §. 12. *D. de adquir. poss. l.* 24. §. 2. *D. de minor.* Et eo sensu *parare* actionem *leg.* 27. §. 3. *D. de pact.* excusationem *l.* 1. §. 2. *D. de vacat. & excus. mun.*

PARARI etiam dicitur, quod alicui usui destinatur. Quæ ad navigantium usum parantur *l.* 19. §. 7. *D. locat.*

Paratum & emtum differunt ita, ut illud generis, hoc speciei nomen sit. Inter *emtum* & *paratum* hoc interest, quod in emto paratum inest, in parato non continuo emtum continetur. Veluti si quis quæ prioris uxoris caussa emisset, posteriori uxori tradidisset, eas res eum posterioris uxoris caussa *paravisse*, non *emisse* constat *l.* 47. §. 1. *D. de legat.* 3. Interest, uxoris caussa *parata* sint ei legata, an ipsius caussa emta, paratis enim omnia continentur, quæ ipsius usibus fuerunt destinata *l.* 49. §. 1. *D. eod. tit.* Et ita verba hæc accipe *l.* 46. *D. eod. tit.* Emtorum paratorumque appellatione non contineri ea, quæ in dotem data essent *l.* 78. §. 6. *D. eod. tit.*

Parare alias est comparare, emere. Sic parare hominem *l.* 32. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 1. §. 1. *D. de act. emt.*

Paratus etiam dicitur, qui præsto ad aliquid sine ulla mora agendum, faciendum est. Sic *parasus* accipere *l.* 13. §. 1. *D.*

de recepț. arb. accusare *l.* 1. *C. ad leg. jul. maj.* cavere *l.* 6. §. *ult. D. de legat.* 2. compromittere *l.* 21. §. 9. *D. de recepț. arbitr.* defendere *l.* 3. §. 7. *D. ad exhib.*

PARARII olim vocabantur, qui nominis faciendi causſa interveniebant. Senec. *lib.* 2. *de benef. c.* 23. Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi *pararios*, nec signatores advocari. Idem *lib.* 3. *c.* 15. Adhibentur ab utraque parte testes, ille per tabulas plurium nomina interpositis pararii facit.

Παρασυναξεις, conventus, coitiones, conventicula hereticorum *l.* 8. §. 3. *C. de haeret. & Manich.* Non enim hereticorum dicuntur συναξεις, quemadmodum nec baptismata, sed parabaptismata in *l.* 14. *C. eod. tit.*

PARATIO pro comparatione. Etiamsi difficilis rerum alienarum paratio sit *l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1.

PARATITLA. Sufficiat per indices tantummodo & titulorum subtilitatem, quæ paratitla nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere, ait Justinian. in *Const. Deo auctore* §. 12. *de concept. D.* quæ est *l.* 2. *Cod. de vet. jur. enucl.* Si quid forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ paratitla nuncupantur, componere *Const. Tanta.* §. 21. *de confirm. Digest.* quæ est *l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.* Haloander paratitla definit breves quasdam notas eorum locorum, quæ similitudinem aliquam, vel pugnantiam præferre videntur, dicta quasi tituli cum titulo collatio. Menagius vero *Amoenit. jur. civ. c.* 15. cum Leunclavio, Jano a Costa, & Fabroto ita: Paratitla sunt αναπληρωσεις, hoc est, accessiones, & supplementa, seu repletiones titulorum ex aliis titulis, quasi adpendices titulorum, quibus ea, quæ aliis in titulis ac locis ad quemvis titulum pertinentia exstant, adnotantur. Fabrot. *ad Cujac. parat. Cod. proœm. in fin.*

Παρατωτικως, id est large, & cum extensione, & cum quodam temporis spatio, atque tractu in *l.* 1. *D. unde legit. l.* 6. *D. ad SC. Tertull. l.* 2. *in fin. D. quib. ex caus. in poss. eat.*

PARATUS, *us*, aliquando significat adparatum, præparationem, παρασκευην, cultum, omneque pompæ genus, quo & adventaturi Principes præsertim sese parare, & adventantes a subditis, aliisque devotionis suæ, cultusque testandi causſa excipi solent, sicut cum aliis scriptoribus sæpius hoc sensu usurpata, tum Tacito *lib.* 6. *annal. c.* 37. *lib.* 11. *c.* 12. *lib. historiar.* 2. *c.* 81. & 84. Et eadem prorsus notione accipiendum est hoc vocabulum in *l.* 1. *C. Theod. de indulg. crim.* Si modo ita constituenda ejus lectio est, ut eam constituit Jac. Gothofr. *in Comment.*

PARAVEREDI in *l.* 2. & 21. *C. de curs. publ. l.* 13. *C. de excus. muner. l.* 2. *C. de praepos. sacr. cubic. l.* 3. *C. de silentiar.* & apud Cassiodor. *lib.* 11. *var. epist.* 14. & *lib.* 5. *c.* 39. Paraveredi, & agminales equi junguntur in *l.* 6. *C. Theod. de curs. publ.* & *l.* 19. *C. just. eod. tit.* Usus eorum alias erat in cursu publico, non minus ac *veredorum*, nisi quod hi in viis publicis, Paraveredi vero tantum in transversis, & militaribus, de quarum differentia plura adnotavit Brissonius *lib.* 19. usurpari consueverant. Cujac. ad *l.* 4. *C. eod. tit.* ait paraveredos a Græcis adpellari parhippos *l. ult. eod. tit.* Add. Jac. Gothofr. ad *l.* 3. *C. Theod. eod. tit.*

PARCERE ignoscere *l.* 7. §. 1. *D. ad leg. jul. maj.*

Parcere, non nocere, non lædere. Ita *parcere* pudori *l.* 43. *D. de vit. nupt. l.* 28. *D. de reb. auct. jud. possid.* famæ §. 5. *Inst. de susp. tut.*

PARCIUS, *parcissime l.* 24. §. 2. & 4. *D. de min. l.* 12. §. 1. *D. de re mil. l.* 16. *D. de offic. præsid.* id est rarius, perraro.

PARENTIS adpellatione non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur, sed & mater, & avia, & proavia *l.* 51. *D. de verb. sign.* Adde *l.* 5. §. 1. *D. de agnosc. & alend. lib.* Parentes autem apud Romanos usque ad tritavum proprio vocabulo nominantur, ulteriores, qui non habent speciale nomen, *majores* adpellantur *l.* 4. *D. de in jus voc. l.* 10. §. 1. *D. de grad. & adf.* sed non *parentis* solum adpellatio ita late patet, verum & *patris* vocabulo avus, & proavus significantur, veluti apud Virgil. 7. *Æneid. v.* 571. & *Æneid.* 10. *v.* 619. Plin. *lib.* 7. *hist. nat. c.* 13. & Pers. *Sat.* 6. *v.* 57. ut & in sacris libris.

Parentum loco sunt patruus, avunculus, amita, & matertera per §. 5. *Inst. de nupt. l.* 39. *D. de rit. nupt. Parentis* locum socer obtinet *l.* 16. *D. sol. matr.*

At cum Ulpianus ait, profectitiam dotem esse, quæ a patre, vel *parente* profecta est *l.* 5. *D. de jur. dot. & l.* 3. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.* parens vel pater, qui in potestate est; Parentem ibi accipere debemus per virilem sexum cognatione junctum, vel avum, proavumque paternum, quemadmodum idem Ulpianus docet *tit.* 6. *regul.* §. 3. Similique modo parentis nomen interpretari convenit in definitione postumorum. Postumos dicimus eos dumtaxat, qui post mortem *parentis* nascuntur *l.* 3. §. 1. *D. de injust. rupt. irrit.* Et ita quoque *parentem* accipe in *rubr. D. si a parent. quis man.*

Videtur & *parentis* significatio latius parere in *l.* 1. *C. si per vim, & l.* 4. *C. Theod. unde vi*, ut & apud Tertullian. *lib. ad martyr. c.* 2. & de Carne Christi *c.* 7. Atque adeo jam a D. Hieron. temporibus *parentes* militari, vulgarique sermone cognatos & adfines nominatos, patet ex ejus *lib.* 2. *ad ruffin. non procul ab initio.* Et hoc quoque sensu *parentum* voce usum esse Jul. Capit. quando de M. Ant. Philosopho *c.* 5. testatur, *adoptatum in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantam reverentiam eum exhibuisse, quantam privatus*, maxime videtur verisimile.

Ceterum decessores suos, quamvis nulla cognatione junctos, *parentes* adpellare solent Imperatores, quemadmodum abunde docuit Brisson. *lib.* 3. *de formul. c.* 61. Cujus rei exempla vide in *l.* 4. *C. ad SC. Treb. l.* 1. *C. ne lic. potent. l.* 3. *C. si adv. fisc. junct. l.* 1. *C. qui ad lib. l.* 5. *D. de magistrat. conv. l.* 6. *C. de testam. l.* 1. *C. de divort.* & alibi passim. Et hanc observationem non modo ex legibus, verum etiam e numis, nec non ex Euseb. *Hist. Eccles. lib.* 10. *c.* 9. & 10. illustrat Ezech. Spanhem. Orb. Rom. exercit. 2.

Nec solum anteccessores suos, sed & præfectos prætorio, patritiosve, itemque præfectos urbi, magistros officiorum, militumque, hoc honore Imperatores adfecisse, & in rescriptis suis parentum nomine adpellasse, testantur *l.* 4. *C. de locat. l.* 6. *C. Theod. de ann. & trib. l.* 1. *Cod. Th. de episc. jud.* aliique textus magno numero citati a Brissonio *lib.* 3. *de form. c.* 62.

PA-

PARERE, secunda correpta, proprie est ex utero partum fœtumve in lucem edere. Parere non modo de vivente partu, sed & de mortuo dicitur in *l.* 8. §. 1. *D. de suis, & leg. her.*

Parere, metaphorice, est producere. Ita *parere* actiones *l.* 42. §. 2. *D. de proc.* alienationem *l.* 3. §. 2. *D. de reb. eor.* condictionem *l.* 26. §. 7. *D. de cond. indeb.* confusionem *l.* 93. *D. de solut.* exactionem *l.* 11. *pr. D. de impens. in res dot. fact.* obligationem *l.* 108. *pr. D. de verb. oblig.* petitionem *l.* 11. §. 5. *D. de excep. rei jud.* Sic & pecuniæ usuras parere, vel non parere dicuntur *l.* 33. *pr. D. de usur.* Sed discipiendum est, an in *d. l.* 33. pro *pareve* & *non parere usuras*, non sit legendum parere & non parere usuris. Vid. Bynkersh. *lib.* 6. *obs.* c. 4.

PARERE etiam adquirere significat. Hinc parta, id est, quæsita.

Parere, secunda producta, obtemperare est, ut adparet ex *l.* 2. §. *ult. D. de noxal. act.* Extra territorium jus dicenti impune non paretur *l. ult. D. de jurisd.* Si non paruerit heres voluntate *l.* 69. §. 3. *D. de legat.* 2.

Parere alias est satisfacere. Ut *parere* conditioni *l.* 23. & 29. §. *ult. D. de statu lib.* æri alieno, id est, solvere in *l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui sub tut.* pensionibus *l.* 54. §. 1. *D. locati* solutioni *l.* 8. *C. de act. & obl.* sorti & usuris *l.* 8. *C. quod cum eo, qui in alien. pot.* Plura exempla conducit Cujac. *lib.* 25. *observ.* c. 15. & ad *l.* 54. §. 1. *D. locati.*

Parere aliquando comparere est. Copiam sui faciat in publico, ibique pareat *l.* 7. §. 13. *D. quib. ex caus. in poss.*

Parere pro adparere. Si quædam ex signis non paret *l.* 7. *D. de bon. possess. sec. tab.* Si ordo scripturæ non pareat *l.* 24. §. 17. *D. de fideic. lib.*

PARET, quod erat in formulis, Festus explicat *inveniatur.* Quanti eam rem esse paret *l.* 179. *D. de verb. obl.* In quantum paret, in illo acervo suum cujusque esse *l.* 5. *D. de rei vind.* Plura de hac formula invenies apud Brisson. *lib.* 5. *de formul.* 10. & 11.

PARHIPPUS, Parhippum eum videri, & habendum esse, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat, ait Julianus Imp. *l.* 14. *C. Theod. de curs. publ.* quæ est *l.* 4. *C. Just. eod. tit.* quo quidem loco strictius accipitur hæc vox, quæ alioquin in genere quemvis veredum, seu equum etiam, qui licite præter vehiculum, & concessum veredorum numerum exigi poterat, comprehendit. Adde *l.* 22. (ubi parhippus & avertarius παραλλήλος junguntur) *l.* 27. & 29. *C. Th. eod. tit.* Vide supra art. *paraveredi.*

PARIARE est paria facere, quod tum fit, quum expensi rationes cum accepti rationibus quadrant, pareque fiunt Ulp. *l.* 4. §. 5. *D. de manumiss.* Si ei numos prorogavit emtor, quum ei pariaverit, poterit ad libertatem pervenire. Utitur hoc verbo Tertull. *lib.* 3. *adv. Marcion.* c. 29. *de vesur. carn. c.* 6. & *c.* 53. & *libro de verbo Dei c* 6. Hinc

PARIATIO i. *l. ult.* §. 3. *D. de cond. ind.* Et

PARIATOR, qui reliqua habenti opponitur in *l.* 81. *D. de cond. & dem.*

PARIES, Ælio Gallo finitore, sive murus, sive maceria est *l.* 157. *D. de verb. signif.* Isidor. *lib.* 15. *orig. cap.* 8. Paries nuncupatus, quia semper duo sunt pares, vel a fronte vel a latere. Sive enim tetragonum, sive se-

xagonum sit, qui se connspiciunt, ex pari erunt. Aliter enim structura facta deformis est.

Parietis hæc sunt adjuncta. *Paries* aptus, idoneus, novus, vetus. Genera autem hæc sunt:

Paries communis, vel *proprius*. Communis autem esse potest paries, vel si vicini aliquid utrimque ex proprio solo contulerint, ut ibi parietem inter se ædificarent, quique impensa communi ædificatus sit, veluti in specie *l.* 52. §. 13. *D. pro soc.* vel si paries duobus communiter sit legatus, ut in specie *l.* 4 *D. de serv. leg.*

Paries craticius in *l.* 52. §. 13. *D. pro soc.* qui in cratis modum tignis contextis compositus est. De quo Vitruv. *lib.* 2. *c.* 8. *&* *lib.* 7. *c.* 3. agit. Festus in verbo Solea: Solea, ut ait Verrius, est non solum ea, quæ solo pedis subjicitur, sed etiam pro materia robusta, super quam paries cratitius exstruitur.

Intergerinus paries, ut idem Festus *lib.* 9. ait, dicitur, qui inter confines struitur, & quasi intergeritur. De eo vid. Pl. *lib.* 34. *c.* 12.

Paries rudis, id est tectorio nondum inductus *l.* 44. *D. de usufr.*

Paries solidus, & fornicatus opponuntur apud Cic. *Topic. c.* 4. ubi *solidum* parietem accipimus, qui a solo continuo ductus ad fastigium exsurgit, sic ut nusquam suspendatur, *fornicatum* vero, qui arcum habet.

Parietem ventrem facere dixit μεταφορικως Alfen. in *l.* 18. *D. de usufr.*

Paries pro domo. Intra domesticos parietes scelus admissum *l.* 3. *C. de incest.*

PARILIS, æqualis. *Parilis* majestas *l.* 12. *C. Theod. de fid. cathol.* notitia *l. un. C. Theod. de quadrimenstr. brev.*

PARITER pro *simul* frequens est, ut in *l.* 16. *&* 18. *D. de reb. dub. l.* 44. *D. de contr. emt. l.* 15. §. 2. *D. de man. vind.* & passim *l.* 20. *D. de cond. indeb.*

PAROECIA in *c. avaritiæ.* 10. *de præbend.* Goffr. *in summ.* tit. de parochiis. *Parochia*, inquit, est locus, in quo degit Populus alicujus Ecclesiæ deputatus, certis limitibus constitutis. Hinc parochianus & Parochiana, qui, & quæ est de parochia. *Parochias* autem non primum, sed *paroecias* adpellatas esse, manifestum est ex D. August. *lib.* 14. *de civit. Dei* Presbyter, inquit, fuit quidem nomine restitutus in paroecia Calamensis Ecclesiæ. *Paroecia*, ait Budæus in *not. ad pand.*, accolarum est conventus, & accolatus, sacraque vicinia. Quare qui fanum aliquod accolunt *paroeci* dicti sunt, ejusdem scilicet fani consortes. Addit vero: Quod si latine loqui magis placet paroeciæ *curiæ* dici possunt, unde curiones olim dicti, & paroeci ipsi curiales. Inde curionatus, quæ vulgo cura dicitur, & ædes ipsæ sacræ dictæ, quæ sodalitia non habent, sed quæ curialibus destinatæ sunt, & accolas suos vindicant. Quæ omnia partim probat, & partim erudite colligit ex auctoritate Livii, & Festi. Ceterum paroeciarum sacrarum divisio ortum habuit a Dionys. Papa, cujus Epistolæ ad Severum Episcopum de ea re verba legimus in *c. un. cauſ.* 13. *quæſt.* 1. Ecclesias, ait, singulas singulis Presbyteris dedimus, paroechias & cœmeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius Parochiæ terminos, aut jus invadat. Et in hoc consistit jus Parochiale, ut omnes Parochiani diebus dominicis & festivis missam audiant in Ecclesiis, in quarum Parœchiis habitant *c. dicto.* 2. *de paroch.* Præterea consistit in decimis personalibus, quæ Ecclesiæ pa-

Parochiali debentur *C. si quis laicus* 42. *Caus.* 16. *quæst.* 1. & postremo in oblationibus, quæ dandæ sunt Sacerdoti Parochiali, qui pro Populo orare debet *C. quia sacerdos* 13. *caus.* 10. *quæst.* 1. Vide vocem sequentem.

PAROCHIALIS Ecclesia in *c. nemo* 15. *de elect. in* 6. quæ nempe paroecianis constat ejus, cui Ecclesiæ, & quidem minoris cura commissa est. *Parochiale* jus, de quo modo dictum est.

PAROECUS incola est, habitator in loco. Pompon. *l.* 239. §. 2. *D. de verb. signif.* Incola, ait, est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quam Græci paroecum vocant.

Paroecus alias, vel *parochus* est Sacerdos, qui ut Dominus (*clem.* 2. *de sepult.*) regit cum cura animarum Ecclesiam minorem ex paroecianis compositam cum jure excludendi alienos, & cogendi proprios subditos ad sacra ibi peragenda *clem.* 1. *de privil.* & jura paroecialia (de quib. supra in voce paroecia) præstanda. *Parochus* juxta Gothofred. proprie significat convivatorem. Hor. *Serm.* 8. Tum parochi faciem nihil sic metuentis. Alias dicitur, qui peregrinis salem & ligna præbebat, hoc est omnia necessaria, teste Acrone ad illud Horatii: Proxima campano ponti quæ villula tectum præbuit, & Parochi quæ debent ligna salemque, & ibi quoque Porphyrio, qui eos *parochos* dictos scribit ἀπο τῦ παρικειν hodieque dici Copiarios. *Parochias* inde quidam derivarunt, quibus singulis Sacerdotes sui destinati sunt ab exhibitione scilicet Eucharistiæ.

PARRICIDA, ait Festus *in voce paricid.* non utique is, qui parentem occiderit, dicebatur, sed qualemcumque hominem. Quod indicat lex Numæ ompilii Regis his composita verbis: Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto. Verum parricida proprie intelligitur, qui patrem, matrem, avum, aviam occiderit *l.* 9. *D. de leg. pomp. de parr.* Quamquam enim sane Lex Pompeia de parricidiis non eos tantum adprehendebat, qui patrem, matrem, avum, aviam, sed & qui fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam occidissent *l.* 1. *D. eod. tit.* Unde & B Augustinus *lib. un. de patientia:* In ipsis, ait, parricidis, quanto propinquiorem quisque peremerit, tanto indicatur immanior. Indeque & parricidam fraternum Cicero *pro Cluent. c.* 11. dixit. Verum hi demum parricidii, id est, cullei pœna adficiebantur, qui patrem, matrem, avum, aviam, occidissent, qui vero alias personas lege Pompeia comprehensas occidissent, legis dumtaxat Corneliæ de Sicariis pœna tenebantur *l.* 1. *&* 9. *D. de lege pomp. de parricid.* Infanticidium quoque parricidii loco habet Tert. *Apologet. c.* 9.

PARRICIDIUM crimen proprie eorum est, qui Parricidæ vocantur. At parricidium quoque patriæ, ceu parentis Cicero *lib.* 3. *de offic. c.* 21. *& Philipp.* 2. *c.* 12. dixit, dixeruntque alii complures.

Parricidium aliquando judicia publica denotat, quibus præerant Quæstores. Parricidii quæstores *l.* 2. §. 23. *D. de orig. jur.* Lex erat & 12. *Tab.* Quæstores parricidii, qui de rebus capitalibus quærant, a populo creantor. Vid. *infra art. Quæstores parricidii.*

PARS. *Partis* adpellatione rem *pro indiviso* significari Q. Mutius ait. Nam quod *pro diviso* nostrum

sit, id non *partem*, sed *totum* esse *l.* 25. *D. de verb. signif.* & ita Ulpianus ait: Si divisit fundum regionibus, & sic partem tradidit *pro diviso*, potest alterutri servitutem imponere, quia non est *pars* fundi, sed fundus *l.* 6. §. 1. *D. comm. præd.*

Servius tamen Sulpicius non inseleganter *partis* adpellatione utrumque significari aiebat in *d. l.* 25. *D. de verb. signif.* Unde *pars* quædam statuitur esse *pro indiviso*, quædam pro diviso *l.* 43. *D. de adquir. possess.* Adde *l.* 5. *D. de usufr. l.* 7. *D. de except. rei judic. & l.* 64. *D. de evict.* Sed in hereditatis petitione ad officium judicis nihil amplius pertinet, quam ut partem hereditatis *pro indiviso* restitui mihi jubeat. Distinctio enim in partes *pro diviso* & *indiviso* in petitione hereditatis locum non habet, quum hereditas, formaliter accepta, numquam possideri *pro diviso* possit *l.* 8. *D. de rei vind.* Item servus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro *partibus* utique *indivisis*, ut intellectu magis *partes* habeant, quam corpore *l.* 5. *D. de stipul. servor.*

Parti pro *indiviso* certus locus opponitur in *l.* 1. *D. de evict.*

Partis adpellatione, si non sit portio aliqua specialiter adjecta, *dimidia* intelligitur *l.* 164. *D. de verb. signif.* Proinde si interrogatus quis in jure, heredem se esse parte respondit, si ex dimidia heres sit, nihil ei nocet responsum, alioquin nocet *l.* 12. §. 6. *D. de interrog. in jur. fac.* Quin etiam si testator jussisset heredem cum alio hereditatem partiri, dimidia pars bonorum legata videtur Ulpian. *tit.* 24. *regul.* § 25. Simile obtinet de usufructu partis bonorum legato *l.* 43. *D. de usufr.*

Partis & *pro parte* stipulationes dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter heredem, & legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres Ulp. *tit.* 25. *regul.* §. 15. Idem *ibid.* Ex Pegasiano SC. restituta hereditate commoda & incommoda hereditatis communicantur inter heredem, & eum, cui reliquæ partes restitutæ sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum *partis* & *pro parte stipulationum.* Inter heredem & fideicommissarium, cui ex SCo Pegasiano hereditas restituitur, *partis* & *pro parte stipulatio* interponitur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fidei commissario competant Paul. *lib.* 4. *sent. tit.* 4. Vide & §. 5. *Inst. de fideic. hered.*

Partem facere dicitur is, cujus persona in *partibus* faciendis numeratur *l.* 67. §. 3. *D. de legat.* 2. *l.* 14. *in fin. D. de jure codicill. l.* 11. §. 4. *D. de bon. possess. secund. tab.* Qui in utero est, partem facit his, qui pari gradu sunt *l.* 3. §. 9. *D. de suis & legit. hered.* Add. *l.* 1. §. 5. *D. de bon. poss. contr. tab.*

Partem quoque *facere* dicitur is, cujus persona in partium divisione, distributioneve numeratur, licet ad legatum, vel hereditatem non admittatur *l.* 84. §. 8. *D. de legat.* 1. *l.* 1. §. *uls. D. de collat. bonor.*

Pars pro clausula seu capite edicti, legis, conventionis, testamenti. Ex illa parte edicti *l.* 227. *D. de verb. signif.* Ex ea parte (legis Juliæ) qua de eo cavetur *l.* 8. *D. de sepulcr. viol.* Novissima parte pactorum *l.* 17. §. 12. *D de pact.* Ceteras partes stipulationis evanuisse *l.* 15. *D. de acceptil.* Pars prima & posterior testamenti *l.* 13. *D. de transact.*

Partes etiam Icti vocant eos, qui

qui inter se litigant. Sic *pars* adversa pro adversario *l.* 5. *C. de pact. int. emt.* Utraque pars *l.* 6. *C. depos.* Ex parte rei *l.* 25. *D. de proc.* Una parte absente *l.* 40. *C. de lib. causs.*

Admonendi etiam sumus, *divisa Centumvivorum tribunalia*, ut loquitur Papinianus in *l.* 76. *D. de legat.* 3. seu *quatuor* eorum *Consilia*, prout adpellat Plin. *lib.* 6. *epist.* 33. *partes* vocari a Quintiliano *lib.* 6. *quadruplex judicium* ab eodem Plinio *lib.* 4. *epist.* 24. & *lib.* 6. *epist.* 33. Eoque pertinent hæc Marcelli verba: Si *pars* judicantium de inofficioso testamento contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit l. 10. *D. de inoff. test.*

In civilibus etiam bellis contraria civium inter se dissidentium studia & arma *partes* vocabantur, ut in *l.* 21. §. *un. D. de captiv. & postlim.* Atque ita procul dubio etiam vox ista sumitur in *l.* 2. §. 11. *versu per partes D. de orig. jur.* tametsi Cujacius *ibid.* per κατα μερος interpretetur quasi reipublicæ mutatio sensim, & lento progressu facta sit. Nec omittenda est militaris hujus verbi significatio, quam Vellei. Paterc. *lib.* 2. *hist. c.* 52. prodit his verbis: Ut primum C. Cæsar inclinatam vidit Pompejanorum aciem, neque prius, neque antiquius quidquam habuit, quam in omnes *partes* (ut militari verbo ex consuetudine utar) dimitteret.

Præterea officium, quod arbitris, judicibus, præsidibus, aliisque incumbit, quodque ad eorum jurisdictionem, curam, sollicitudinemque pertinet, *partes* adpellamus. Ita de arbitris in *l.* 21. §. 5. *D. de recept. arb. l.* 30. *D. famil. ercisc.* de judice *l.* 15. *D. de oper. nov. nunc.* de præside *l.* 2. *D. de his, qui sui, vel al. jur.* de prætore *l.* 20. *D. de manum. testam.* de procuratore *l.* 3. *C. si serv. export.*

Partibus etiam fungi dicuntur, qui vicem repræsentant. Sic donationes inter virum & uxorem factas fideicommissi partibus fungi ait *l.* 2. *C. ad leg. falc.*

Partes actoris, seu petitoris, heredum, defensoris, possessoris in *l.* 74. *D. de rei vind. l.* 8. §. 3. *D. si servit. vind. l.* 2. §. 3. *D. famil. ercisc. l.* 45. §. *ult. D. de procur.* id est, onus. Actoris partes sustinere, & rei partes sustinere *l.* 6. §. *ult. de Carb. edict.* Petitoris partibus fungi *l.* 14. *D. eod. tit.*

Partes metonymice dicuntur pro caussis in *partibus* juris comprehensis *l.* 1. §. *ult. D. de public. in rem act.* ut glossa quidem ibid. explicat. Cujacius autem species alienationis interpretatur.

PARS *est* pro *similis quodammodo est.* Paull. *l.* 4. *D. de usufr.* Usufructus in multis casibus pars dominii est. Virgil. *Æneid.* Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. Add. Viger. *idiotism. græc. ling.* 3. 7. Noodt. *de usufr. l.* 2. *p.* 289. *Hein.*

PARSIMONIA in *l.* 39. *D. de pecul.* pro frugalitate, & sumtuum moderatione.

PARTIARIUS *colonus* dicitur, qui lucri & damni cum domino particeps est, fructusque fundi cum eo quasi societatis cujusdam jure partitur *l.* 25. §. 6. *D. locat.* Quo loco partiario colono is, qui ad pecuniam numeratam conduxit, opponitur, quæ duo diversa loquutionis genera Plin. *lib.* 9. attigit his verbis: Medendi una ratio, si non numo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores operi, custodes fructibus ponam.

Partiarius legatarius adpellabatur is, cui pars bonorum lega-

batur §. 5. *Inſt. de fideic. hered.* Ulpian. vero *tit.* 25. *regul.* §. 25. *Partiarium legatarium* interpretatur eum, cum quo partitus eſt heres. *Particulones* etiam auctore Nonio a veteribus coheredes inter ſe dicebantur, quod partes invicem ſibi facerent.

Partiaria pecora, ſeu, quæ in commune paſcenda dantur, ut loquitur *l.* 52. §. 2. *D. pro ſoc. Si paſcenda pecora partiaria*, id eſt, ut fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & paſtorem dividantur, *Apoltinarem ſuſcepiſſe probabitur l.* 8. *C. de pact.*

PARTICARII in *l.* 7. *de excuſ. mun.* erant venditores *particarum*, id eſt, pellium e Parthia allatarum, de quibus *l ult.* §. 7. *D. de publican. & vectig.* forſan & coriorum parthicorum, murice tinctorum, de quibus plura Reineſ. *ad inſcr. Claſſ.* 10. *inſcr.* 8. & Voſſ. *ad Catull. p.* 190.

PARTICEPS doli *l.* 1. §. *ult. D. ſimul. ventr. nom. in poſſeſ.* facinoris *l.* 2. *D. de Carbon. edict.* fraudis *l.* 10. §. 2. *D. quæ in fraud. cred.* muneris *l.* 2. *C. de uſur. pupil.* in munere *l.* 7. *C. de excuſ. tut.* obligationis *l.* 16. *D. de acceptil.* officii *l* 11. §. *ult. D. de legation.* ſceleris *l.* 15. §. *D. de SC. Silan.*

Particeps abſolute pro ſocio & collega *l.* 10. *C. de profeſſ. & med.* quemadmodum etiam videtur ſumi in *l. un. C. ſi rect. provinc.* ubi ipſe Tribonianus *participes* interpretatur *Conſiliarios* ſeu adſeſſores adminiſtrantium, laudante Jac. Gothofredo *Comment. ad l. un. C. Th. eod. tit.* Add. *l.* 5. *C. Th. de iis, quæ admin.* ibi adminiſtrantium ſocii atque participes. Inde etiam *participatus* & *conſilium* junguntur in *l.* 3. *C. Th. de inceſt. nupt.* ut vocem *participatus* ſuſtulerit Tribonianus in *l.* 6. *C. Juſtin. eod. tit.*

PARTICIPARE lucrum & damnum *l.* 53. *D. pro ſoc.* fraudem *l.* 4. *C. ſi vend. pign.* & fraudis conſilium *l.* 2. *C. de crim. Stellion.* furtum *l.* 1. *D. ſi famil. furt. fec.* conſilium ſuum *l.* 8. §. *ult. D. de legat.* obligationem *l.* 4. *C. ad SC. Vellei.* Ampliſſimi ordinis collegium *l.* 74. *C. Th. de decurion.* pretium *l.* 7. *D. de lib. cauſ.*

Participari eodem ſenſu. Si pretium participatum eſt *l.* 9. §. 4. *D. de minor. l.* 1. *C. quib. ad libert. procl.*

PARTICIPIUM habere in re aliqua *Nov.* 131. *c.* 11. *& auth. licet C. de Epiſc. & cler.* eſt negotium habere cum re aliqua, & tractare aliquid. Abſtinere omni participio alicujus rei *l. ult.* §. 3. *C. de Epiſc. aud.*

PARTICULA idem quod *pars*, vel *minor pars.* Particula legis *l.* 24. *D. de legib.* Quos Epicurus atomos, particulas minimas Alphenus vocat in *l.* 76. *D. de judic.* his verbis: Propterea quod, ut philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſtaremus, hæ quotidie e noſtro corpore decederent.

PARTICULATIM, id eſt, per partes *l.* 41. §. 1. *D. de uſur. junct. l.* 4. §. 6. *D. de ſtatu lib.* Quamvis fundus particulatim venierit, omnes partes ſervitus ſequitur *l* 23. §. *ult. D. de ſerv. præd. ruſt.*

PARTIM ſoluta pecunia, id eſt, per partes *l. ult.* §. 2. *D. de cond. indeb.*

Partim alias eſt ex parte. Partim proprio, partim communi jure *l.* 9. *D. de juſtit. & jur.*

Partim ſemel tantum poſitum occurrit in *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.* ita populique conſenſu *partim* in carcere necati. Suſpicati quidem jam olim juriſconſulti alioquin præſtantiſſimi, Zaſius & Budæus, deeſſe quædam in illo loco, addideruntque, partim in exſilium

filium acti. Sed superfluam esse hanc adjectionem, docent exempla similia etiam optimæ notæ scriptorum, laudata a Ruperto ad *Enchirid. Pompon. lib.* 2. *c.* 10. & Bynkersh. *in prætermiss. ad l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.*

PARTIRI hereditatem *l.* 19. §. 1. *D. ad SC. Treb.* bona *l.* 4. *D. pro soc.* possessionem, fundum *l.* 3. *&* 30. *D. fam. erc.* pretium *l.* 7. §. 1. *D. de liber. caus.* administrationem tutelæ *l.* 5. *D. de magistr. conv.*

PARTITIO, species quædam legatorum est, quam ita describit Ulpianus *tit.* 24. *regul.* §. 25. Universarum rerum quoque summa legari potest, ut puta, Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito, dividito. Quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem & alia pars, veluti tertia, vel quarta legari, quæ species *partitio* appellatur. Ejusdem speciei meminit Imperator in §. 5. *Inst. de fideic. hered. Hein.*

PARTITUDO pro partu. Petantur futuræ partitudinis testimonia *l.* 10. *C. Th. de bon. proscr.* Plauto etiam usurpata vox *Aulul. Act.* 1. *scen.* 1. *v.* 36. *&* *Act.* 2. *sc.* 3. *v.* 9.

PARTUS etsi animalium quorumlibet dicatur, ut in *l.* 15. §. *ult. D. de her. pet. l.* 17. *D. de rei vind.* plerumque tamen mulierum partus, pecorum vero fœtus dicitur. Partu trino fœcunditati publicæ gratiosa mater *l.* 19. *v. quod supplicio C. Th. de bon. proscr.* Partus non subjici publice interest *l.* 1. §. 13. *D. de inspic. ventr.*

Partus etiam non modo in lucem editus, sed & dum adhuc in utero est, adpellatur. *Partui* in hoc favetur, ut in lucem producatur, qui non tantum parentis, cujus esse dicitur, verum etiam reipublicæ nascitur *l.* 1. §. 15. *D. de ventr. in poss. mitt.* Partus nondum editus homo non recte fuisse dicitur *l.* 9. §. 1. *D. ad Leg. Falcid.* Partus antequam edatur, mulieris portio est vel viscerum *l.* 1. §. 1. *D. de inspic. ventr.*

Partus gerendi tempus legitimum ex *l.* 3. §. *ult. D. de suis & legitim. her.* intelligitur, ubi Ulpianus ait: De eo qui centesimo octogesimo secundo die natus est, Hippocrates scripsit, & Divus Pius Pontificibus rescripsit, justo tempore videri natum, nec videri in servitutem conceptum, cum mater ipsius ante centesimum octogesimum secundum diem esset manumissa. Item ex *l.* 29. *D. de lib. & post.* ibi: Si quis mihi ex filio nepos, sive quæ neptis post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit. Gell. *lib.* 3. *c.* 16. Et multa opinio est, eaque jam pro vera accepta, postquam mulieris uterus concepit semen, gigni hominem septimo rarenter, numquam octavo, sæpe nono, sæpenumero decimo mense. Eum esse hominem gignendi finem, decem menses, non inceptos, sed exactos. Idque Plautum, veterem poetam, dicere videmus in Comœdia Cistellaria, his verbis: *Tum illa, quam compresserat decimo mense exacto, hic peperit filium.* Varro in mysteriis, uti est apud Non. Marcellum: Nascimur spissius, quam emorimur, vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum. Notum est illud Virgilii *in Bucol. ecl.* 4. *v.* 6. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Plin. utique partus gerendi tempus usque ad initium decimi, undecimique mensis *libro* 7. *c.* 3. definit. Vide & de hac re Censorin. *de die nat. c.* 7. Pluribus etiam

ex

ex recentioribus de justo partus tempore egit Hadr. Turneb. *lib. 4. adverſ. c.21. p. 124.* At multo majore cum adparatu tum veterum ſententias, tum varias de juſti partus humani tempore leges expoſuit Carol. Hannib. Fabrotus ſingulari diſſertatione, quæ inter exercitat. XII. junctim editas prima eſt, recuſa in *Theſaur. jur. civ. Tom.3. p.1149. ſequ.*

Partus pro editione, ut loquitur Ulp. *tit. 6. regul. §. 3.* Uno partu duos, vel tres edere, Paull. *lib.4. ſent. tit.9.* Incipiente partu exiſtens conditio efficit, ut ex libera edatur, quod poſtea naſcitur *l. 15. D. de ſtat. hom.* Adeſſe partui *l. 1. §. 10. D. de inſpic. ventr.*

PARVITATE deformis indignus conſortio virorum fortium *l.12. C. Th. de vet.* Staturam enim in militibus maxime ſpectari variis Codicis, præſertim Th. locis docemur Jac. Gothofr. *ad l.3. de tir.*

PARVULI dicuntur intra annum vigeſimum quintum in *l.2. C. de fund. patr. & l. 1. C. de fugit. colon.* & ibi Cujac.

PARVUM tempus in *l.2. C. de ſec. nupt. l. 19. C. de legat.* eſt duorum menſium.

PASCERE eſt alere, & cibaria præſtare pecoribus, vel ſervis *l. 52. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtr. leg. l.11. D. ad exhib. l. 21. §. ult. D. de donat. int. vir. & ux.*

PASCENDI pecoris ſervitus, ut *l. 4. D. de ſervit. præd. ruſt.* vel jus paſcendi, ut eſt in *l. 1. §. ult. D. eod. tit.* eſt jus pecora noſtra in alterius prædium mittendi, ut gramine & herbis nutriantur.

PASCERE avaritiam in *l.7. C. Th. de curſ. publ.* pro indulgere avaritiæ.

PASCHA. Sacros *paſchæ* dies, quí ſepteno numero vel præcedunt vel ſequuntur *l.7. C. de fer.* Nec venerabilem Paſchæ diem exiſtiment excipiendum *l.10. C. eod.tit.*

Paſchales dies quindecim *l.7. in fin. l. 8. C. de fer.* Paſchale tempus *l.6. C. eod. tit.*

PASCUUS, *a, um.* Paſcua ſylva eſt, quæ paſtui pecorum deſtinata eſt *leg. 30. §. ult. D. de verb. ſignif.* Paſcui ſaltus, Paſcua publica *Rubr. & l. 1. Cod. tit. de paſcuis publ.*

PASSAGINI in *c.15. decretal. de heret.* alias Paſſagieri (gallico idiomate) ſic adpellati, quod extorres eſſent, nec in certo loco ſedes haberent. Iidem ferme ſunt ac *Patarini*, de quibus vide ſub hac voce.

PASSIM eſt indifferenter, indiſtincte, promiſcue *l. 6. §. ult. D. de proconſ.* Paſſim hoc eſt ſine delectu *leg. 43. D. de rit. nupt.* Non paſſim, ſed cum cauſſæ cognitione *leg. 7. §. 1. D. de ventr. in poſſeſ. mit.*

PASSUM vini adpellatione contineri, ait Ulp. *l.9. D. de tritic. vin. ol.* Paſſum, ait Non. genus liquoris, quod ex uva paſſa cogitur. Virg. *lib.2. Georg. v. 93.* Et paſſo piſthia utilior. Vide ſupra *defrutum.*

PASSUS, *us*, ut eſt in libro variorum auctorum de menſuris, dupliciter haberi videtur apud antiquos. Etenim paſſus dicitur, quod duobus greſſibus gradiendo conficitur. *Paſſus* etiam dicitur, quantum ambobus brachiis extenſis inter longiſſimos digitos eſt. Et alibi: *Palmus* autem quatuor digitos habet, *pes* ſexdecim, *paſſus* pedes quinque, pertica paſſus duos. Vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari Prætor jubet *l. 3. D. de verb. ſign.*

PASTINA inſtituere *leg.7. §. ult. D. ſolut. matr.* Paſtinum utique quemadmodum Pallad. *lib. 2.*

in lege Julia de maritandis ordinibus, & in lege Julia de adulteriis patris adpellatione avus non continetur, ceu patet ex *l.* 44. §. 1. *D. de rit. nupt. & l.* 20. *l.* 21. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Pater est, quem nuptiæ demonstrant *l.* 5. *D. de in jus voc.* Igitur cujus uxor post sex menses a conjunctione, vel decem mensibus a morte mariti proximis peperit, ei natam esse prolem tenendum est, quia id tempus est pariendi legitimum, ceu patet ex *l.* 3. §. *ult. D. de suis & legit. & l.* 29. *de lib. & post.*

Pater adoptivus, fiduciarius, naturalis. Vide sub his vocibus. Aliæ qualitates sunt justus, certus, incertus, de quibus vid. suis locis.

Patris nomine honoris caussa etiam rectores, & præsides civitatis, exemplo hebræorum, veniunt, ut *in l.* 1. *C. quibus muner. exeuf. Nov.*160. Sic & patres Synagogarum in *l.*4. *C. Theod. de judæis.*

Imperatores quoque interdum decessores suos *patres* adpellant, & ita Severus & Antoninus: Quum D. Claudius pater meus constituerit *l.* 1. *C. qui non poss. ad libert.* Vide supra voce *parens.*

PATERA, æ, vas amplum & patens, potui inprimis inserviens. Argento potorio legato, omnia quæ ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur, veluti *pateræ* Paull. *lib.*3. *sent. tit.* 6. §. 90.

PATERFAMILIAS adpellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine adpellatur, quamvis filium non habeat. Non enim solum personam ejus, sed & jus demonstramus. Denique & pupillus paterfamilias adpellatur. Et quum paterfamilias moritur, quotquot capita libera ei subjecta fuere, singula familias incipiunt habere, eisque pro parte præsunt *l.* 195. *D. de verb. signif.* Filii cujuscumque ætatis sint, morte patris sui juris effecti, patres familias sunt *l.* 5. *D. quand. dies legat.* Itaque patres familiarum definiuntur, qui sunt suæ potestatis, sive puberes, sive impuberes *l.* 4. *D. de his, qui sui vel alien. jur.* Et Paterfamilias fit servus manumissus *l.* 14. *D. qui test. fac.* Festus quoque in *familia* ducem & Principem generis patrem familias adpellatum scribit. Adde, quæ ex Tertullian. *de virgin. veland.* supra attulimus in voce *materfamilias.* In hoc autem verbo considerandum est, veteres ad detrahendam invidiam patris magis quam Domini nomen Principi familiæ indidisse. Quod & Tertullianus in *Apologet. c.* 34. *notat.* Gratius, ait, est nomen pietatis quam potestatis. Etiam familiæ magis patres, quam Domini vocantur. Et Senec. *Epist.* 47. Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri Dominis, omnem contumeliam servis detraxerunt, Dominum patremfamilias adpellantes, servos familiares. Quem totum Senecæ locum Macrobius supresso auctoris, unde hauserat, nomine *lib.* 1. *Saturn. cap.* 11. transtulit. Vide & Martial. *lib.*1. *epigr.* 85. Lactant. *lib.*4. *divin. Inst. c.*3. Patrem autem familias & familiæ Latinis dictum Priscianus *lib.*6. *p.* 679. *edit. Putschii* exemplis probat. Paterfamiliæ est apud Ulpianum *tit.* 21. *regul.* Servius *in XI. Æneid. v.* 801. Sane paterfamilias, quando dicimus familias, indeclinabile est, si autem *paterfamiliæ* dicere voluerimus, jam non erit unum nomen, sed loquutio, & familiæ erit dativus. Nam *pater mi-*

hi est, dicimus. Terent. Natura tu illi pater es, consiliis ego.

Multi autem volunt in numero plurativo nomen utrumque declinari, ut dicamus, hi *patres familiæ*, horum patrum *familiarum*. Et ita patres familiarum legere est apud juris auctores *l.* 4. *D. de his, qui sui vel alien. jur.* l. 2. *D. ad SC. Maced. l.* 3. §. 4. *D. de minor.* Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* Item plures *patres familias*, ait, dicere non debuerunt, sed ut Sisenna scribit *patres familiarum*.

PATRINIANI a Paterno quodam exorti inferiores corporis partes a Diabolo factas opinantur *c.* 39. §. 57. *caus.* 24. *quæst.* 3. Vide infra art. *Patriciani*.

PATERNUS, *a*, *um*. *Paterna* absolute pro bonis paternis in *l.* 9. *D. de re mil. l.* 62. *D. de contr. empt.*

PATERNUS Taruntius. Vide voc. *Taruntius*.

Πάθος perturbatio *l.* 5. *D. de edil. edict.*

PATI varias, pro verborum, quæ adjunguntur, varietate, significationes habet; quarum has præcipuas ex Legibus nostris adnotasse sufficiet. Si male passus sit administrari tutelam *l.* 60. §. 4. *D. de vit. nupt.* Si injuriam aut furtum passus sit *l.* 16. *D. de offic. præsid.* Ubi furtum passus dicitur, cui res furto abest, subtractave est. Item fides bona non patitur *leg.* 56. *D. de reg. jur.* Quatenus peculium patitur §. 4. *Inst. quod cum eo, qui in al. pot.* sit, sufficiens est. Si totus ager sit hunc casum passus *leg.* 12. *D. de usufr. Pati* deportationem *l.* 13. *de donat. int. vir. & ux.* poenam *l.* 51. *D. de act. emt.* actiones, id est excipere l. 18. §. *ult. D. de castr. pecul. l.* 4. *D. de pecul. l.* 4. *D. de contr. tut.* æstimationem, id est sufferre *l.* 63. *D. de rei vind.* cautionem, id est præstare, vel ea onerari *leg.* 3. §. 5. *D. si cui plus quæro per Leg. Falcidiam* compensationem *l.* 3. §. 1. *D. de negot. gestione* controversiam *l.* 11. *D. de Carbon. edict.* quod de eo dicitur, cui compensatio jure objicitur, & controversia movetur.

Pati condemnationem, id est, condemnari in *l.* 14. §. 4. *D. quod met. caus.* exceptionem, id est, exceptione summoveri *l.* 4. §. 28. *D. de dol. mal. & met. except.* evictionem *l.* 75. *D. de jur. dot.* Falcidiam, id est, deminutionem legati propter Falcidiæ rationem *l.* 1. §. *ult. D. ad leg. falcid.* interdictum *l.* 1. §. 19. *D. de vi & vi arm.* judicium, id est, suscipere *l.* 8. *l.* 22. *leg.* 24. *D. de alien. judic. mut.* moram, cum alicui mora fit *l.* 35. *D. de legat.* 3. quæstionem, cum alicui controversia fit *l.* 14. §. 7. *D. de religios. & sumt. fun.* sententiam, id est, sententia judicis condemnari *rubr. D. & C. de sentent. pass.* servitutem, id est, alieno dominio subjici *leg.* 9. *D. de fideic. liber.* stuprum, id est, stupro fœdari *leg.* 8. *D. quod met. caus.* Ita mulier adulterium passa dicitur, cum qua quis adulterium admisit *l.* 14. *C. ad Leg. jul. de adult.* at, quæ vim patitur, non est in ea causa, ut adulterii, vel stupri damnetur *l.* 13. §. 7. *D. eod. tit.* Dicitur autem vim passus, cui vis facta, illata, adhibita est *l.* 2. *D. de his, quæ vi met.* Præterea notandæ sunt loquutiones: Caussam de totis bonis, quam heredes patiebantur *l.* 39. *D. de fam. ercisc.* Ne ex adnotatione Præsidis calumniam patiaris, id est, ne tibi calumnioſe quæstio moveatur *leg.* 10. *C. de sent. pass.* Collationis onus pati, id est, conferre cogi

gi *l.* 4. §. *ult. D. ad Leg. Rhod. de jact.*

PATIENS freni *l.* 2. *D. de captiv.* aratri, dixit Ovid. *lib.* 4. *triſt. eleg.* 6. *v.* 1.

PATIENTIAM præſtare *l.* 4. §. 1. *l.* 11. §. 2. *& leg.* 12. *D. de aqu. & aqu. pluv.* id eſt ſinere. Patientiam tollendo operi præſtantem in *l. ult. D. de inſerd.* id eſt ſinentem tolli opus. Maritus, qui uxorem in adulterio deprehendit, *patientiam* adumbrare prætextu incredibilitatis non poteſt *l.* 29. *D. ad Leg. jul. de adult.* id eſt tolerantiam.

PATRIA reſpectu cujuſque hominis trifariam intelligitur. Alia originis, quam *germanam* M. Tullius vocat, eſtque natale cujuſque ſolum, unde ortum ducit. Alia domicilii, alia communis. In ſe autem patria nihil aliud eſt, quam ejuſdem Populi natio ſimul congregati, iiſdem legibus vivens & inſtitutis. Et ſic Patriæ functiones, honores, miniſterium, munia, ordo, ſtipendia *leg.* 79. 91. 106. 69. 93. 57. 79. *C. Th. de decur.*

Patria communis Roma adpellatur *l.* 6. §. 11. *D. de excuſ. l.* 19. *D. de interd. & rel.* Symmach. *Epiſt.* 5. 44. *&* 92. *& Epiſt.* 2. 2. Rutil. Numant. *itiner. v.* 63. Feciſti patriam diverſis gentibus unam. Plura ejus generis collegit, & ab Antonini Caracallæ demum temporibus potiſſimum frequentata docet Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *cap.* 7. *p.* 161. *ſequ.* Quum vero & jam ante ea tempora *communis patriæ* nomine veniat Roma apud Liv. *lib.* 23. *cap.* 5. Cicer. *Agrar.* 4. 83. Senec. *conſol. ad Helv. c.* 6. Ariſtid. *in Rom. p.* 375. recte dixeris, antea ita dictam tantum Romam αυξησει quadam oratoria, poſtea vere id nomen tuliſſe. Unde Modeſtinus *d. l.* 6. §. 11. *de excuſ.* eleganter, ait, κοινης ἁπασης τε και νομιζομενης πατριδος της βασιλευουσης, quoniam urbs regia & eſt, & habetur communis patria. Add. Cujac. *lib.* 24. *obſerv. c.* 33. *Hein.*

PATRIARCHA, id eſt, Princeps patrum, quod nomen non ſolum apud Chriſtianos & Hebræos, ſed & apud Gentiles obtinuit. In Chriſtiana Eccleſia primis temporibus dicebantur iidem, qui & Metropolitæ, & Archiepiſcopi, & primates. Poſtea autem ſupra Metropolitanos conſtituti ſunt Superiores Patriarchæ. Primitus datus eſt titulus tribus ſedibus Romanæ nempe, Alexandrinæ, & Antiochenæ; quæ præcipuæ erant imperii præfecturæ, ſeu diœceſes. Quibus dein acceſſerunt alii duo Epiſcopi, juxta politicæ dignitatis ordinem aſciti, Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus. Tandem etiam minorum præfecturarum, quæ Græcis επαρχιαι dictæ, Epiſcopi eodem nomine inſigniti ſunt. Hinc *patriarchæ* dicti etiam Primates Gregor. VII. *lib.* 6. *ep.* 35. Acceperunt præterea in Occidente titulum Patriarchalem Epiſcopi Aquilejenſis, & Gradenſis, qui tamen poſtremus Patriarchatus anno 1458. in Venetum Epiſcopum a Nicolao V. translatus fuit, qui antea Epiſcopus Caſtellanus nuncupabatur. *Patriarchalia* reſponſa in Oriente olim magnæ auctoritatis, quæ poſt Rom. Epiſcoporum Epiſtolas inter Canones relatas cum auctoritate Canonica, ad hoc exemplum in Oriente coeperunt valere & colligi, ut ex Codice Eccleſiæ Orientalis conſtat, cui multa addita ſunt a Trullanis Patribus. *Patriarchiæ* ſeu *Patriarchales* quinque præcipuæ Romæ Baſilicæ adpellatæ, ut iis adjuncta palatia *Patriarchica*, ſc. Lateranenſis, S. Petri in Vaticano, S.

S. Pauli extra muros S. Mariæ majoris, & S. Laurentis extra muros.

PATRITIANI a quodam Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis a diabolo conditam dicunt *cap.* 39. §. 47. *caus.* 24. *quæst.* 3. Vide supra *paterniani.*

PATRICIATUS dignitatem dixit Cassiodor. *lib.* 8. *Epist.* 9. Patriciatus præsentalis apud eumdem *lib.* 10. *Epist.* 9. Paull. Diacon. *lib.* 14. *adpend. Eutrop.* de Aetio: Nec multo post etiam patritiatus dignitatem consequutus est. Cassiod. *in formula patriciatus lib.* 6. *Var. epist.* 2. Patriciatus culmen ascendere, quod quidam juridicorum a *patribus* dictum esse voluerunt. Et mox: Leges tantam illis reverentiam detulerunt, ut in sacris positus, quum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ potestatis nexibus exuatur. Quod constat ratione probabili constitutum, ut qui amplissimum genium pretiosæ libertatis acceperat, vilissimam conditionem cum subditis non haberet. Quæ Cassiodori verba pertinent ad §. 4. *Inst. quib. mod. jus patr. pot.* & significant patriciatum perpetuum honorem fuisse, & cingulo ornatum, cum jurisdictionem tamen exerceret nullam. Quod a Zenone Imperatore significari arbitratur Hottomannus in *l.* 3. *C. de consulib.* ubi patriciatum honorarium Consulatum adpellat, tum & a Cassiodoro hunc Episcopis honorem tribui solitum significari, illis scilicet, qui Constantinopolitani Ecclesiæ præfecti, patriarchæ dicebantur. Cujus sententiam hanc esse asserit, ut quando in populi Romani religione patricii soli sacrorum procurationem Romuli instituto gerebant, & rex quidam sacrorum esset, non incommodum videatur, si in religione christiana, qui sacris præest, idem etiam magistratus summi ornamentis, atque insignibus decoretur. Observat etiam hoc ex eodem auctore, patriciatum non magistratus, sed ordinis nomen fuisse, neque enim unus erat patricius, sed complures, quasi Senatus principes, qui certis antea magistratibus perfuncti erant, denique quales Romæ florente republica, Consulares, Prætorii & Ædilitii fuerunt, quibus in Senatu curuli sella uti, primisque sententias dicere jus erat. Quare quod in *l.* 3. *C. de consulib.* legimus, patriciatus honorem ceteris omnibus anteponi, non ita accipi vult, quasi summus esset aliquis magistratus, primum, quia magistratus, ut diximus non erat, deinde quia Cassiodorus in formula patriciatus scribit, Consulatum patriciatu superiorem fuisse. Præfectorios, inquit, & aliarum dignitatum viros præcedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum etiam a nobis constat assumi, hoc est, ut ipse interpreratur, Consulatui. Præterea præfectum urbi summum omnium magistratum gessisse constat ex *l.* 1. *&* *l.* 3. *C. de offic. præf. urb.* Et quod Cassiodorus de præfectoriis scribit, constat de iis, qui jam præfectura functi sunt, intelligendum esse. Nomen autem a Romanorum patriciorum splendore ductum esse, res indicat.

PATRICIUS enim olim dicebatur, qui ex Senatoribus, qui patres vocabantur, nati erant. Vellei. Paterc. *lib.* 1. *c.* 8. Romulus, ait, centum homines electos, adpellatosque patres, instar habuit consilii publici. Hanc originem nomen *patriciorum* habet. Liv. *lib.* 1. *c.* 8. Centum creat senatores. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum ad-

adpellati. Adde Plutarch. *in Quæstion. Rom. Tom.*2. *p.* 278. Sunt qui patricios adpellatos dicunt, quod patres ciere possent, a quo non abhorret Cincius apud Festum, cujus verba hæc sunt : Patricios, ait in libro de Comitiis, eos adpellari solitos, qui nunc ingenui dicuntur. Sed verius est, juxta Vossium *etymolog.* duas posteriores syllabas in voce *patricius* esse tantum *patris* vocis productiones, quemadmodum ab *ædilis* fit *ædilicius*, a *novus novicius &c.* Patricii autem non iidem sunt qui nobiles, ut vulgo creditur. Nobiles enim speciatim sumto nomine omnes sunt ex plebeiis, ut supra in voce *nobiles* ostendimus. Nam Populus Romanus ita distinguebatur, ut alii *patricii* essent, alii plebeii. Patricii, qui eorum Senatorum progenies erat, quos Romulus crearat. Hac tamen ætate, inquit Livius, antiquissimæ cujusque senatoriæ familiæ liberi patricii adpellantur, tales erant Clodius, Piso, Catilina. Plebeii vero, qui ex Populo a Romuleis Senatoribus reliquo dimanarant, ut C. Antonius, C. Cassius, M. Cicero, T. Pompon. Atticus. Horum plebeiorum *nobiles* alii vero *novi homines* dicebantur. *Nobiles* quorum parentes curuli aliquo magistratu erant functi. *Novi*, qui primi ex sua stirpe, magistratum curulem erant adepti. Quod Asconii auctoritate verum esse docemur, cujus verba supra in art. *nobiles* attulimus.

Patricii longe aliter in principum constitutionibus accipiendi sunt. In his enim Patricii, Imperatorum Consiliarii, quasi eorum *patres*, vocantur. Sic enim a Justiniano in *l. ult. C. de conf. & §.4. Inst. quib. mod. jus patr. pot.* & a Nicephoro *lib.* 13. *hist. Eccles. c.*1. & 4. vocantur, ut & a Claudiano *lib.*2. *in Eutrop. v.* 68. cujus verba de Eutropio patriciatus honore decorato, hæc sunt : Præsidium Legum, genitorque vocatur Principis, & famulum dignatur regia patrem. Idem *Claudian. in prol. dicti libri v.* 49. Ereptas quid plangis opes, quas natus habebit -- Non aliter poteras Principis esse pater. Itaque Patricius πατηρ βασιλεως a Luitprando *lib.* 3. *de reb. per Europ. gest. c.*8. vocatur. Vide & Zosim. *lib.*2. *c.*40. & Justiniani *Nov.* 81. *præf.* Sic in *l.* 3. *C. ubi senat. & l.*64. *in fin. & l. ult. C. de decurion.* & in Epistolis Justinianeis *patriciorum nomen*, *patriciatusque dignitatem* accipe.

PATRIMONIALES fundi sunt ad patrimonium Principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo, vel perpetuo jure tenebantur, ut ostendit *l.* 20. *C. Theod. de extr. mun.* Sic *in rubr. C. de fund. patr. & rubr. C. de collat. fund. patrim.* & *l.* 13. *C. de præd. min.* & *l.* 1. 2. 9. 17. *C. Th. de extraord. mun. patrimoniales* accipe, cujus fundos qui colunt, patrimoniales coloni vocantur *l.* 7. *C. ubi caus. fisc. rubr. C. de fugit. colon. patrim.* Vetus Glossarium : Patrimonialia ιδιοκτητα τε βασιλεως. Ita *patrimonialem* possessorem accipe in *l.* 4. *C. Th. de ann. & trib.*

PATRIMONIUM proprie est, quod nobis a parentibus relictum est, & a majoribus obvenit. Cic. *lib.*2. *epist.* 16. Filio meo, si ulla erit respublica, fortis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei. Idem *pro domo c.*38. Liberis autem nostris amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus. Idem *lib.* 1. *de orat. c.*5. Propugnator patrimonii defensor juris paterni. Et ita patrimonium accipe in *l.* 61. *D. de condict. indeb. & l.* 38. *D. famil. ercisc.*

Ac-

Atque ut a *patris*, ita a *matris* quoque nomine hereditaria bona matrimonii adpellatione censentur Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 8. *Filius Asiniæ ex suo admodum amplo matrimonio* (itaque quippe melioris notæ manuscripti Codices habent) *viginti millia numum legavit.* M. Seneca *Declam. lib* 2. *Controv.* 1. Quid porro ista matrimonia, in quæ male servi ruitis? gaudia dominorum, an onera sunt. Sueton. *in Aug. c.* 40. Quum plerique equitum, attrito bellis civilibus *matrimonio* spectare ludos & quatuordecim non auderent. L. Senec. *lib.* 1. *de benef. c.* 3. Matris quoque nomen ad rem indicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia late patentis matrimonii sit, (sic optimi Codices) beneficia dividere, tamquam matri post filias liceat nomen imponi, aut poetæ vere nomina reddant. Vid. supra art. *matrimonium.* Dicitur tamen aliquando *patrimonium maternum*, ut in *l.* 1. *pr. C. Theod. de matern. bon.*

Patrimonium porro generaliter pro quibuscumque bonis accipitur, & ideo *in patrimonio esse*, & *in bonis esse* idem valent. Omnium rerum, quas in cujusque patrimonio esse constaret *l.* 1. *D. de usufr. ear. rer.* id est, omnium rerum, quæ in bonis sunt, ut *l.* 1. *D. de usu & usufr. leg.* Apes in patrimonio nostro computantur *l.* 8. §. *ult. D. fam. ercisc.* Peculium & ex eo constitit, quod venit proprium *patrimonium* servum suum habere quis voluerit *l.* 39. *D. de pecul.* Res, quam in patrimonium suum convertit *l.* 25. *D. de hered. pet.* id est, quam ex pretio rei distractæ comparavit. Quæ sunt in fisci patrimonio *l.* 2. §. 4. *D. ne quid in loc. publ.* Ea prædia Cæsaris, quæ in formam *patrimonii* redacta sub Procuratore *patrimonii* sunt *l.* 41. §. *ult. D. de legat.* 1. *Patrimonii* munera *l.* 2. *D. de mun. & honor.* quæ nempe sumtibus patrimonii, & damnis administrantis expediuntur, ut in *l. ult.* §. 18. *D. eod. tit.* Utroque *patrimonio* erogata, id est, ex re nepotis, & aviæ *l.* 34. *D. de negot. gest.* Et ita *patrimonium* accipe in *pr. Inst. de divis. rer. l.* 1. *D. eod. tit. l.* 3. §. 2. *D. de bon. possess. l.* 5. *D. de verb. signif. l.* 35. *D. de verb. oblig. l.* 14. §. 2. *D. de serv. corrupt.* §. 8. *Inst. de action. l.* 8. §. 4. *D. de inoff. test. l.* 32. *l.* 47. §. *ult. D. de pecul. l.* 3. §. 5. *D. de minor. l.* 16. *D. de religios. & sumt. fun. l.* 9. *D. rem pup. solv. l.* 72. 77. §. 20. *D. de legat.* 2. *l.* 25. §. 16. *D. de hered. pet. l.* 101. *D. de legat.* 3. *l.* 22. *D. de usu & usufr. legat. l.* 3. §. 11. *D. de mun. & honor. l.* 3. *D. de ann. legat. l.* 112. §. *ult. D. de verb. oblig. l.* 4. §. 1. *l.* 5. *D. de mun. & honor. l.* 35. *D. de negot. gest. l.* 8. *C. de decur. l.* 6. *C. ad SC. Vellei l. ult. C. de alim. pup. præst.*

PATRIA potestas. Jus potestatis, quod cives Romani habent in liberos, quos ex justis nuptiis procreaverunt §. 2. *Inst. de patr. potest.* Ea in pietate debet, non in atrocitate consistere *l.* 5. *D. ad Leg. Pomp. de parric.* Eadem dicitur etiam *patrium* jus in *l.* 132. *pr. D. de verb. oblig. & l. un. C. de emendand. proping.* Cic. *Philipp.* 2. *c.* 18. Eumque non modo tua familiaritate, sed etiam congressione *patrio* jure & potestate prohiberet.

PATROCINARI. Indignus est, cui hæc exceptio patrocinetur, id est prosit *l.* 2. §. 8. *D. si quis caut.* & ita *patrocinari* accipitur in *l.* 24. §. 9. *D. de fideic. libert. l.* 24. *C. Th. de jud.* Dum mulier substituto patrocinatur *l.* 12. *D. de mort. causs. don.*

PATROCINIUM pro advocatione. Si ita sunt litteris eruditi, ut patrocinia desiderantibus præstare possint *l.* 2. *C. de postul.* Add. *l.* 6. §. 1. *C. eod. tit. l.* 21. *C. Th. Iustral. conlat.*

PATRONA. Diversa erant ex lege Papia *Patroni Patronæve* circa bonorum possessionem jura, quum paria utriusque ex Lege XII. Tabularum essent. *Patronæ* ex bonis libertorum illud jus tantum habent, quod lex XII. Tab. introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ, duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id juris dedit, quod patronus habet ex edicto Ulpian. *Tit.* 29. §. 6. Add. Hein. *Commentar. ad Leg. jul. & Pap. Popp. lib.* 2. *c.* 22. §. 7. Hein.

PATRONATUS curiarum. Vid. sub art. *patronatus.*

PATRONUS. *Patronos* primum dixerunt Romani*, auctore Zonara *in Romulo Annal. Tom.* 2. *p.* 6. & Hesychio in *voc.* Πατρονος, της ηγεμονικης, και βοηθικης, qui & Προστατης a Græcis nominantur. Sic in Legibus XII Tabularum, adnotante Servio ad Virgil. *Æneid. VI. v.* 96. ad verba *Et fraus innexa clienti. Patronus*, ait, si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Hi autem cum clientibus sæpe in jure juvarent, causas pro iis agerent, hinc

Patronus causarum, sive Advocatus dicitur, *qui pro altero præsenti defensionem in judicio præstat, causam legitimæ deducendo secundum jura.* Differt a Procuratore 1. quod Advocati munus est publicum, multis privilegiis gaudens *l.* 4. *c. de Adv. divers. jud.* virum juris peritum exigens *l.* 2. *Cod. hoc tit.* at Procuratoris munus magis privatum est, & onerosum *l.* 23. *C. de Decurion.* 2. Advocatus pro præsenti postulat, Procurator nomine absentis agit, & fit dominus litis *c.* 1. *de Procurator. in* 6. 3. Procurator causam male agens actione mandati tenetur *l.* 10. *c. de Procur.* Advocatus vero de prævaricatione tenetur *l.* 1. *c. de Advoc. div. jud.* Advocati alii publici sunt *c. de Advocat. fisci.* aut jurati, vel ordinarii *l.* 1. §. 4. *D. hoc tit.* Advocare possunt, qui jure non prohibentur *l.* 43. *D. de Proc.*

Jure civili prohibentur pro se, & aliis advocare heretici non tolerati *l. fin. c. hoc tit.* Minores 27 annis *l.* 1. §. 3. *D. hoc tit.* surdi, servi, mulieres *l.* 1. 32. *D. de leg. jur. l.* 1. §. 5. *D. hoc tit.* cæci, & imperiti *l.* 1. §. 6. *D. hoc tit. l.* 4. *c. h.* qui licentiati, aut Doctores non sint, maxime in Italia, Germania, Gallia. Alii ut fiscus *l.* 3. *c. ne fisc. vel Reip. Procur.* Vassallus adversus directum Dominum 2. *feud.* 33. potentiores *tot. tit. ne liceat potentior.* Jure Canonico advocare prohibentur excommunicati *c.* 8. *de sent. excom. in* 6. Regulares, nisi in causa cœnobii sui *c.* 2. *hoc tit.* Sacerdotes *c.* 1. *& fin.* nisi certis casibus a jure statutis *c.* 9. *de cleric. vel Monach.* qui sine justa causa pauperi patrocinium recusavit *l.* 1. *c. hoc tit.* & qui fraude, & malis artibus utuntur *l.* 3. *C. hoc tit.*

Advocati de quota litis pacisci nequeunt ante finitam litem *l.* 5. *C. hoc tit.* Modestiam, fidelitatem, & veritatem servare tenentur *l.* 38. §. 8. *D. de pœn.* alienas lites emere, aut redimere non possunt *l.* 22. *& seq. C. mandat.* At liquidæ actiones Advocatis vendi possunt *l.* 23. *D. de hered. & action. vend. l.* 3. 9. *C. eod.* Causas justas suscipere debent juxta legis naturalis præceptum *Segovia cap.* 26. *n.*° 90. in dubiis opinionibus piæ causæ favere debent *l. Adv. DD. & Glos. C. de Ad-*

vocat. d
nus egre
epist. 12.
ribus In
Valentin
Novell.
risconsult
dotes *de*
inter De
rat *lib.* 2
noster Ad
2. S. Ber
advocatun
ger. Roma
rem Adv
Longobard
lissm. in
ti fuere
Galliæ,
30. ex A
leg. juvisp
Advocato
neris libr
ob summa
nati esse d
fecto Advo
manos fue
269. Eorun
tor. Dn. G
Patronus
quem Philo
de vit. Sop
μετα γλωττ
tilius in Ep
advocatum
veniat pro
mitem thes
largitionum
Procuratore
pud præfec
mus institui
Dio Cass.
Hadr. c. 20
Sunt & p
& l. 22. *C.*
9. *C. Theod*
Novell. Val
nomen freq
currit *patro*
moratur cu
46. *C. Th.*

vocat. diverſ. jud. Advocati munus egregium eſt *Caſſiod. l.2. Var. epiſt.* 12. Omnibus dignis honoribus Imperatores Theodoſius, & Valentinian. eos eſſe judicant. *Novell. de poſtul.* Ulpianus Juriſconſultos appellat juris Sacerdotes *de juſt. & jure.* S. Cirillus inter Deos indigitatos commemorat *lib.* 2. *Claphir. f.* 1. Salvator noſter Advocatus appellatur. *Joan.* 2. S. Bernardus Moyſem fidelem advocatum nominat *Epiſt. ad Suger.* Romani Carolum Imperatorem Advocatum contra Reges Longobardos inſtituerunt. *Ongoliſm. in vita Caroli* M. Advocati fuere pauperum *Chron. MS. Galliæ, & Italiæ.* Inter Divos 30. ex Advocatis numerantur *elog. juriſperit. in Dodic.* Legata Advocato Bibliotheca omnis generis libri legati intelliguntur ob ſummam ſcientiam, qua ornati eſſe debent. *Cabrera in perfecto Advocato.* Quanti apud Romanos fuerint. *Hiſt. Rom. fol.* 269. Eorum elogia *in Dodic. per tot.* Dn. GIRON.

Patronus vel advocatus fiſci, quem Philoſtratus in Cyrino *lib.*2. *de vit. Sophiſt. n.*29. την τε ταμειε γλωτταν, linguam fiſci, Baſilius *in Epiſt.* συνηγορον τε ταμειε, *advocatum* fiſci vocant, qui interveniat pro fiſco in aula apud Comitem theſaurorum, vel ſacrarum largitionum in Provinciis apud Procuratorem Cæſaris, in urbe apud præfectum ærarii. Hunc primus inſtituit Hadrianus, ut refert Dio Caſſ. *lib.* 53. & Spartian. *in Hadr. c.* 20.

Sunt & *patroni* corporum *l.*2. & *l.* 22. *C. Th. de piſtor. & l.* 9. *C. Theod. de focar. & pecuar. Novell. Valentin. de Sicar.* quod nomen frequenter in lapidibus occurrit *patroni, clientis.* Etiam memoratur curiarum *patronatus* in *l.* 46. *C. Th. de curſ. publ.* Urbis Vulſinienſium Principales, qui tamen *Patronorum* adepti fuerint dignitatem *l.* 61. *C. Theod. de decur.* Nempe tum principales, tum alii, qui maxime grati Curiæ, meritis in rempublicam, veluti annonæ curatione acceſſiſſent *pro prærogativa laborum, atque officiorum*, ut hæc lex diſerte ait, hac patronorum dignitate honorari ſo-, elbantcujusmagna prærogativa fuit, ſin quid m etiam, ut ex a lio ordine, alii quoque ad honorarium hunc curiarum *patronatum* adſpirarent, quod docet *d. l.*46. *C. Theod. de curſ. publ.* Jac. Gothofr. in *Comment. ad d. l.* 61. *C. Th. de dec.*

Patroni in *l.* 1. *C. Theod. de ſalgam. hoſpit. non præb.* Dominos prædiorum interpretatur Jac. Gothofr.

PATRUELIS. *Amitini*, ut Non. Marcell. ait, ſunt fratrum maris & feminæ filii. *Patrueles* marium fratrum filii. Conſobrini ex duabus editi ſororibus, quaſi conſororini. Vetus Gloſſarium: *Patrueles* ſunt filii fratrum germanorum. Vet. Gloſſar. græcum: *Patrueles fratres* εκ πατρων δυω αδελφων προελθοντες παιδες, *Patruelesſorores* εξαδελφαι εκ πατρων. *Patrueles fratres* ex duobus patribus, qui fratres invicem ſunt, nati filii. *Patrueles ſorores* conſobrinæex patribus. Gaius *in Collat. Leg. Moſ. & Rom.* Fratres *patrueles*, id eſt, qui ex duobus fratribus generati ſunt, quos plerique etiam conſobrinos vocant. Sciendum eſt autem, patrueles adpellari tum fratres quam ſorores. *Fratres patrueles*, *ſorores patrueles*, id eſt, qui quæve ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi conſororini *l.* 1. §. *ult. D. de grad. & adfin.* Quarto gradu ſunt & illi, qui vocantur *fratres patrueles*, item *ſorores patrueles*, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ. Hi autem ſunt,

qui ex fratribus vel sororibus nascuntur. Quod quidam ita distinxerunt, ut eos quidem, qui ex fratribus nati sunt *fratres patrueles*, item eas, quæ ex sororibus natæ sunt, *sorores patrueles*, ex fratre autem & sorore, amitinos, amitinas, eos vero & eas, qui quæve ex sororibus nati natæve sunt, consobrinos consobrinas, quasi consororinos *l. uls.* §.4. *D. eod. tit.* Quarto gradu ex obliquo *frater patruelis*, *soror patrueiis*, id est, patrui filius filia. Consobrinus consobrina, id est, avunculi & materteræ filius filia. Amitinus, amitina, id est, amitæ filius filia. Itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Paul. *lib.* 5. *Sent. tit.* 11. Eos, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie *fratres patrueles* vocari: Si autem ex duobus fratribus filiæ nascantur, *sorores patrueles* adpellari §.4. *Inst. de grad. cognat.* Et ita intellige *fratres patrueles* in *l.* 26. *D. de SC. Silan.* & apud Cic. *lib.* 1. *de finib. c.* 5. Vellei. *Paterc. lib.* 2. *c.* 9. Nam censura Metellorum *patruelium* non germanorum fratrum fuit. Suet. *in Jul. c.* 29. C. Marcello, qui fratri Patrueli suo Marco in consulatu successerat. D. Ambros. *lib.* 8. *epist.* 66. Quum lex divina etiam *patrueles fratres* prohibeat convenire in conjugalem copulam, qui sibi quarto sociantur gradu.

PATRUUS est patris frater *l.* 2. *D. de suis & legit. her. l. ult.* §. 3. *D. de grad. & adfin. l.* 5. *D. und. legit.* Paull. *lib.* 4. *Sent. tit.* 11. § 4. *Inst. de grad. cognat.* Vetus Glossar. Græcum: *Patruus ο προς πατρος θειος, εδε ελληνιστι, πατρωος.*

Patruus magnus, avi paterni frater *l.* 1. §. 7. *l. ult.* §.15. *v. patruus D. de grad. & adfin.* Paul. *lib.* 4. *Sent. tit.* 11. §. 4. *Inst. de grad. cognat.* Et ita in *l.* 1. *C. de succes. edict.* & apud Spart. *in Hadr.* patruum magnum accipe. Proavi nostri frater idem patris vel matris *patruus magnus*, nobis *Patruus major* est *l. ult.* §.15. *D. de grad. & adfin. l.* 38. §.4. *D. de legat.* 3. *l.* 1. §. *ult. D. de conjung. cum emanc.* Qui & *propatruus* a Caio in *l.* 1. §. *ult. D. de grad. & adfin.* & a Paullo *lib.* 4. *Sent. tit.* 11. ut & a Justiniano §.5. *Inst. de grad. cognat.* vocatur. Festus *Major patruus*, *avi & aviæ patruus.*

Patruus maximus est abavi frater *l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* qui & *abpatruus* dicitur in *l.* 3. *D. eod. tit.* & a Paullo *ibid.* & a Justiniano §. 6. *Inst. de grad. cognat.* Superiora autem omnia illa nomina valde corrupta sunt apud Isidorum *lib.* 9. *orig. c.*7. ea autem, uti subiere, restituenda sunt. *Patrui mei pater mihi patruus magnus est, ego illi, filii fratris filius aut filia. Patrui* mei avus mihi *Propatruus* est, ego illi, filii aut filiæ nepos aut neptis. *Patrui* mei proavus mihi ab patruus est, ego illi nepotis filius aut filia.

PAVIMENTA & tectoria facere *l.* 7. § 3. *D. de usufr.*

PAULLATIM, id est, per partes. Possessionem, quam *paullatim* locaverat *l.* 41. *D. de jur. fisc. Paullatim* venditore de eo, quod petierat, detrahente *l.* 8. *C. de contrab. emt.*

Paullatim alias est tractu & successu temporis §. 3. *Inst. de testam. l.* 11. & 13. *D. de leg.* 3.

PAULLIANA ea actio adpellatur, per quam, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur *l.* 38. §. 4. *D. de usur.* Theophilus etiam in §. 6. *Inst. de action.* ait, creditoribus bona debitoris ex sententia præsidis possidentibus ad ea, quæ in fraudem & circumscriptionem eorum alienata

nata sunt, revocanda, in rem actionem dari, quæ *Paulliana* appellatur.

PAULLIANI a Paullo Samosateno exorti sunt, qui dixit, non semper fuisse Christum, sed a Maria sumsisse initium *c. 39. caus. 24. quæst. 3.*

PAULLUS *Julius*, vid. art. *Julius.*

Paullus Virginius Jurisconsultus. Ejus sit mentio in *l. 2. §. 40. D. de orig. jur.*

PAUPERIOR fieri dicitur, qui deminuit quid de facultatibus suis, ut loquitur *l. 5. §. 16. D. de don. int. vir. & ux.* Proinde *pauperiorem* fieri, & *locupletiorem* adversantur.

PAUPERIES verbum est XII Tabularum *damnum sine injuria facientis datum* significans, secundum Ulpiani interpretationem in *l. 1. §. 3. D. si quadr. paup. fec.* quam & Justinianus transcripsit in *pr. Inst. eod. tit.* Festus *lib. 14. Pauperiem* damnum esse, definit, quod quadrupes fecit. Itaque Caper in *lib. de orthographia p. 2243. ed. Putschii*: Paupertatem a *pauperie* eo separat, quod paupertas ipsa sit conditio, *pauperies* vero damnum. Vetus Glossar. Græcum: *η δίκη κακουργίας γινομένη ζώοις επι των αλόγων, οιον ίππω, και των ομοίων.* Pauperiem autem sine injuria esse dicitur, quod bestiæ omni ratione destituantur, sicque involuntarie agunt, injuriamque inferre omnino non possunt. Quod porro a quadrupede damnum datum dicitur: Has non ex pedum numero Romani æstimabant, sed ex eo, quod gregatim pascerentur §. 1. *Inst. ad Leg. Aquil.* atque ita bestiæ vox plerumque his jungitur: Curatius loqui volentes jumenta quadrupedum nomine venire credunt. Vid. Bynkersh. *de reb. manc. & nec mancip. VI. p. 119. seq.* Plane pauperiem tum demum factam ajebant Jurisconsulti, si quadrupes non provocata, sed proprio motu, tamen contra naturam damnum dederit *pr. Inst. l. 1. §. 4. D. si quadrup. paup.* Si enim ab aliquo esset provocata, non pauperiei actio noxalis locum habebat, sed in solidum adversus provocantem agi poterat ex lege Aquillia *l. 1. §. 4. D. si quadrup. paup.* Si secundum naturam generis sui feralem bestia nocuisset, dabatur quidem utilis actio de pauperie, quæ & locum habet, quando animal non quadrupes damnum dedit *l. 4. D. si quadrup. paup.* Si secundum naturam nec feralem animal damnum dedit, veluti gramina depascendo, competebat actio in factum *de pastu pecorum l. 14. §. ult. D. de præscr. verb.* quæ & ipsa, ut de pauperie actio, noxalis fuisse videtur Paull. *lib. 1. Sent. tit. 15. §. 1.* Sin dominus immiserat bestiam, actioni ex lege Aquillia locus erat *l. ult. C. ad Leg. Aquil.* Denique qui verrem, aprum, canem juxta viam, ubi iter fit, habet, is ei, qui damnum æstimabile inde sensit, in duplum, vel, si liber homo occisus, in ducentos solidos, sin eidem nocitum, in id, quod arbitratur judex, tenetur ex edicto Ædilitio §. 1. *Inst. si quadr. paup. l. 42. D. de ædil. edict.*

PAUPERTAS. Nonnulli propter paupertatem accusare prohibentur, ut sunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent *l. 10. D. de accus.* Unde adparet, *pauperes*, quod ad accusationem perferendam attinet, haberi eos, qui minus quam quinquaginta aureos in bonis habent. Cui conveniens est, quod Constantin. Harmenop. *lib. 1. Epist. tit. 6.* scribit: *Paupertas* dat excusationem, si quis imparem se oneri injuncto possit probare *l. 7. D. de excusat.*

Paupertas pro patrimonio, vel hereditate in *l.* 78. §. 12. *D. ad SC. Trebell.* ubi tamen Haloander legit *hereditatis.* At retineri potest vocabulum *paupertas.* Testatores enim, aliique possessores extenuandi caussa patrimonium vocabant variis nominibus, veluti peculium ὑποκοριστικως, id est, deminutive, ut ait Ulpianus *l.* 16. *pr. D. ad SC. Trebell.* item *frivola* pro suppellectile *l.* 11. §. 5. *D. de pign. act.* Vid. Bynkersh. *lib.* 6. *obs. c.* 25. Hein.

Pax: hanc vocem a *pacisci* derivat Ulpian. *l.* 1. *D. de pact.* Pactum, inquit, a pactione dicitur. Inde etiam *pacis* nomen adpellatum est. Plura de hoc vocabulo ejusque ετυμολογια invenies apud Menag. *in Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 316. & Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p.* 465. Hein.

Pax l. 4. *C. Th. de hæret.* hæresibus opponitur.

Peccare est contra leges agere in §. 4. *Inst. de SC. Tert.* Peccare in corpus, αμαρτησαι εις το εαυτε σωμα. Justinian. *Novell.* 115. *c.* 3. §. 11. Phrasis ex D. Paullo sumta 1. *Corinth.* 6. ο δε πορνευων εις το ιδιον σωμα αμαρτανει. Scortator in proprium corpus peccat.

Peccata nocentium nota esse & oportere, & expedire *l.* 18. *pr. D. de injur.*

Pectinatus. Lana legata, sive succida, sive loca sit, sive *pectinata*, sive versicoloria legato cedit Paul. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 82.

Pectus. Augusti pectoris curas participantes *l.* 3. *C. Th. de metat.*

Peculator est, ut ait Ascon. Pedian. *in* 2. *Verrin.* qui furtum fecit pecuniæ publicæ. Tacit. *lib.* 1. *histor. c.* 53. Mox compertum pecuniam publicam avertisse, ut *peculatorem* flagitari juffit.

Peculatus, *us* est publicæ pecuniæ vel sacræ furtum, non ab eo factum, cujus periculo fuit *l.* 9. §. 1. *D. ad Leg. jul. pecul.* Itaque qui pecuniam publicam, sacram, religiosamve abstulerit, vel interceperit, in remve suam verterit, & qui prædam ab hostibus captam surripuerit, lege julia peculatus tenetur *l.* 1. 3. 14 *D. eod. tit.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* A pecore *peculatum* furtum publicum, & quum quid esset coactum in publicum, si erat aversum. Auctor *Rhetor. ad Herenn. lib.* 1. *c.* 12. Si quis *peculatus* accusetur, quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustuliisse, possit dicere, quum definitione sit usus, quid sit furtum, quid *peculatus*, secum furti agi, non peculatus oportere. B. Augustin. Tract. 1. *in Johann. c.* 12. Peculatus, ait, dicitur furtum de re publica, & non sic judicatur furtum rei privatæ, sicuti publicæ. Fest. *lib.* 14. *Peculatus* dicitur a pecore. Qui enim Populum fraudat, *peculatus* pœna tenetur. Idem *Peculatus* est nunc quidem qualecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa. Et rursus: *Peculatus* furtum publicum dici cœptum est a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis esse cœpit, siquidem ante æs, aut argentum signatum ob delicta pœna gravissima erat duarum ovium, & triginta boum. Isidor. *lib.* 5. *c.* 26. Peculatus judicium in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, publicamque pecuniam intervertunt. Qui vero plus debito tributorum nomine exegerit, *peculatus* non tenetur *l.* 2. *C. ex quib. causs. infam. Peculatus* damnatus intelligi non potest, qui quum plus debito nomine debitorum exegisset, in duplum a Præside condemnatus est.

Pe-

PECULIARE dicitur, quidquid in peculio aut ex peculio est. Sic *peculiare* debitum *l. ult. D. de novat.* mancipium *l. 4. §. 1. in fin. D. de his, qui not. inf.* negotium *l. 4. §. 17. D. de dol. mal. & met. except.* nomen *l. 3. §. 5. D. de in rem verſ.* quod nemo filiusfamilias, vel servus numis peculiaribus, vel alia re peculiari fecit. Alias *peculiari* nomine fieri dicitur, quod in cauſſam peculii fit, & ut in peculium vertatur *l. 16. §. ult. D. de liberal. cauſſ.* Si servus tuus *peculiari* nomine emat rem *l. 2. §. 10. D. pro emt.* id est, ex cauſſa peculiari *l. 44. §. ult. D. de uſucap.* Si *peculiari* nomine crediderit *l. 32. D. de ſolut. Peculiare* vinum *l. 9. §. ult. D. de trit. vin. ol. Peculiaris* creditor *l. 18. §. 5. D. famil. erciſc.* merx *l. 27. D. de pecul.* obligatio *l. 16. D. de novat.* servus *l. 3. §. 7. D. de ſuis & legit.*

PECULIARITER, id est, peculiari cauſſa, vel peculiari nomine. Si servus merces *peculiariter* emerit *l. 1. §. 4. D. de except. rei vend.* Ita *peculiariter* negotiari *l. 2. D. de tribut. act.* mutuari *l. 3. §. 1. D. de in rem verſ.* res parare *l. 3. §. 12. D. de adquir. poſſeſſ.* tenere *l. 1. §. 5. D. eod. tit.* nanciſci *l. 8. pr. D. de uſucap.* adquirere *l. 1. §. ult. D. de adquir. poſſeſſ.*

Alias *peculiariter* est pecuniariter. Actio ad exhibendum ei creditur competere, cujus peculiariter intereſt *l. 13. D. ad exh.*

PECULIARIUS pro *peculiaris l. 4. 5. D. de pecul. l. 4. §. 34. D. de dol. mal. & met. exc.* Terminationem Græco more infleſam in hoc vocabulo non minus ferendam esse, quam illa *ſingularius* apud Gell. *lib. 7. cap. 9. intercalarius* apud Aſcon. Pædian. *in Milon. argum. pupilliarius* apud Perſ. *Sat. 2. v. 19. vulgarius* apud Gell. *lib. 12. c. 10.* & denique *articularius* apud Caton. *de re ruſt. c. 158.* & Plin. *Hiſt. nat. præf. lib. 23.* oſtenderunt Bynkersh. *lib. 1. obſ. c. 25.* & Ducker. *de Lat. vet. Iſtor. p. 372.* Hein.

PECULIATUS peculio inſtructus *l. 13. §. 4. D. de act. emt. l. 18. §. ult. D. de Ædil. edict.* Cic. *lib. 10. ad Fam. Epiſt. 32.* Trajecit seſe in regnum Bogudis plane belle *peculiatus.* Apulei. *de Aſin. aur. lib. 10. p. 247.* Liberto acceptiſſimo, & satis *peculiato.* Ambroſ. *lib. 3. epiſt. 11.* Quis autem *peculiatus* ad vitam æternam tranſit, niſi virtutum fultus peculio? Auguſtin. *Comment. in Pſ. 38. peculioſum* dixit. Huic contrarius est *expeculiatus*, quo verbo Plautus *Pœnul. Act. 4. Sc. 2. v. 22.* utitur.

PECULIUM est puſilla pecunia, quam servus vel filius familias a rationibus Dominicis vel paternis separatam habet *l. 5. §. 3. & 4. D. de pecul. l. 37. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* Vetus Gloſſar. Græcum, *peculium*, κτησις τε εν αλλοτριᾳ εξουσια οντος, τετεστιν υιε ἡ δουλε, *patrimonium ejus, qui in aliena poteſtate eſt, ut puta filii familias vel ſervi.* Apud Iſidorum quoque *lib. 5. c. 25.* Peculium esse traditur, quod pater vel Dominus filium ſuum vel servum pro ſuo jure tractare patitur. *Peculium* igitur eorum dumtaxat est, qui in aliena poteſtate sunt, pater enim familias *peculium* habere non poteſt, quemadmodum nec servus bona *l. 128. D. de verb. ſignif.* Quod ex juſta cauſſa corporaliter a servo tenetur, id in servi *peculio* est, & *peculium*, quod servus civiliter quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter ſienet, dominus creditur poſſidere, quod vero ex maleficiis adprehenditur, id ad domini poſſeſſionem ideo non pertinet, quia

nec *peculii* cauſſam adprehendit *l.* 24. *D. de adquir. poſſ.* Add. Varron. *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 2. & quæ ad peculium ſervorum pertinent *l.* 47. §. 5. *D. de pecul.* Juven. *Sat.* 3. *v.* 189.

Quum vero uxores quoque olim in manum convenirent, adeoque in poteſtate eſſent maritorum, illis quoque erat *peculium*, quod ſeparatim habebant a rationibus virorum. Adludit ad jus illud Plaut. *Caſinar. Act.* 2. *ſc.* 2. *v.* 26. Ita eſt, unde ea tibi eſt? Nam peculii probam nihil habere addecet clam virum, & quod habet partum, ei haud commodum eſt, quin aut viro ſubtraxerit, aut ſtupro invenerit. Hoc viri cenſeo eſſe, quidquid tuum eſt. *Hein.*

Interdum autem pater dominuſve liberam *peculii adminiſtrationem* filio ſervove concedebat, ceu docent *l.* 7. *D. de donat. l.* 46. *D. de pecul. l.* 28. §. 1. *D. de pact.* Enimvero, cui libera *peculii adminiſtratio* conceſſa erat novandi, in dotem dandi, non item donandi jus habebat *l.* 24. *D. de jur. dot. l.* 7. *D. de donat. l.* 28. §. *ult. D. de pact.* Cui *peculii adminiſtratio* data eſt, delegare debitum ſuum poteſt *l.* 48. §. *ult. D. de pecul.* Add. *l. ult. D. de novat.* Libera autem *peculii adminiſtratio* conceſſa non permanebat in fugitivo, neque in ſubrepto *l.* 48. *D. de pecul.* Liberorum peculia poſt mortem patris in hereditate dividenda, in communionem redigenda *l.* 13. *D. famil. erciſc.* Horum ſane antiquiſſimis temporibus una eademque fuit natura, at poſtea cœpit eorum eſſe differentia, quo *peculium* vel *militare* eſt, vel *paganum*, quorum illud in militia vel ſagata vel togata eſt partum, adeoque *caſtrenſe* eſt, vel *quaſi caſtrenſe*. Paganum vero vel *profectitium*, quale omne olim peculium habebatur, vel *adventitium*. *Peculium caſtrenſe* eſt, quod occaſione militiæ ſagatæ filius adquirit *l.* 11. *D. de caſtr. pecul. l.* 1. *C. eod.* Nam & ſi mulier filio viro militi ad caſtrenſes militareſve res comparandas pecuniam reliquerit, ea *peculio caſtrenſi* adnumerabitur, & hereditas quoque a commilitone in caſtris, vel eo, quem per militiam cognovit, relicta, in eumdem numerum cedit *l.* 3. 5. 19. *D. de caſtrenſ. pecul.* Sed & quod pater materve filio in militiam profecturo donat, *peculio caſtrenſi* adgregatur *l.* 23. §. 4. *D. de fideicom. libert. l.* 3. §. 4. *D. de don. int. vir. & ux.* Enim vero res demum mobiles, vel ſe moventes a patre filio in militiam proficiſcenti datæ, in *peculio caſtrenſi* computantur. Diverſa cauſſa eſt prædiorum *l.* 4. *C. famil. erciſc.* Sed nec eodem loco habetur, quod pater filio militi reverſo donat *l.* 15. *D. de caſtrenſ. pecul.* At ne *caſtrenſis* quidem *peculii* fiet, quod non per militiam notæ perſonæ filio familias ita donaverint, ut caſtrenſis peculii fiat, propterea quod veritas non ſubeſt *l.* 6. 8. *D. eod. tit.* Filii familias poſſunt habere ſubſtantias, quæ patribus adquiri vetitæ ſunt, nec non *peculium* vel *caſtrenſe*, vel quod patre volente poſſident *l.* 7. *C. qui bon. ced.* Hujuſmodi *peculium caſtrenſe* a Juvenal. *Sat.* 16. *v.* 51. Solis præterea teſtandi militibus jus Vivo patre datur, nam, quæ ſunt parta labore Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus, omne tenet cujus regimen pater.

Quaſi Caſtrenſe peculium eſt, quod filiis familias in palatina, vel togata militia verſantibus, vel clericis factis, quæſitum eſt, ab eo, quod ad exemplum caſtrenſis peculii ſimilitudinem quamdam introductum eſt, dictum *l.* 1. §. 22. *D. de collat. bon. l.* 3. §. 5. *D. de bon.*

bon. poſſeſſ. l. ult. C. de inoff. teſtam. l. 38. *C. de Epiſc. & cler.* quod & *veluti caſtrenſe* adpellatur in *l.* 7. *C. de adſeſſor. l.* 4. *l.* 8. *C. de advocat. diverſ. jud. l.* 1. §. 6. *D. ad SC. Trebell. l. ult. C. de collat.* Vetus Gloſſarium *peculium quaſi caſtrenſe* interpretatur το εξ οικειας επιθυμιας πεκουλιον. Huicque adſcribitur quod quis in forenſi militia, immo per omnes artes liberales, vel per officium publicum, vel liberalitate principis vel Auguſtæ adquirit *l.* 14. *C. de advoc. diverſ. judic. l. ult. C. de inoff. teſt. l.* 7. *C. de bon. quæ lib.*

Profectitium peculium, quale olim omne fuit, eſt quod vel ex re patris profectum eſt, vel filio contemplatione patris obvenit §. 1. *Inſt. per quas perſonas cuiq. adqu. Adventitium*, quod ex alia cauſſa ad filium familias pervenit paganica. In illo pater dominium, filius familias adminiſtrationem, & ſpem eo potiundi habet *l.* 1. §. 4 *D. de min. l.* 31. §. 2. *D. de donat.* In hoc ordinarie dominium penes filium, uſusfructus & adminiſtratio penes patrem eſt §. 1. *Inſt. eod.* qui & filium emancipans dimidium uſumfructum retinet §. 2. *Inſt. eod.*

Dixi ordinarie. Datur enim *peculium adventitium extraordinarium*, cujus & dominium & uſusfructus penes filium eſt, quo pertinet, (1) quod liberis ea lege relinquitur, vel donatur, ne uſusfructus ad patrem perveniat *Nov.* 117. *c.* 1. (2) hereditas renuente patre adita *l. ult. pr.* §. 1. *C. de bon. quæ lib.* (3) bona, in quæ filius una cum patre ſucceſſit *Nov.* 118. *cap.* 1. (4) bona, in quibus ex fideicommiſſo reſtituendis pater doloſe verſatus eſt *l.* 50. *D. ad SC. Trebell.* & ſi qui alii ſunt ejuſcemodi caſus.

Actio *de peculio l.* 1. §. 1. & *l.* 2. *D. quand. de pecul. act. annal. l.* 30. §. 1. *D. de pact. l.* 41. *D. de dol. mal.* Quæ & *in peculium* quandoque adpellatur *l.* 30. §. 1. *D. de pact. l.* 41. *D de pecul. l.* 9. §. 4. *D. de dol. mal.* Et ita *condictio in peculium l.* 19. *D. de condict. furt. In peculium* actio *l.* 27. *D. de pecul.* vel perſequutio *l.* 41. *D. de furt.* De *peculio* actio introducta a Prætore, ut quamvis ſine voluntate domini negotium geſtum fuerit a ſervo, etiam ſi non ſit in rem ejus verſum, id tamen eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur §. 4. *Inſt. quod cum eo, què in al. poteſt.* Actiones *de peculio* ideo adverſus patrem dominumve comparavit prætor, quia licet ex contractu filiorum ſervorumve ipſo jure non teneantur, æquum tamen eſt, *peculio tenus*, quod patrimonium eſt filiorum filiarumque, item ſervorum, condemnari eos §. 10. *Inſt. de action.* Unam autem eamdemque fuiſſe actionem de *peculio*, & *de in rem verſo*, quæ duas haberet condemnationes, tradit Juſtinian. in §. 4. *Inſt. quod cum eo.* Sane principaliter nullæ de peculio actiones inſtituebantur, ſed acceſſionis adjectionisve loco aliis legitimis, ac vulgaribus actionibus, quæ ex negotio cum ſervis geſto oriebantur, accedebant, & qualitas condemnationis moderandæ cauſſæ aliis actionibus adjungitur, verbi gratia, redhibitoria *de peculio*, de dolo *de peculio*, condictio furtiva *de peculio*. Si ſervus ſit, qui vendidit, vel filius familias, in dominum vel patrem *de peculio* ædilitia actio competit *l.* 23. §. 4. *D. de Ædil. edict.* Si ſervus vel filius vendiderit, *redhibitoria in peculium* competit *l.* 57. *D. eod. tit.* De dolo actionem ſervi nomine interdum *de peculio* interdum

no-

noxalem dari. Nam etsi ea res est, in quam dolus commissus est, ex qua de *peculio* daretur actio, & nunc in *peculio* dandam, sin vero ea sit, ex qua noxalis, hoc quoque noxale furtum *l.* 9. §. 4. *D. de dol. mal.* Ex persona filiæ, quæ res amovit, dandam in patrem condictionem in *peculium l.* 19. *D. de condict. furt.* Hactenus de *peculio* eorum, qui sub aliena potestate sunt.

Peculii vero adpellatio Latine loquentibus latius patet. Nam & generaliter pro facultatibus usurpatur, ac vel ipsorum patrumfamilias bona peculii adpellatione continentur. Ulpianus etiam idem juris esse ait, si quis patrimonium suum fuerit rogatus, & si facultates, & si, quidquid habeo, & si censum meum, & si fortunas meas, & si substantiam meam, & si *peculium* meum testator dixerit, quia plerique ὑποκορισικῶς patrimonium suum *peculium* dicunt *l.* 16. *D. ad SC. Trebell.* Servius ad ea verba Virgilii *Eclog.* 1. *v.* 33. nec cura peculi. *Peculi*, ait, aut antique dixit, quia omne patrimonium apud majores *peculium* dicebatur a pecoribus, in quibus universa constabat eorum substantia, unde etiam pecunia dicta a *peculio*. Aut certe, & hoc ad morsum temporum pertinet. Nam modo tantum servi *peculium* dicimus, ut invidiose patrimonium suum dixerit *peculium*, ac si servus esset, quia se diu apud Mantuam servisse memoravit. Plutarch. in *Poplicola p.* 103. *Tom.* 1. *op.* Διο καὶ τας ψηφους αρχὰς νυν απο των προβατων πεκυλια καλουσι. Propterea facultates etiamnum a pecudibus *peculia* adpellant. Festus: *peculium* servorum a pecore item dictum, sicut & pecunia nobilium

Peculii verbo utitur etiam Apuleius *lib.* 3. *de Asin. aur.* & *lib.* 10.

Est & alia *peculii* significatio quæ a Celso traditur in *l.* 79. §. 1. *D. de legat.* 3. his verbis: Proculus ait, audivisse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine *peculio* fragilem esse, *peculium* adpellantes, quod præsidii causa seponeretur.

Alia rursus significatio occurrit in *l.* 9. §. 3. *D. de jur. dot. l.* 31. §. 1. *D. de donat.* ubi παραφερνη mulierum Gallis *peculium*, dici traditur, Gallis nempe cisalpinis. Add. Menag. *Amœn. jur. c.* 3. *p.* 7. *Peculii* tamen vocabulum ea notione non fuisse videtur Gallicum, quod visum Dionys. Gothofredo, sed latinum, & quidem propriissime inditum a *pecude*, quam parentes nupturæ filiæ ultra dotem dedisse videntur in Gallia cisalpina, provincia admodum compascua. Quin mansisse iste mos videtur in illo Italiæ tractu, etiam sub Gothis, & postea sub Langobardis, quorum in legibus ejusmodi παραφερνη vocatur *Faderfium*, id est, *Vater Vieh*, *pecus paterna*, describiturque, quantum de alio dono, quando ad maritum ambulavit, pater aut frater ei dedit. *Leg. Langobard. lib.* 2. *tit.* 14. Vid. Gundling. *dissert. de exemt. uxor. c.* 2. §. 12. Hein.

PECUNIÆ nomine non solum numerata *pecunia*, sed omnes res tam soli, quam mobiles, & tam corpora quam jura continentur *l.* 178. & 222. *D. de verb. sign.* Justinianus quoque in *l.* 2. *C. de constit. pecun.* Neminem, ait, moveat, quod sub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus, quum & in libris antiquis prudentium licet *constituta pecunia* nominabatur, tamen non *pecuniæ* tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quæ pondere, numero, mensura constitutæ erant. Et post: Ita res omnes veniant in constitutam actionem, tamquam si fuisset ipsa *pecunia* constituta, quum

quum etiam *pecuniæ* adpellatione omnes res significari definiant. *Pecuniæ* tamen adpellationem angustiorem esse, quam rei, ait Paullus in *l.* 5. *D. de verb. signif.* rei enim adpellatio etiam ea, quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continet, quum *pecuniæ* significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. D. Augustin. in *lib. de disciplin. Christianor.* Tertium, ait, quidquid homines possident in terra, omnia, quorum domini sunt, *pecunia* vocatur, servus sit, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum est, *pecunia* dicitur. Et ideo *pecunia*, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus ponebant. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Pecus ab eo quod perpascat, a quo *pecunia* universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus. Donat. *in Phorm. Terent. Act.* 2. *sc.* 3. ad hæc verba: *Ac si talentum vem reliquisset decem.* More, ait, Romanorum, apud quos hereditas *pecuniæ* erat. Et ita in XII Tabul. *pecuniæ* verbum non solum *numeratam* pecuniam, verum omnia corpora complectebatur. Sic & de *pecunia* sua testari, id est, de bonis *l.* 77. §. 24. *D. de legat.* 2. Eodem sensu in *l.* 5. §. 9. *D. de veb. eor. qui sub tut. & in l. ult.* §. 2. *C. de sent. puss. & restitut.* accipitur. In stipulatione quoque hereditatis hæc verba: *Quanta pecunia ad te ex hereditate L. Titii pervenerit*, omnia hereditaria corpora & jura complectuntur *l.* 50. *D. de verb. oblig. l.* 36. *D. de pecul. l.* 20. §. 1. *D. de stipul. serv. l.* 97. *D. de verb. signif.* Sane ita accipe in eo Legis Juliæ capite, quod ab Ulpiano refertur in *l.* 64. §. *ult. D. solut. matrim.* verba hæc: Quod ait lex *Quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato*, ostendit æstimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem præstare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit.

Est, quum in augustum revocatur *pecuniæ* nomen, ut ea tantum contineat, quæ pondere, numero, & mensura constant, veluti in hac scriptura, qua legatorum dies profertur, *quas pecunias legavi, quibus dies adpositus non est l.* 19. *&* 30. *D. de leg.* 1.

Plerumque vero pecuniæ adpellatio strictius accipitur, & *numos* tantum comprehendit. Ipsius *pecuniæ*, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, fœnerandi usus vix diuturnus *l.* 20. *C. de administr. tut.* Pecunia signata *l.* 19. *pr. D. de aur. arg. leg. Pecunias* nulli emere fas est, nec vetitas contrectare, quia in usu publico constitutas pretium oportet esse, non mercem *l.* 1. *C. Th. si qui pecun. conflav.* in quo toto titulo nihil aliud, quam numos significat *pecunia*, quo sensu ipsi etiam auro & argento opponitur apud Æl. Lampr. in *Alex. Severo c* 33. ubi scenicis, inquit, numquam aurum, numquam argentum, vix pecuniam donavit.

Interdum autem *pecuniæ* verbum numeratæ adjicitur. Mutui dationem non solum numeratæ *pecuniæ*, verum omnium, quæ mutua dari possunt *l.* 7. §. 3. *D. de SC. Maced. Pecuniæ* non numeratæ exceptio. Vid. supra sub *numerata pecun.*

Pecunia pro pretio rerum. Si non magnæ pecuniæ res fuerint *l.* 4. §. 1. *D. de incend. ruin. naufr.*

Pecunia pro mercede locationis operarum. Quum servus fructuarius operas suas locasset, & eo nomine pecuniam in annos singulos dari stipulatus esset *l.* 18. §. *ult. D. de stipul. serv.* Et ita intelligitur pecunia in *l.* 5. §. 2. *D. de præscr. verb. l.* 1. §. *ult. D. mand. l.* 7. §. 3. *D. solut. matr.*

Pecu-

Pecunia constituta, fœnebris, otiosa, nautica, trajectitia. Pecuniam agitare, exercere, occupare. Vid. suis locis.

PECUNIARIE agi *l.*10. §. 2. *D. de compensat.* vel pecuniariter *l. ult. D. de priv. delict.*

Pecuniaria actio *l* 9. *D. de sepulcr. viol.* adpellatio *l.* 2. *C. de procur.* causa *l. 9. pr. D. de offic. proconsul. l.*22. *D. de SC. Sil.* ubi *pecuniaria* causa significat causam bonorum fisco vindicandorum, ut sit causa fiscalis *pecuniaria*, ut ait *l.*9. *C. de offic. proconsul. l.*9. *D. de quæst. l.* 9. §. *ult. D. de Leg. Cornel. de falsf. l.*3. *C. si reus vel accusat.* id est, civilis. Proinde *pecuniaria* causa, & *capitalis* opponuntur *l.*1. *D. an per alium causf. adpell.* Compensationes, quæ ad pecuniariam causam respiciunt *l.*15. §. 1. *D. solut. matrim.* ubi *morum coercitio* opponitur *pecuniariæ* causæ. In *pecuniariis* causis, si alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus est Paul. *lib.*1. *Sent. tit.*1. nec inopia probationum servos contra dominum interrogari posse *l.* 1. *C. de quæstion. Pecuniaria* coercitio *l.* 2. *D. de publ. jud.* condemnatio *l. 6.* §.1. *D. de re judic.* disceptatio *l.* 4. *C. de patr. pot.* dos *l.* 56. §. *ult. D. de jur. dot.* lis *l.*11. *C. ad Leg. Cornel. de falsf.* mulcta *l.*3. *D. de term. mot. l.* 3. §.1. *D. de re milit.* pœna *l.* 4. *D. de custod. exhib. reor. l. 9. D. de religios.* res *l.9. C. de quæst. l.*61. §. *ult. D. de judic. l. ult.* §. *ult. D. ad SC. Turp. l.*1. *D. an per al. causf. adpell. l.*37. *D. de fideic. libert.* sententia *l.*1. §. *ult. D. de quæst.*

Pecuniarium fideicommissum adpellatur, quo res quælibet extra libertatem per fideicommissum relicta est. Atque ita fideicommissæ libertatis præstationi opponitur *l.* 24. *in pr. &* §. 4. *l.*26. *l.* 39. *& l.*45. §.1. *D. de fideicommiss. libert.* Interdum *pecuniarium* fideicommissum adpellatur, quo res singulæ per fideicommissum relinquuntur *l.*14. §. *ult. D. ad SC. Treb.*

Pecuniarium nomen nomini corporis alicujus opponitur *l.* 8. *D. de pign. act.*

PECUS, *udis*, & *oris*. Pecoribus legatis Cassius scripsit quadrupedes contineri, quæ gregatim pascuntur *l.* 65. §. *ult. D. de legat.* 3. Ulpianus ad hæc ædicti Ædilitii verba: De cetero quoque pecore omni. Aliud significant jumenta, aliud significatur *pecoris* adpellatione. Boves utique pecoris adpellatione continebuntur *l.* 38. §.4. & 6. *D. de ædil. edict.* Non tamen perpetuum esse illud *jumentorum* & *pecoris* discrimen, præter alios locos, vel sola *leg.* 9. *C. Theod. de re milit.* ostenderit. Ibi enim equi, qui *in princ.* legis *jumenta*, mox generali adpellatione *animalia*, & *sub fin. pecora* vocantur. Add. Dion. Gothofred. *ad d. l* 38. *D. de Ædil. edict. lit. i.* Si *pecoris* usus relictus est, puta gregis, ovilis, ad stercorandum usurum dumtaxat *leg.* 12. §. 2. *D. de usu & habit.* Qui *pecus* alienum in agro suo deprehenderit, non jure id includit *l.*39. *D. ad Leg. Aquil.* Quamvis alienum pecus in agro suo deprehendisset, sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset. *ibid. Pecoris* ad aquam adpulsus *l.* 14. §. *ult. D. de alim. & cibar. leg. l.*1. *D. de servit. præd. rust.*

Pecora prædiis imponere, id est, *stercorare*, inter impensas uriles in dotem factas, habetur *l.*14 §. 1. *D. de impens. in res dot. fact.* Id intelligendum de more ruri apud nos usitatissimo, oves gregatim includendi cratibus, ut noctem ibi agentes alvumque egerentes

tes fimo agrum pingue faciant, pastoribus interim in plaustello pernoctantibus. Quod reste jam animadvertit Jo. Brodæus *Miscellan.* x. 15. *Hein.*

Pecudum nomine in lege Aquilia continentur omnes quadrupedes, quæ gregatim habentur, veluti oves, boves, equi, muli, asini, sues. Canis vero inter *pecudes* non est, longeque magis bestiæ eo numero non sunt *l.* 2. & 29. §. 6. *D. ad leg. Aquill.* licet alibi grex ovium a bobus, & equis discernatur *l.* 12. §. 2. 3. & 4. *D. de usu & hab.*

PEDAMENTA sunt pali vitibus sulciendis sustinendisque caussa parati in *l.* 1. §. *ult. D. de tign. junct. l.* 3. §. 1. & 6. §. *ult. D. servit. præd. rust. l.* 10. *D. de usufr.* Græci πεφακας vocant.

PEDANEUS adpellatur judex datus & delegatus, seu specialis, quasi imi subsellii judex *l.* 3. §. 1. *D. ne quis eum, qui in jus voc. l.* 4. *D. de tut. dot.* juncta *l. ult. C. de offic. præst.* A Theophilo *pr. Inst. de interd.* παιδικασης adpellatur. Anianus ad Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 28. §. 1. *Pedanei*, ait, judices, id est, qui ex delegatione caussas audiunt.

In Constitutionibus vero Imperatorum, qui humiliora negotia disceptabant, judices, de levibusque & minimis quibusque caussis cognoscebant, pedanei vocantur *l.* 4. §. *ult. C. de pedan. judic. l. pen. C. de pact. l.* 2. *C. de libert. & eor. lib. l.* 11. *C. de fals. l.* 13. *C. de judic. l. ult. C. ubi & apud quos.*

PEDE *plana* in *l.* 7. *C. de metat. & l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* sunt pars illa ædificii solo proxima, quæ pede plano aditur. Græci vocant επιπεδα. Simili sensu *plani pedis ædificium* dixit Vitruv.

PEDES equiti adversatur *l.* 12. *D. de serv. præd. rust.*

PEDESTRE iter *l.* 1. §. 14. *D. de flumin.*

PEDICULI. Eorum fit mentio *l.* 32. *D. de aur. arg. legat. Pediculis* argenteis adjuncta figilla ænea. Pancirolo *lib.* 1. *var. c.* 44. *pediculi* sunt bases argenteæ, figilla statuæ æneæ cubitales, vel palmares. Sed quis statuas æneas imponeret basibus argenteis? Hinc *pediculis* argenteis Bynkersh. *obs. lib.* 4. *c.* 23. legit *reticulis* argenteis, quæ ad mundum muliebrem pertinuerunt. Res incerta est, & de qua præter conjecturas vix quidquam proferas. *Hein.*

PEDISSEQUUS, qui dominum sequitur *l.* 65. *pr. D. de legat.* 2. *l.* 17. *D. de alim. & cib. legat.* Sed & *pedissequas* ancillas memorat *l.* 59. *D. de manum. testam.* & Terent. *Andr. Act.* 1. *sc.* 1.

PEDIUS *Sextus* Jurisconsultus. Vid. *Sextus.*

PEDULES *fasciæ*, pedum tegmina, quæ tamen usum calceamentorum non præstant. Unde vesti cedere eas, quod partem corporis vestiant, ait Ulpianus *l.* 25. § 4. *D. de aur. arg. leg.*

PEGASIANUM SC. Pegaso & Pusione Coss Vespasiani Augusti temporibus factum §. 5. & 6. *Inst. de fideic. hered.* Cujus tria capita sunt, *unum*, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque lege Falcidia ex legatis retinere concedebatur. *Alterum*, quo ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquerentur, eadem retentio permissa erat. *Tertium* & quidem præcipuum erat, quo cavetur, ut si recusaret scriptus heres adire hereditatem, ob id, quod diceret, sibi suspectam esse quasi damnosam, desiderante eo, cui restituere rogatus erat, jussu prætoris adire, & restituere hereditatem co-

cogeretur, perindeque ei, & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac si ex Trebelliano SC. restituta fuisset. Et Trebelliano quidem SCo locus erat, si non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres restituere rogatus esset, quo casu ei, & in eum, qui hereditatem recipiebat, tamquam in heredem ex eo SC. actiones hereditariæ pro rata parte transibant. *Pegasiano* vero locus erat, si plus quam dodrantem, vel etiam plusquam totam hereditatem restituere rogatus esset, ac quarta retenta, si hereditatem restituisset, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur. Verum Justinianus hoc SCo exploso, totam ejus vim in SCum Trebellianum transtulit. Quæ omnia ex Ulpian. *tit.* 26. & Paull. *lib.*4. *Sent. tit.* 4. Justiniani *Inst. tit. de fideic. hered.* & *l.* 2. §. 6. *C. de vet. jur. enucl.* sumsit Brisson.

PEGASUS Jurisconsultus Proculo successit, qui temporibus Vespasiani præfectus urbi fuit *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Hanc ejus præfecturam urbis attingit Juvenal. *Sat* 4. *v.* 77. his verbis: Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi. Villicum enim vocat, quasi urbis custodem, nec tamen quasi urbis, sed quasi villæ, fundive villicum dixit, propterea quod incendio magna ex parte absumta fuerat sub Nerone. Ad quem versum vetus interpres. *Pegasus*, inquit, Trierarchi filius, ex cujus Liburnæ paraesemo nomen accepit, juris studio gloriam memoriæ meruit, ut liber vulgo, non homo diceretur. Hic functus omni honore, quum provinciis plurimis præfuisset, urbis curam administravit. Hinc est *Pegasianum*, scilicet jus, quod juris peritus fuerat.

At quum Pomponius in *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Pegasum præfectura urbis functum scribat sub Vespasiano, Juvenalis vero testimonium ad Domitiani tempora pertinet, Pegasum bis præfectum urbi fuisse oportet. Ceterum & de ejus consulatu testem habemus Justinianum §. 5. *Inst. de fideic. hered.* Hein.

Pegasus autem, quod Proculejanus esset, merito Proculo sociatur in *l.* 7. *de senator. l.* 30. *D. de pec. l.* 18. *D. de neg. gest. l.* 27. *D. de adquir. rer. dom.* Labeoni etiam consentit in *l.* 12. §. 3 *D. de instr. vel instr. leg.* & *l.* 95. §. 7. *D. de solut. & liber.* ut & Nervæ filio *l.* 2. §. *ult. D. de his, qui not. inf. l.* 6. §. 4. *D. de pecul.* A Proculo tamen dissentit in specie *l.* 11. §. *ult. D. de jurisd.* Ibidemque Cassio, licet diversæ scholæ auctori, assentitur, ut & *in l.* 12. §. 2. *D. de usufr.* Sabinus quoque & *Pegasus* in eadem sunt sententia in *l.* 4. *D. de condict. ob turp. causs.* contra dissident in *l.* 115. *D. de verb. oblig. Pegasi* quoque sententiam Julianus sequitur *l.* 25. §. *ult. D. de usufr.* Discordant *Pegasus* & Aristo *l.*19. *D. de hered. inst.* citatur a Pomponio *Pegasus l.* 22. §. 1. *D. de legat.* 3.

PEGMA, *tis*, substructio est, in theatris maxime usitata. *Pegmatum* fit mentio in *l.*12. §.25. *D. de instr. vel instr. legat.* in qua Ulpianus ait, in emtione domus specularia & *pegmata* cedere, sive in ædificio sint posita, sive ad tempus detracta. Unde adparet, non in theatris modo, sed & in ædificiis privatis *pegmata* habita.

PELAGIANI a Pelagio Monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinæ gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda jussa divina *c.*39. *causs.* 24. *quæst.* 3.

Pel-

PELLICEM Massurius scribit apud antiquos eam habitam, quæ quum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine amicam, paullo honestiore concubinam vocari. Granius vero Flaccus *pellicem* nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat, quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Græci vocant *l.* 144. *D. de verb. sign.* Secundum illam Granii definitionem Gell. *lib.* 4. *c.* 3. Pellicem adpellatam probrosamque habitam, quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii caussa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus: *Pellex* aram Junonis ne tangito. Si tangit, Junoni crinibus dimissis agnum feminam cædito. *Pellex* autem quasi παλλαξ, id est, quasi παλλακὴν, (id est, concubina) uti pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est. Sex. Pomp. *Pellices* nunc quidem adpellantur alienis incumbentes non solum feminæ, sed etiam mares. Antiqui eam proprie *pellicem* nominabant, quæ uxorem habenti nubebat. Add. Ægid. Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 39. & Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 156. *seq.*

PELLIONES memorantur in *l.* 6. *D. de jur. immun. & l.* 2. *C. de excus. artif.*

PELLIS: *Pelles* Babylonicæ & Parthicæ *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* Parthicæ autem pelles non aliæ sunt, quam Ibericæ, vel Sibericæ. Vid. Isaac. Voss. *in not. in Catull. p.* 190. *Hein. Pelles* indutoriæ apud Paull. *lib.* 3. *tit.* 6. §. 79. de quibus *l.* 25. §. 3. *D. de aur. arg. legat. Pelles* lanatæ in *l.* 70. §. 1. *D. de legat.* 3. Ut *pelles* teutoriæ ad tabernacula & teutoria paratæ apud Trebell. Pollion. in *Claud. c.* 14. de quibus *l.* 7. *D. de supellect. legat.* accipienda est. Solebant enim antiquitus sub pellibus milites degere. Q. Curt. *lib.* 7. *c.* 8. Sæpe pellibus tabernaculi allevatis, ut conspiceret hostium ignes. Ammian. Marcellin. *lib.* 19. *cap.* 6. Sub pellibus, quæ exercitu diffuso, ait, per Istri fluminis margines barbaros observabat.

PENARIA cella. Vid. *pennaria.*

PENATES pro domo. Qui sine commeatu aliquo annum in propriis penatibus transegerint *l. ult. C. de commeat.* Et eo significatu accipiuntur penates in *l.* 2. *C. de exhib. & transmitt. reis.*

PENDERE, secunda producta, dicitur quod in suspenso est. Quod *pendet* non est pro eo, quasi sit *l.* 169. §. *ult. D. de regul. jur.* Dum *pendet*, an convalescere possit testator donator *l.* 16. *D. de mort. caus. don.* Ita *pendere* dicitur actio *l.* 9. *D. de negot. gest.* actus *l. ult. D. commun. præd.* conditio *l.* 12. §. *ult. D. de usufr.* patris intentio *l.* 14. *D. de inoff. test.* jus matris *l.* 2. *D. ad SC. Trebell.* legis Falcidiæ ratio, vel caussa *l.* 51. *D. ad Leg. Falcid. l.* 31. *D. eod. tit.* mutui datio *l.* 8. *D. de reb. cred.* patria potestas Ulp. *tit.* 10. §. 4. status pupillorum *l.* 3. §. 5. *D. de Carbon. edict.* traditio *l.* 11. §. 7. *D. de don. int. vir. & ux.*

In *pendenti* esse eodem significatu est in *l.* 62. *&* 82. *D. ad leg. falcid. l.* 22. *D. de liber. leg. l. ult.* §. *ult. D. ad SC. Tertull. l.* 19. *D. de manum. vind. l.* 6. §. *ult. D. de tutel. l.* 12. §. *ult. l.* 25. §. 1. *D. de usufr. l.* 20. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 16. §. 5. *D. de fidejuss. & mand. l.* 80. *D. de jur. dot. l.* 18. *&* 21. *l.* 26. *D. de stipul. serv. l.* 28. §. *ult. D. de solution. l.* 106. *D. de verb. oblig.*

l. 1

l. 15. *D. de usuc. vel usurp. l.* 43. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* Si in *pendenti* habeamus dominia *l.* 29. §. *ult. D. de castr. pecul.* Neque est, quod quemquam hæc offendat loquutio, quum & *in certo*, *in occulto*, *in obscuro*, *in dubio*, *in integro est* inveniatur apud bonæ Latinitatis auctores. Vid. Ducker. *de Latin. Vet. Ictor. p.* 389. *seq. Hein.*

Pendere etiam dicitur, quod necdum finem accepit, nec terminatum est. Sic *pendere* dicuntur appellatio *l.* 31. §. 1. *D. de adpell. & passim* caussa adpellationis *l. ult.* §. *ult. D. de adpell.* tempus adpellationis *l.* 5. *C. si reus vel accus.* probatio *l.* 3. & 4. *C. si pend. adpell.* caussa *l.* 2. *C. ut lit. pend.* controversia *l.* 1. *C. de alien. pup. præst.* judicium *l.* 61. §. 1. *ult. D. de furt.* lis *l.* 2. *C. de litigios. & rubr. C. ut lit. pend. Sub.* Sub consultationis ambiguo jugi expectatione pendere *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* Sic & opera dicuntur pendere, quum cœpta non absolvuntur *l.* 29. *C. Th. de op. publ.*

Pendere etiam dicitur, quod aliunde proficiscitur, manet, sustinetur. Sic *pendere* dicuntur actiones quædam ex bonis defuncti *l.* 66. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* conditiones ex famosis caussis *l.* 36. *D. de oblig. & act.* libertas ex conditione *leg.* 16. §. 4. *D. qui & a quib. man.* vel ex morte *l.* 18. *D. de manum. test.* ex jurisdictione quæstio *l.* 88. *D. de solut.* stipulationes ex negotio *l.* 5. *D. de verb. oblig.* æs alienum ex quæstu *l.* 12. *D. pro soc.* lucrum ex societate *l.* 38. *D. eod. tit.* actus ex tutela *l. ult.* §. *ult. D. de dol. mal. except.* Testamentorum jura non ex alieno arbitrio pendere debent *l.* 12. *pr. D. de her. inst.*

Pendere quoque id dicitur, quod nondum existit, & cujus eventus expectatur, veluti conditio *l.* 12. §. *ult. D. de usufr. l.* 16. *D. de condict. indeb.* dies *l.* 10. *D. de adsign. libert.* novatio *l.* 60. §. 1. *D. de cond. ind.*

Pendere etiam fructus dicuntur, qui solo cohærent, ut adparet ex *l.* 61. §. 8. *D. de furt. l. ult.* §. 6. *D. quæ in fraud. credit.* & ex Paullo 3. *sent.* 6. §. 46. Fructus *pendentes* pars fundi videntur *l.* 44. *D. de rei vind. Pendens* oliva dicitur in *l.* 39. §. 10. *D. de contr. emt. Pendens* vindemia nondum lecta in *l.* 25. *D. de act. emt.*

Pendere etiam dicebantur edicta, quæ proponebantur. Lamprid. in *Alex. c.* 45. Tacebantur secreta bellorum, itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum *penderet* ante menses duos. Auson. in *Gratiar. act.* Has ergo litteras tuas in omnibus pilis, atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti *pendere* mandavero. Et quod est apud Euseb. *lib.* 8. *hist. eccles. c.* 5. προτεθηναι γραφην, Ruffinus *edicta pendere* vertit.

PENDERE, secunda correpta, significat solvere & præstare. Sic *pendere* pœnas *l.* 20. *D. de oblig. & act.* Festus, *pendere* pœnas, solvere significat, ab eo, quod ære gravi cum uterentur Romani, *penso* eo, non numerato debitum solvebant. Unde etiam pensiones dictæ. Pœnas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur. Sic *pendere* sumtus *l.* 52. §. 15. *D. pro soc.* tributum *l.* 24. *D. de præscr. verb.* usuras *l.* 37. *D. de usur. & passim.*

Pendere, metaphorice, pro trutinare. Sic penso consilio fecit *l.* 3. §. 2. *D. de admin. & pertut.*

PENES te amplius est, quam apud te. Nam apud te est, quod quo-

qualitercumque a te tenetur, *penes* te est, quod quodammodo a te possidetur *l.* 63. *D. de verb. signif.* Si hæ *penes* te sunt tabulæ *l.* 1. *D. de tab. exhib.* Si pecunia *penes* argentarios sit *l.* 15. §. 11. *D. de re judic.* Tutores, qui negant, habere ad alendos pupillos *penes* se aliquid *l.* 7. §. 8. *D. de admin. & per. tutor.* Add. *l.* 7. §. 10. *D. eod. tit.* Is penes quem depositum *l.* 5. §. 2. *D. commod. l.* 29. *pr. D. depos. l.* 3. §. 5. *D. de legit. tut.* relictum est *l.* 5. §. 14. *D. commod.* tutela *penes* patronos est *l.* 3. §. 5. *D. de legit. tut.*

PENETRALIA regalis aulæ *l.* 12. *C. Theod. de medic. & profess.*

PENSARE pro compensare *l.* 33. *D. solut. matr. Pensare* lucrum cum damno *l.* 11. *D. de negot. gest.* creditum cum pretio *l.* 4. *D. qui pot. in pign.* fructus mercedis nomine *l.* 35. §. *ult. D. locat.* Et ita pensare accipitur in *l.* 18. *D. de pign. act. l.* 13. §. 2. *D. de pign.*

Pensare alias est ponderare, trutinare. Sic res, quæ numero, pondere, & mensura constant, a Cajo *Inst. lib.* 2. *tit.* 9. §. 1. detributuntur, quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo damus. Metaphorice vero est expendere, examinare. Ita *pensare* partium allegationes *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* dicta hominum ex personis *l. un. C. si quis Imp. maled.* Hor. *lib.* 2. *Epist.* 1. *v.* 29. Romani pensantur eadem Scriptores trutina.

PENSATIO pro compensatione *l.* 39. *D. solut. matrim. l.* 67. §. 3. & §. 4. *D. de legat.* 2. *l.* 18. *D. commod. l.* 52. §. 2. *D. famil. ercisc. l.* 8. §. 2. *D. de negot. gest.*

PENSIO proprie est merces inhabitationis ædium alienarum, quæ Græce ἐνοίκιον dicitur. Sic *pensiones* ædium Suet. *in Claud. c.* 47. & *in Neron. c.* 44. insularum *l.* 55. *D. de cond. indeb.* ædificiorum *l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1. prædiorum urbanorum *l.* 7. §. 11. *D. solut. matr. l.* 35. *D. de usur.* Pensiones Kalendis Martiis inferri *l.* 58. *pr. D. de usufr.* Sed & agri fundive locati merces, quæ a colono præstatur, *pensio* appellatur *l.* 88. *D. de usufr. l.* 58. *D. de fidejuss. & alibi.*

Pensio alias præstationem, solutionemve certis temporibus, & portionibus divisam significat. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* vocabula enumerans ab ære impendendo derivata, inde *prima pensio & sic aut secunda, aut quæ alia terminos solvendi* vulgo vocamus. Stichus annua, bima, trima die, denos aureos heredi si dederit, liber esse jussus est, si prima *pensione* stetit per heredem, quo minus acciperet decem, expectandam esse primam pensionem, quia & tempus adjectum est, & adhuc supersunt duæ pensiones *l.* 3. §. 13. *D. de statu lib.* ibidemque *primam, sequentem* & *tertiam pensionem* observare licet. Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, triginta forte dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adjectum æquis *pensionibus l.* 3. *D. de ann. legat.* Si ita sit legatum: Heres meus Titio decem trima die dato, utrum pensionibus, an vero post triennium debeatur *l.* 3. §. 5. *D. eod. tit.* Lex Falcidia si interveniat, in omnibus pensionibus locum habet *l.* 47. *D. ad leg. falcid. Pensiones* vectigalium *l.* 10. §. *ult. D. de publ.*

Pensiones trientes pro trientario fœnore dixit Lampr. *in Alexand. c.* 26. Colum. *de re rust. lib.* 10. *in præf.* Fœnoris tui, Sylvine, quod stipulanti tibi spoponderam, reliquam pensiunculam percipe.

Alia hujus vocis significatio est

l. 15. *D. de usuc. vel usurp. l.* 43. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* Si in *pendenti* habeamus dominia *l.* 29. §. *ult. D. de castr. pecul.* Neque est, quod quemquam hæc offendat loquutio, quum & *in certo*, *in occulto*, *in obscuro*, *in dubio*, *in integro est* inveniatur apud bonæ Latinitatis auctores. Vid. Ducker. *de Latin. Vet. Ictor. p.* 389. *seq. Hein.*

Pendere etiam dicitur, quod necdum finem accepit, nec terminatum est. Sic *pendere* dicuntur appellatio *l.* 31. §. 1. *D. de adpell. & passim* caussa adpellationis *l. ult.* §. *ult. D. de adpell.* tempus adpellationis *l.* 5. *C. si reus vel accus.* probatio *l.* 3. & 4. *C. si pend. adpell.* caussa *l.* 2. *C. ut lit. pend.* controversia *l.* 1. *C. de alien. pup. præst.* judicium *l.* 61. §. 1. *ult. D. de furt.* lis *l.* 2. *C. de litigios. & rubr. C. ut lit. pend. Sub.* Sub consultationis ambiguo jugi expectatione pendere *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* Sic & opera dicuntur pendere, quum cœpta non absolvuntur *l.* 29. *C. Th. de op. publ.*

Pendere etiam dicitur, quod aliunde proficiscitur, manet, sustinetur. Sic *pendere* dicuntur actiones quædam ex bonis defuncti *l.* 66. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* conditiones ex famosis caussis *l.* 36. *D. de oblig. & act.* libertas ex conditione *leg.* 16. §. 4. *D. qui & a quib. man.* vel ex morte *l.* 18. *D. de manum. test.* ex jurisdictione quæstio *l.* 88. *D. de solut.* stipulationes ex negotio *l.* 5. *D. de verb. oblig.* æs alienum ex quæstu *l.* 12. *D. pro soc.* lucrum ex societate *l.* 38. *D. eod. tit.* actus ex tutela *l. ult.* §. *ult. D. de dol. mal. except.* Testamentorum jura non ex alieno arbitrio pendere debent *l.* 12. *pr. D. de her. inst.*

Pendere quoque id dicitur, quod nondum existit, & cujus eventus expectatur, veluti conditio *l.* 12. §. *ult. D. de usufr. l.* 16. *D. de condict. indeb.* dies *l.* 10. *D. de adsign. libert.* novatio *l.* 60. §. 1. *D. de cond. ind.*

Pendere etiam fructus dicuntur, qui solo cohærent, ut adparet ex *l.* 61. §. 8. *D. de furt. l. ult.* §. 6. *D. quæ in fraud. credit.* & ex Paullo 3. *sent.* 6. §. 46. Fructus *pendentes* pars fundi videntur *l.* 44. *D. de rei vind. Pendens* oliva dicitur in *l.* 39. §. 10. *D. de contr. emt. Pendens* vindemia nondum lecta in *l.* 25. *D. de act. emt.*

Pendere etiam dicebantur edicta, quæ proponebantur. Lamprid. in *Alex. c.* 45. Tacebantur secreta bellorum, itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum *penderet* ante menses duos. Auson. in *Gratiar. act.* Has ergo litteras tuas in omnibus pilis, atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti *pendere* mandavero. Et quod est apud Euseb. *lib.* 8. *hist. eccles. c.* 5. προτεθηναι γραφην, Ruffinus *edicta pendere* vertit.

PENDERE, secunda correpta, significat solvere & præstare. Sic *pendere* pœnas *l.* 20. *D. de oblig. & act.* Festus, *pendere* pœnas, solvere significat, ab eo, quod ære gravi cum uterentur Romani, *penso* eo, non numerato debitum solvebant. Unde etiam pensiones dictæ. Pœnas pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur. Sic *pendere* sumtus *l.* 52. §. 15. *D. pro soc.* tributum *l.* 24. *D. de præscr. verb.* usuras *l.* 37. *D. de usur. & passim.*

Pendere, metaphorice, pro trutinare. Sic penso consilio fecit *l.* 3. §. 2. *D. de admin. & pertut.*

PENES te amplius est, quam apud te. Nam apud te est, quod quo-

qualitercumque a te tenetur, *penes* te est, quod quodammodo a te possidetur *l.* 63. *D. de verb. signif.* Si hæ *penes* te sunt tabulæ *l.* 1. *D. de tab. exhib.* Si pecunia *penes* argentarios fit *l.* 15. §. 11. *D. de re judic.* Tutores, qui negant, habere ad alendos pupillos *penes* se aliquid *l.* 7. §. 8. *D. de admin. & per. tutor.* Add. *l.* 7. §. 10. *D. eod. tit.* Is penes quem depositum *l.* 5. §. 2. *D. commod. l.* 29. *pr. D. depos. l.* 3. §. 5. *D. de legit. tut.* relictum est *l.* 5. §. 14. *D. commod.* tutela *penes* patronos est *l.* 3. §. 5. *D. de legit. tut.*

PENETRALIA regalis aulæ *l.* 12. *C. Theod. de medic. & profess.*

PENSARE pro compensare *l.* 33. *D. solut. matr. Pensare* lucrum cum damno *l.* 11. *D. de negot. gest.* creditum cum pretio *l.* 4. *D. qui pot. in pign.* fructus mercedis nomine *l.* 35. §. *ult. D. locat.* Et ita pensare accipitur in *l.* 18. *D. de pign. act. l.* 13. §. 2. *D. de pign.*

Pensare alias est ponderare, trutinare. Sic res, quæ numero, pondere, & mensura constant, a Cajo *Inst. lib.* 2. *tit.* 9. §. 1. describuntur, quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo damus. Metaphorice vero est expendere, examinare. Ita *pensare* partium allegationes *l.* 55. *C. Theod. de adpell.* dicta hominum ex personis *l. un. C. si quis Imp. maled. Hor. lib.* 2. *Epist.* 1. *v.* 29. Romani pensantur eadem Scriptores trutina.

PENSATIO pro compensatione *l.* 39. *D. solut. matrim. l.* 67. §. 3. *& §.* 4. *D. de legat.* 2. *l.* 18. *D. commod. l.* 52. §. 2. *D. famil. ercisc. l.* 8. §. 2. *D. de negot. gest.*

PENSIO proprie est merces inhabitationis ædium alienarum, quæ Græce ἐνοίκιον dicitur. Sic *pensiones* ædium Suet. *in Claud. c.* 47. & *in Neron. c.* 44. insularum *l.* 55. *D. de cond. indeb.* ædificiorum *l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1. prædiorum urbanorum *l.* 7. §. 11. *D. solut. matr. l.* 35. *D. de usur.* Pensiones Kalendis Martiis inferri *l.* 58. *pr. D. de usufr.* Sed & agri fundive locati merces, quæ a colono præstatur, *pensio* appellatur *l.* 88. *D. de usufr. l.* 58. *D. de fidejuss. & alibi.*

Pensio alias præstationem, solutionemve certis temporibus, & portionibus divisam significat. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* vocabula enumerans ab ære impendendo derivata, inde *prima pensio & sic aut secunda, aut quæ alia terminos solvendi* vulgo vocamus. Stichus annua, bima, trima die, denos aureos heredi si dederit, liber esse jussus est, si prima *pensione* stetit per heredem, quo minus acciperet decem, expectandam esse primam pensionem, quia & tempus adjectum est, & adhuc supersunt duæ pensiones *l.* 3. §. 13. *D. de statu lib.* ibidemque *primam, sequentem* & *tertiam pensionem* observare licet. Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, triginta forte dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adjectum æquis *pensionibus l.* 3. *D. de ann. legat.* Si ita sit legatum: Heres meus Titio decem trima die dato, utrum pensionibus, an vero post triennium debeatur *l.* 3. §. 5. *D. eod. tit.* Lex Falcidia si interveniat, in omnibus pensionibus locum habet *l.* 47. *D. ad leg. falcid. Pensiones* vectigalium *l.* 10. §. *ult. D. de publ.*

Pensiones trientes pro trientario fœnore dixit Lampr. *in Alexand. c.* 26. Colum. *de re rust. lib.* 10. *in præf.* Fœnoris tui, Sylvine, quod stipulanti tibi spoponderam, reliquam pensiunculam percipe.

Alia hujus vocis significatio est

in *l.* 4. *C. Th. de canon. frum. urb. Rom.* ubi *pensiones aquæ* molarum, explicante Jac. Gothofredo, sunt moduli aquarum, quibus aqua expenditur, seu erogatur, & sic *expensiones*. Nimirum modulos hos aquæ a Principe, aut etiam annonæ Præfecto, ejusve officialibus privati vel petebant, vel proprio ausu per furtivos meatus, & ut loquitur *l.* 10. *C. de aquæd.* clandestinis insidiis, fontibus, & aquæductibus publicis surripiebant, ad irrigationes scilicet suorum agrorum, bonorumque delicias, ad balnea item & nymphæa, molasque privatas, prout fieri consueviſſe docent *l.* 10. *&* *l.* 4. 7. 8. 9. *C. Theod. eod. tit.* quæ & severe temerarios ejusmodi ausus, atque improbas petitiones inhibent, statutisque quinque librarum auri, aliisque pœnis plectunt.

PENSITARE usuras *l.* 5. *C. de pact. int. emt. & vend.* quod verbum etiam de tributorum collatione usurpatur *l.* 8. *C. de excus. mun. l.* 1. 7. 35. *C. Th. de annon. & trib. & alibi.*

PENSITANDA pro functionibus fiscalibus *l.* 6. *pr. Cod. Th. de patr. vic.*

PENSITATIO auri, quod negociatoribus indicitur *l.* 9. *C. Th. de lustr. conl.* ænei frumenti *l. un. Cod. Theod. de frum. Carthag.* publica *l.* 2. *&* 3. *C. Theod. & justin. sine cens. & reliq.* solemnis & canonica *leg.* 2. *C. de lucr. advoc.* fiscalis *l.* 12. *C. Th. de exact.* fiscalium *l.* 3. *C. de Episc. & cler. Pensitationis* necessitas *l.* 5. *C. Th. de lustr. conlat.* prærogativa *l.* 10. *C. de excus. mun.*

PENSITATIONEM recognoscere *l.* 1. *C. de palatin. sacr. larg.*

Pensitationem, (vel, ut in aliis legitur, *pensationem*) reliquisse testatorem per quadriennium *l.* 24. *D. de ann. leg.*

PENULA, genus vestis, itineris frigorisque caussa, & ad propulsandos imbres a Græcis primo inventum, post ad Romanos quoque translatum, cujus mentio aliquoties fit in *l.* 1. *C. Th. de habit. quo uti oport. intr. urb.* ubi varia de ea congessit Jac. Gothofr. *in Comment.* Add. Cujac. *lib.* 12. *obs. c.* 39.

PENURIA, ait Festus, *est id, quod pene minus est, quam necesse est:* Itaque pro quovis defectu & inopia sumitur. Sic quoties penuria est eorum, qui magistratum suscipiunt *l.* 11. §. 2. *D. de mun. & hon.* Penuria adversarii, id est, absentia adversarii in *l.* 27. §. 1. *D. de liberat. causs.*

PENUARIA cella *l.* 3. §. 8. *D. de pen. leg. Fest.* Penora dici, ait, res necessarias ad victum quotidianum, & locum earum *penarium*. Sit ne autem cella *penaria*, an *penuaria* scribendum? Vid. Cujac. *obs. lib.* 10. *c.* 26.

PENUS, *oris*, & *us* & *penum*, *i.* Hoc nomen omnibus generibus dicitur *l.* 4. §. 3. *D. de penu leg. l.* 2. *D. de tritic. vin. ol. leg.* Vid. hic Ducker. *de Lat. vet. Ictor. Penus* autem secundum Q. Mucium, cujus in hac re auctoritate Ulpianus in *l.* 3. *pr. D. de pen. leg.* & Gell. *lib.* 4. *c.* 1. utuntur, ea omnia continet, *quæ esui potuique sunt.* Cic. *lib.* 2. *de natur. Deor. c.* 27. *Penum esse omne, quo vescuntur homines*, definit. Penori itaque cedunt cibaria omnia, quæ paterfam. usus sui caussa ejusque familiæ, quam circa se & suos habet, paravit, & cibaria jumentorum, usibus ipsorum deservientia, & legumina, quæ in cella penuaria habentur, ligna quoque, & carbones *penus* parandi caussa, & thus & cerei in

in domesticum usum parati, & unguenta, & odores, & chartæ Epistolares, & vasa, sine quibus *penus* haberi non potest. & quæcumque alendi caussa bibuntur, & adpellatione continentur *l.* 3. & 5. *D. de pen. leg.* Unde penus alia *esculenta*, alia *poculenta* statuitur. *Esculenta* penu legata, non ea tantum, quæ esse, sed & per quæ esse solemus, continentur, nisi voluntas testatoris repugnet. *Poculenta* vero ea, quæ vini numero paterfamilias habuit.

PEPUZITÆ, Phrygum secta, a Pepuza, Phrygiæ quadam urbe sic dicti, quorum sit mentio in *l.* 5. *C. de heret. & l.* 59. *C. Th. eod. tit.* In *l.* 24. *pr. C. Th. de pagan.* vocantur.

PEPITÆ, alias etiam notioni vocabulo *Pepuziani.* Vid. de eorum hæresi August. *de hæres.* ad *Quod vult Deum. c.*27.

Sunt hi, qui & Quintiliani, & Priscilliani a Quintilla & Priscila, summis eorum prophetissis, vocantur, de quorum erroribus disputat Epiphan. *lib.* 2. *hæres.* 49. *Tom.* 1. *oper. p.*417. Add. Philastr. *de hæres. c.*49. *Hein.*

PER *judicem*, id est, judicis interventu, judice imminente, judice adito. Vid. art. *judex.*

Per aliquem factum esse dicitur, cujus dolo, culpa, vel mora quid factum est. Sic *per* magistratum factum videtur in edicto *ex quib. causs. major. in integr. restit.* si magistratus jus non dixit, vel per sordes, aut gratiam dixit *leg.* 26. §. 4. *D. ex quib. causs. major. Per* aliquem stetisse, vel factum, quo minus daret, videtur, si interpellatus non dederit, aut si rem debitam occiderit *l.* 23. *D. de verb. obl. l.* 5. *D. si cert. pet.* Vid. & *l.* 49. *D. de verb. oblig.* Hac stipulatione, *per te non fieri*, non hoc tantum significatur, nihil te facturum, quo minus facere possim, sed & curaturum te, ut facere possim *l.* 50. *D. de verb. oblig. Per* heredem autem, nisi pupillus sit, in ejusmodi stipulatione fieri videtur, quamvis absit, & ignoret, & ideo non faciat, quod fieri oportet *l.* 40. §. *pen. D. eod. tit.*

Per aliquem interdum significat alicujus opera, ministerio, corpore, facto. Vid. *l.* 1. §. 2. & 5. *D. de adquir. vel amitt. possess. l.*12. §.2. *D. de capt. & postl. l.* 3. *D. quod vi aut cl. l.* 9. §.4. *D. de adquir. rer. dom. l.*1. §. 12. *D. de vi & vi arm. l.*25. *D. de novat. l.* 1. §. 1. *D. de eo, per quem fact. l.*4. *D. de exerc. act.*

Per semet ipsum, id est, in ipsiusmet persona. Aut *per semetipsum* alicui fit injuria, aut *per* alias personas. *Per semet*, quum directo ipsi, cui patrifamilias vel matrisam. fit injuria *l.*1. §.3. *D. de injur. Per* filium vel uxorem, id est, in persona filia, uxoris *l.*18. §. *ult. D. eod. tit.*

Per se, id est, vi sua, natura & specie sua. Sic servitutes per se nusquam longo tempore capi possunt, cum ædificiis capi possunt *leg.* 10. §. 1. *D. de usurp. & usuc.* ubi *per se* est, a prædiis separatæ. Similia exempla vid. in *l.* 14. §. *ult. D. de rit. nupt.* §.8. *Inst. de excus. tut. l.*62. *D. pro soc. l.* 1. *pr. D. de aqu. & aqu. pluv. arc. l.* 1. §. 10. *D. de collat. l.*4. §.1. *D. de her. inst.*

Per quandoque valet *propter.* Si *per* aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat *l.*26. §. 3. *D. de cond. ind.* Adde *l.* 15. §.1. *D. eod. tit. Per* hoc recte tutorem esse *l.* 1. *Inst. qui test. tut.* ubi Theoph. διὸ τοῦτο.

Per se habere triginta librarum pondus dicitur substantia libertinorum in *l.* 9. *C. Theod. de pi-*

ſtor. & catabol. ubi *per ſe* idem eſt, ac in argento in ſpecie, non in ædificiis, atque agris, aut aliis ſpeciebus quibuſcumque, ut ipſa citata lex explicat.

Per publicum convenire, id eſt, in publico, ſeu publice *l.* 51. *&* 56. *C. Th. de her.*

PERÆQUATIO dicitur munus, ſive actus peræquatorum *l.* 5. *&* 6. *C. Juſt. & l.* 4. 5. 6. *&* 13. *C. Th. de cenſib.* eodem loquendi genere, quo munus inſpectorum adpellari ſolet inſpectio *l.* 11. *&* 14. *C. Th. eod. tit.*

PERÆQUATORES autem in *tit. C. de cenſib. & cenſ. & peræquator.* ſunt, qui tributa ex æquo inter cives partiuntur, & *modum cenſuum adponunt*, ſive conſtituunt *l.* 3. *C. eod. tit.* defectaque loca, quæ præſtationem ſuam implere non poſſunt, adæquant, ut, quid præſtare poſſunt, mera fide & integra veritate ſcribatur, id vero, quod impoſſibile eſt, e vaſariis publicis, (id eſt, libris cenſualibus) auferatur, ut loquitur *l.* 12. *C. Th. eod. tit.* Cujac. *ad rubr. C. de cenſib.* Peræquatores, inquit, & inſpectores ſunt, qui emendant cenſus, prælliis inſpectis, & adæquatis invicem, ut releventur, quibus gravius eſt onus adſcriptum, graventur, quæ ſunt cenſita levius, additque, idem pene munus eſſe *inſpectoris* & *peræquatoris*. Recte dicit *pene*. Nec enim prorſus confundendi ſunt, & alter alteri in totum exæquandus. Differunt autem cum ipſi inter ſe, tum ab utroque *cenſitor*. Hic enim erat, qui primus cenſus modum definiebat, poſt quem, & ad cum, ſi minus recte definitus erat, emendandum, *peræquatores* mittebantur & *inſpectores*. Et *peræquator* quidem quantitatem, ſeu modum cenſus æquabat, & ut æqualitas inter tributarios ſervaretur, proſpiciebat, *inſpector* vero qualitatem agrorum inſpiciebat, ſterileſque & infœcundos, vel re evabat, vel opimos poſſidentibus adjiciebat, ut qui, ſecundum *l.* 8. *C. Th. eod. tit.* per impotentiam, id eſt, violentiam, fundos opimos ac fertiles occuparant, cum quæſtuoſis uberibuſque pro rata portione ſuſciperent infœcundos, atque horum non minus nomine cenſum, & tributum fiſco præſtarent. Add. Jac. Gothofr. *in paratitl. ad d. tit. C. Th.*

PERÆQUE ex æquo, ſeu eodem modo, ſimiliter, ut in *l.* 9. *D. de juſt. & jur. l.* 1. *D. de his, qui ſui vel al. jur.* §. 1. *Inſt. eod. tit.* §. *pen. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l.* 1. *D. de adquir. rer. dom. l.* 3. *D. de injur. l.* 22. *D. de pign. act.*

PERAGERE, perficere, abſolvere, conſummare. Sic dicimus *peragere* factum *l.* 38. §. *ult. D. de pœn.* iter *l.* 4. *D. de vac. & excuſ. mun.* venditionem *l.* 12. *D. de reb. auct. jud. poſſid.* ſollemnitatem, vel ſollemnia *l.* 25. §. *ult. D. de adopt. l.* 44. *D. de manum. teſt.* munera *l* 6. *C. de decurion.* adminiſtrationem *l.* 8. *C. de adminiſtr. tut.* ſupremam conteſtationem *l.* 11. §. *ult. D. qui teſtam. fac.* teſtamentum *l.* 12. *D. de his, quæ ut indign.* litem *l.* 57. *D. de procur.* cauſſam *l.* 22. *D. de inoff. teſt.* ubi litem peragere, & obtinere, vincereque ſeparantur. Ordine edictorum *peracto l.* 75. *D. de judic.* Ante *peractum* diem *l.* 3. *D. de oper. lib. Peracto* quinquennio *l.* 35. *D. de uſu & uſufr.* Emtio conſenſu *peragitur*, id eſt abſolvitur *l.* 1. §. *ult. D. de contr. emt.*

Peragere reum accuſator dicitur, qui inſtitutam accuſationem uſque ad ſententiam exequitur, ſive victoriam de eo reportet, ſive reus criminis, quo poſtulatur, condem-

demnetur. *Peregisse* autem non aliquis videtur, nisi & condemnaverit *l.* 2. *D. ad leg. jul. de adult.* id est, nisi condemnationem adversus reum obtinuerit, ceu expositum est supra sub art. *condemnare*. Et contra *non peregisse* reos dicuntur, qui accusatione incepta usque ad sententiam non perstiterunt, aut ex quorum accusatione reus damnatus non est. Vid. *l.* 6. §. 2. *D. ad SC. Turp. l.* 16. *D. ad leg. jul. de adult.* In SCum Turpillianum incidunt, qui subjecti postulassent, nec peregissent *l.* 15. *pr. D. ad SC. Turp.* Tac. *lib.* 14. *Annal. c.* 21. Ceterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neque tamen *peractus* ob mortem opportunam.

PERCEPTIONEM fructus accipere debemus, non si perfecte collecti, sed etiam cœpti ita percipi, ut terra continere se fructus desierint, veluti si olivæ, uvæ lectæ, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum sit. Statim enim ipse accepisse fructum existimandus est *leg.* 78. *D. de rei vind. Perceptio* usufructus *l.* 27. §. 11. *D. ad leg. jul. de adult.*

Perceptio etiam *numorum* dicitur debiti solutio, & numeratio, id quod a debitore creditor recipit *l.* 15. §. 2. *D. quod vi, aut cl. l.* 32. *D. de pecul. l.* 7. §. *ult. D. quod falsi. tut. auct. l.* 3. §. 4. *D. de his, qui effud. l.* 36. *D. de fidejuss.*

Perceptio sua, & militibus debita pro annona, seu modo annonæ, quæ his debetur *l.* 6. *C. de erog. mil. annon.* quæ est *l.* 17. *C. Th. lib.* 7. *tit.* 4.

PERCIPERE debitum *leg.* 77. §. 21. *D. de legat.* 2. *l.* 22. *D. de pign. act. l.* 36. *D. de fidejuss.* operas *l. ult. C. de part. pign. & omn. causs.* litis æstimationem *l.* 63. *D. de rei vind.* mercedem *l.* 2. *D. de usu, & usufr. leg.* pensiones *l.* 1. §. *ult. D. de dot. præleg.* pecuniam *l.* 41. §. 7. *D. de legat.* 3. pretium *leg.* 12. §. 1. *D. de distr. pign.* usuras *l.* 26. §. 1. *D. quand. dies legat.*

Percipere etiam dicitur, qui quid ex testamento capit, & consequitur, ut fundi partem *l.* 13. *D. de legat.* 3. fideicommissum *l.* 49. *D. de legat.* 2. legatum *l.* 17. *D. de alim. & cib. leg.* quid legati nomine *l.* 21. *D. ad leg. falc.* alimenta *l.* 20. *D. de alim. & cib. leg.* cibaria, & vestiaria *l.* 4. *D. eod. tit.*

Percipere fructum est colligere, ut loquitur Paullus *lib.* 1. *sent. tit.* 13. §. 9. & *l.* 78. *D. de rei vind.* Is, ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos perceperit §. 36. *Inst. de rer. divis. Percepti* itaque fructus dicuntur, qui sunt collecti, & a solo separati, ut adparet ex *l.* 78. *D. de rei vind. l.* 12. §. *ult. D. de usufr. l.* 20. §. *ult. D. de usur.* Fructuarii non fiunt fructus, antequam ab eo *percipiantur*. Ad bonæ autem fidei possessionem pertinent, quoquo modo a fundo separati fuerint *l.* 25. §. 1. *D. de usur.* Fructus non sunt fructuarii, nisi ab eo *percipiantur*, licet ab alio terra separentur *l.* 12. §. *ult. D. de usufr.* Omnes fructus non jure soli, sed jure seminis percipiuntur *l.* 25. *D. de usur.*

PERCLUDERE. Antequam pensionis nomine percludantur *l.* 9. *D. in quib. causs. pign. vel hypoth.*

Percludebantur conductores, qui pensionem non solverant *d. l.* 9. At aliquando tamen non *percludebantur*, sed evulsis foribus, ablata tegula, obstructo puteo migrare cogebantur,

tur. Stob. *ſerm.* 1. Καταπερ και εξ οικιας (φησιν ο Βιων) εξοικιζομεθα, οτ αν το ενοικιται ο μισθωσας κ νομιζομενος την θυραν αφηλη, τον κεραμον αφελη, το φρεαρ εγκλειση. Conf. Merill. *obſerv. lib.* 3. *c.* 25. *Hein.*

PERCURRERE militiam, & legitimis ſtipendis determinare *l.* 24. *v. quicumque C. Th. de judæis, & cœlic.*

PERCUSSOR, qui aliquem per vim, aut cædem occidit, interfecitque *l.* 1. §. 28. *l.* 6. *D. de SC. Sil.* Paull. *lib.* 3. *ſent. tit.* 5. §. 12. Sueton. *in Jul. cap.* 83. & *in Veſpaſ. c.* 16.

PERCUTERE pugno *l.* 11. *D. de injur.* gladio, clavo, ferro *l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. Corn. de Sicar.* fuſte, vel lapide *l.* 1. §. 17. *D. de SC. Silan.* alicui os *l.* 7. §. *ult. D. de injur.*

Percutere falſam monetam *l.* 19. *D. de leg. Corn. de falſ.* Paull. *lib.* 5. *ſent. tit.* 22. §. 12. id eſt, cudere, ſeu ſignare. Et ita materia forma publica percuſſa *l.* 1. *D. de contrab. emt.*

PERDERE cauſſam Paull. *lib.* 1. *ſent. tit.* 17. §. 5. intentionem ſuam *l.* 9. §. 6. *D. ad exhib.* litem *l.* 19. *D. ſi ſervit. vind.* civitatem & libertatem *l.* 29. *D. de poen.* auxilium provocandi *l.* 1. *D. a quib. adpell. non lic.* bonorum poſſeſſionem *l.* 33. §. 1. *D. de fideicomm. libert.* numos *l.* 3. §. 2. *D. de ſtatu lib.* pecuniam *l.* 18. *D. de hered. pet.* rationes *l.* 60. §. 10. *D. de edend.* inſtrumenta *leg.* 8. §. 1. *D. quod met. cauſſ. Perdita* nomina *l.* 40. §. *ult. D. de ſtatu lib.* id eſt, deperdita, & male contracta, ut *l.* 16. *D. de admin. & peric. tut.*

PERDITURO dare, id eſt, conſumturo, dilapidaturo *leg.* 8. *D. pro emt.* Et ita *perditurus* accipitur in *l.* 15. *D. de ann. legat.* *l.* 21. §. 11. *D. mand. l.* 35. §. 3. *D. de admin. & per. tut. l.* 22. §. 1. *D. ſolut. matrim. l.* 73. §. *ult. D. de jur. dot.*

PERDITI in *l.* 3. *C. de apoſtat.* vocantur, qui jam baptizati, adeoque fideles fuerunt, ſed apoſtatæ facti ſunt. Vid. ſupra verbo *lapſi. Perditorum* temeritas, id eſt, latronum *l. un. in fin. C. Th. de ſaturian.* Sed in *l.* 4. *C. Theod. de pagan.* quæ eſt *l.* 1. *C. Juſtin. eod. tit. perditos* eos vocari, notat Gothofredus, qui in *l.* 7. *C. Theod. eod. tit.* veſani audiunt, qua voce non alii eo loco videntur ſignari, quam homines pagani, qui vetitis ſacrificiis diurnis nocturniſque, (ut habent verba legis,) futura de reipublicæ ſtatu, principiſque ſalute ſub exſecrabili conſultatione cognoſcere audent. Alias *perditorum* nomine homines nequam & diſſolutos ut plurimum inſigniri, adeo notum eſt, ut & monere ſupervacuum ſit.

PERDUCERE ad libertatem *l.* 4. *D. de option. legat. l.* 2. *D. de manum. vind.* & paſſim, ex ſervitute ad civitatem Romanam *l.* 3. §. 1. *D. de bon. libert.* ad prætorem *l.* 43. *D. de act. emt.* ad magiſtratum *l.* 4. *D. ubi pupill. educ.* ad egeſtatem *l.* 3. §. *ult. D. eod. tit.* in familiam *l.* 12. §. *ult. D. quod fals. tut. auct.* ad finem uſque *l.* 8. *C. de his, qui ut indign.* ad effectum *l.* 55. *D. de oblig. & act.* ad nihilum *l.* 3. §. *ult. D. de alim. vel cib. leg.* ad locum *l.* 20. §. *ult. D. de ſerv. præd. ruſt.*

Perducere quoque eſt inducere, cancellare, forte litura per medium tradu&ta, ut in *l.* 20. §. *ult. D. de teſtam. milit. l.* 8. §. 3. *D. de bon. poſſ. ſec. tab.* Indu&ta accipienda ſunt, & ſi *perdu&ta* ſint *l.* 1. *pr. D. de his, quæ in teſt. delent.*

PER-

PERDUELLIO crimen eorum est, qui *perduelles* vocantur, quive hostili animo adversus rem publicam animati sunt *l. ult. D. ad leg. jul. majest.* Ratæ donationes esse non possunt post crimen perduellionis contractum, quum heredem quoque teneat, etsi nondum postulatus vita decesserit *l.* 31. §. *ult. D. de donat.* Sosipater *lib.* 2. *Inst. Grammat. p.* 188. Per pro *perquam valde*, ut *perduellio*, *perquam duellis*, & plus quam hostis, ut Rabirius, qui perduellionem fecisse dicebatur, id est, contra rempublicam sensisse. Quod judicii genus Sacer in eadem ratione M. Tullii, ab Horatio sumtum ait, dictumque, quod per tempus belli sit factum, quum is in sororem suam gladio usus esset.

Perduellionis vox non semper ipsum crimen, sed aliquando etiam eos, qui perpetrant, seu hostes designant, ut in *l.*7. *Cod. Th. de repar. adp.* ibi: Sitque depulsis *perduellionibus*, hæc prima litium, rerumque reparatio.

PERDUELLES a veteribus adpellatos, quos nos hostes adpellamus, Cajus scribit, his verbis: Quos nos hostes adpellamus, eos veteres *perduelles* adpellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset *l.* 234. *D. de verb. signif.* Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* ad hæc verba Ennii: Quin inde invictis sumserunt perduellibus. *Perduelles*, ait, sunt hostes. Idem *lib.* 4. *de ling. lat.* Hostem aliud nunc ostendere, aliud ante significasse docet. Nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc autem eum, quem tum dicebant perduellem. Cic. *lib.* 1. *de Offic. c.* 12. Eum quoque, qui proprio nomine *perduellis* esset, hostem vocatum a majoribus lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Festus duellum, bellum videlicet, quo duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde & *perduellis*, qui pertinaciter retinet bellum. Et ita apud Plaut. in Amph. Perduelles penetrant se in fugam.

PERDURARE in libertatis adfectu cum parentibus *l.* 3. *C. Th. de lib. causs.*

PEREGER factus ab Ulpiano *tit.*17. *Regul.* §.1. dicitur, qui ad *peregrinitatem* redactus est. Hanc vocem auctoritate Ausonii *Epist.* 17. *ad Symmach.* qui *nedum*, ait, me *peregrem existimes*, tuetur, neque damnandam adeo censet Schulting. in *Jurispr. Antejustin. p* 616. *Hein.*

PEREGRE agere *leg.* 7. §. 13. *D. quib. ex causs. in possess.* ducere *leg.* 13. §. 3. *D. locat.* ire *leg.* 35. §. 3. *D. de constr. emt.* proficisci *l.* 3. §. 4. *D. de adquir. rer. dom.* mitti *l.* 5. §. *ult. D. ad exhib.* muneribus fungi *l.*5. §.3. *D. de jur. immun.* esse §. *ult. Inst. de hered. inst.* defunctus *l.* 11. *D. de bon. possess. sec. tab.* mortuus Ulp. *tit.* 21. §.1. obire *l.* 34 *D. de negot. gest.* portare, ferre *l.*18. *D. commod.*

PEREGRINARI *l.*4. §.1. *D. de her. inst. l.*26. §.9. *D. ex quib. causs. major.*

PEREGRINATIO longa necessaria *l.*29. *l.* 3. *D. de proc.* quam ipsam esse absentiam reipublicæ caussa, ostendit Cujac. *lib.*23. *obsev. c.*26.

Peregrinatio pro legatione in *l.* 56. *C. de decurion. l.* 189. *C. Th. eod. tit. l.* 9. *C. Theod. de legat. & decret.* Symmach. *lib.* 7. *Epist.* 54. Scis, quantum legatio sollicitudinis habeat, quantum peregrinatio difficultatis circumferat. Idem *eod. lib. Epist.* 114. Laborem peregrinationis fecit optabilem.

PEREGRINITAS. Ad peregrinitatem redigi in *l.*10. §. 6. *D. de in jus voc.* quid sit, explicat Brissonius *lib.*1. *Select. antiq. c.*13.

PEREGRINUS vocatur, qui civis Romanus non est. Peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum est. Neque autem *peregrinus* civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in potestate habere potest Ulp. *tit.*10. §. 3. Qui dedititiorum numero est, neque quasi civis Romanus testari potest, quum sit *peregrinus* Ulp. *tit.*20. §.14. nec instituti heres potest. Idem *tit.* 22. §. 2. Qui deportantur, si heredes scribantur, tamquam peregrini capere non possunt *l.* 1. *C. de hered. inst.* Et hoc est, quod ait Marcianus *l.* 17. *D. de pœn.* in insulam deportatos ἀπολιδας esse, hoc est, sine civitate.

Peregrinus prætor, qui inter cives jus dicebat. Non sufficiente prætore *urbano*, quod multa turba etiam *peregrinorum* in civitatem veniret, creatus est & alius prætor, qui *peregrinus* adpellabatur ab eo, quod plerumque inter *peregrinos* jus dicebat *l.* 2. §. 27. *D. de orig. jur.* Ad cujusmodi prætoris *peregrini* edictum Labeonem libros scripsisse constat ex *l.* 9. §. 4. *D. de dol. mal.*

Peregrinus locus, & urbanus opponuntur in *l.*12. *D. de suppell. legat.*

Peregrinus civis in *l.* 1. *Cod. Theod.* est, qui alterius civitatis, sive provinciæ incola, vel civis est. Sic & Episcopi & clerici *peregrini* in *l.*37. *C. Theod. de Episc. Peregrini* commeatus *l.* 51. *C. de decur.* Peregrina judicia, quæ de iis agitantur, qui in alia provincia degunt *l.*10. *C. Th. de accus.*

Peregrini naturæ dicuntur magi, artibus suis magicis elementa turbantes, vitasque infontium labefactantes *leg.* 6. *C. de malef. & mathem. l.* 5. *C. Th. eod. tit.*

PEREMERE. Vid. *perimere.*

PEREMTORIUM dicitur, quod non tam causam exstinguit, uti Anianus interpretatur ad Paull. 5. *sent. tit.* 5. §. 7. quam perimit, vel tollit disceptationem. Unde *peremtorium* edictum *l.* 9. *C. quum & quand. l.*1. §.3. *D. quæ sine adpell. l.* 53. *l.* 54. D. *de re judic.* quod tribus propositis edictis impetratur, quod inde nomen sumsit, quod perimeret disceptationem *l.* 70. *l.* 71. *D. de judic.* Nonnumquam *edictum peremtorium* post tria numero edicta, quæ præcesserint, datur, nonnumquam post unum vel alterum, nonnumquam statim, quod adpellatur unum pro tribus *l.* 72. D. *eod. tit.*

Peremtoriæ exceptiones *dilatoriis* adversantur *l.* 2. §. *ult.* D. *de except.* Perpetuæ atque *peremtoriæ exceptiones* sunt, quæ semper locum habent, nec evitari possunt, qualis est doli mali, & rei judicatæ, & si quid contra leges senatusve consulta factum esse dicetur. Item pacti conventi perpetui, id est, ne omnino pecunia petatur *l.*3. D. *de except.* Exceptiones *perpetuæ*, & *peremtoriæ* sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt §. 9. *Inst. de except. Peremtorias* exceptiones omissas in initio, antequam sententia feratur, opponi posse *l.* 2. *C. sent. rescind. non poss.* Circa hæc autem est observandum, *peremtorias* ex mente juris civilis proprie eas esse, quæ ubi sunt propositæ, rem perimunt ita, ut ea in judicium amplius deduci ne queat, easdemque eo sensu *perpetuas* dici, quatenus semper, seu in perpetuum agentibus obstant, ubi

ubi nempe sunt propositæ. Si vero *perpetuas* seu semper obstare valentes exceptiones intellexeris eas, quæ perpetuo durant, seu quibus nullo tempore præscribirur, omnes utique exceptiones ordinariæ peremtoriæ, simulque perpetuæ sunt hoc sensu, quia reus non potest prius excipere, quam actione conveniatur *l.* 5. §. *ult. D. de dol. mal. & met. except.* Sed sunt quædam *peremptoriæ*, seu in perpetuum actionem perimentes, quæ tamen certo tempore exspirant, quales sunt, quæ per modum actionis proponi possunt, ut exceptio doli, & non numeratæ pecuniæ, quæ idcirco biennales sunt, nec proinde *perpetuæ* posteriori sensu dici possunt. Igitur quod Ulpianus *d. l.* 3. *D. de except.* & Imperator in *d.* §. 9. *Inst. eod. tit. peremptorias* & hoc posteriori sensu *perpetuas* fecisse videntur, non est accipiendum, nisi de ordinariis exceptionibus.

Peremtoriam præscriptionem objicere quandoque licet *l.* 8. *C. de except.* Post susceptam super præscriptionibus peremtoriis adpellationem præscriptiones peremtorias reservari *l.* 24. *C. Th. quor. adpell. non rec.*

PERENDINI nomine diem tertiam olim in formulis significatam Cicero *pro Murænâ c.* 12. Gell. *lib.* 10. *c.* 24. *dies perendini.* Plutarch. *in Apophthegm.* τριτην ἡμεραν, *tertiam diem* vocat, quod Valerius Probus *perendie.* Adde Brisson. *de Form. Pop. Rom. lib.* 5. *p.* 346.

PERENNIS, *e.* jugis, perpetuus. Perennis aqua est, quæ semper fluit *leg.* 1. §. 5. *D. de aqu. quot. & æstiv.* Ovid. *de remed. amor. v.* 651. Flumine perpetuo torrens solet altius ire, sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua. Fluminum quædam sunt *perennia*, quædam torrentia. *Perenne* est, quod semper fluit, ἀενναος, *torrens* χειμαρρος, id est, *hyeme fluens l.* 1. §. 1. *D. de flumin.* Publicum flumen esse, Cassius definit, quod *perenne* sit *l.* 1. §. 3. *D. eod. tit.* Liv. *lib.* 4. *c.* 30. Terra quoque ingenito humore egens vix ad perennes suffecit omnes. B. Augustin. *serm.* 186. Sollemnitas enim ab eo, quod solet in anno, nomen accepit, quomodo *perennitas* fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totum annum fluit. Ideo *perenne*, id est, per annum. Sic & *sollemne*, quod solet in anno celebrari. Idem *in psalm.* 74. Torrentes dicuntur proprie, quasi sunt *perennes.*

Perennis memoriæ pater *l.* 6. *pr. C. Theod. de cohortal.* recordationis *l.* 5. *C. Theod. de heret.* ærarii emolumenta *l.* 2. *pr. C. Th. de senat.* nota *l.* 15. *C. de adpell.*

PERENNITAS nostra *l.* 31. *pr. C. Th. de oper. publ.* pro quo Justinianeus Codex habet *Nostrum numen.*

PERFECTE, absolute, pleno jure in *l.* 38. §. 3. *D. de sol. l.* 130. §. *ult. D. de reg. jur.*

PERFECTISSIMATUS τελειοτης, διασημοτης, proxima *clarissimatui* dignitas, tributa quibusdam præsidibus, correctoribus, præfecto annonæ, præfecto vigilum, magistro census *l.* 32. *C. de Episc. & cler.* itemque Rationali summæ rei, magistris scriniorum & tribunis notariorum, quæ omnia exempla firmat Rein. *Inscript. Class. 6. inscr.* 28. *p.* 407. *seq.* Enimvero & duumviros postea *perfectissimatus* dignitatem adfectasse, patet ex marmore apud Gruter. p. CCCLXIII. 2. in quo laudantur *Viri perfectissimi & principales, & Splendidissimus ordo Puteolanorum*, nec non ex

Lac-

Lactantio *de mortib. persequut. c.* 21. *Torquebantur ab eo, non modo decuriones, sed primores etiam civitatum, egregii ac perfectissimi viri.* Denique Justinianus *perfectissimatus* ornamenta omnibus indulsit promiscue, qui Principis codicillos impetrassent, dum non essent servilis conditionis, neve fisco aut curiæ obnoxii, vel pistores, vel institores, vel procuratores, nec denique illum honorem sibi venali suffragio coemissent *l.* 1. *C. de perfectissim. dign.* Hein.

PERFECTISSIMUS, titulus est dignitatis in constitutionibus posteriorum Imperatorum *l.* 1. *C. de natur. liber. l.* 11. *C. de quæstion.* & in *C. Th.* sæpe tribuitur *proconsuli Africæ* apud D. Augustin. *Ep.* 68.

PERFECTA ætas, id est legitima, seu 25. annorum *l.* 9. §. 1. *D. de tut. & rat. distr. l.* 7. *C. si alien. res l.* 32. *D. de minor. l.* 16. *D. de tutel. l.* 4. *l.* 8. *D. de legit. tut. l.* 1. *C. de usuc. Perfecta* donatio *l. ult.* §. *ult. D. de don. l.* 4. *C. de don. quæ sub mod. l.* 32. *D. de mort. causs. don.* emtio *l.* 8. *D. de peric. & commod. rei vend. l.* 12. *C. de contr. emt. l. ult. C. quand. lic.* legatio *l.* 2. *D. de judic.* res *l.* 9. §. 3. *D. quod met. causs.* venditio *leg.* 35. §. 5. *D. de contr. emt. l.* 5. *D. de rescind. vend.* §. 1. *Inst. de emt. & vend. l.* 24. *C. de evict. Perfecta* venditione in *l.* 1. *C. de vend. reb. civ.* id est, re tradita & pecunia soluta, sicut accipi quoque debet *l.* 3. & 5. *C. de rescind. vend.* cum alias ad perfectam venditionem non requiritur, ut pretium solutum sit, nec ut res sit tradita per *pr. Inst. de emt. & vend.* Aliquando requiritur scriptura *d. pr.* Perfecta locatio *l.* 21. §. *ult. D. ad municip.*

Perfecto munere *l.* 34. *D. ad munic.*

Perfectum testamentum *l.* 6. *D. ad Leg. Corn. de fals.* §. 1. & 3. *Inst. quib. mod. test. infirm. l.* 29. *D. qui test. fac.* §. *ult. Inst. de test. ord.*

Perfectus partus *l.* 12. *D. de stat. hom.*

PERFERRE, exportare *l.* 20. §. *ult. D. de præscr. l.* 20. *D. commod. l.* 11. *D. ad exhib.* Rumore *perlato l. ult. D. de her. inst.*

Perferre actionem *l.* 76. *D. de legat.* inchoatam accusationem *l.* 8. *Cod. de his, qui ut indign.* caussam adulterii *leg.* 11. *D. ad SC. Turp.* excusationem *l.* 1. *pr. D. de oper. publ.* id est, ad exitum deducere.

Perferre præstare. Sic perlatum jusjurandum in *l.* 3. *C. Greg. de pact. & transact.* quæ sumta est ex *vet. consultatione*, & est in *l.* 3. *C. de in lit. jur.* ubi tamen legitur *prolati. Perferre* evictionum subsidia in *l.* 20. *C. Th. de curs. publ.*

PERFICA Dea a perficiendo erat adpellata, quæ obscenæ libidini patrandæ præerat. *Perfica* etiam *natura* a Lucretio *lib.* 2. *v.* 1114. vocatur, quæ procreationi, & perfectioni rerum præest, ut adnotavit Turn. *lib.* 11. *adv. c.* 20.

PERFICERE, absolvere, peragere, consummare, ad exitum perducere. Ita *perficere* litem *l.* 5. §. 6. *l.* 39. §. 12. *D. de administr. & peric. tut.* crimen *l.* 14. §. *ult. D. de bon. libert.* ædificium *l.* 61. §. 1. *D. de usufr. & quemadm. l.* 139. *D. de verb. signif.* donationem *leg.* 33. §. *ult. D. de donat.* emtionem *l.* 57. *pr. D. de contr. emt.* id est, pretium solvere; at in *l.* 8. *D. de rescind. vend.* est rem tradere. *Perficere* libertatem *leg.* 1. §. 1. *D. de pollic.* mandatum *leg.* 45. *D.*

D. mandat. monumentum *leg. 6. D. de condit. instit.* negotium. *Perfecto* negotio *l.25. §.4. D. de adquir. hered.* ubi Jac. Gothofr. ad *l.29. D. de reg. jur.* legendum putat negotia *provecta negotio*. Sed nihil emendatione opus. Non enim ea lex ait dudum perfecto negotio auctorem fieri posse tutorem, sed *perfecto negotio*, id est, simul ac iste actus explicatus erat, a quo negotium perfectionem capiebat, & substantiam. Sic e. g. in stipulatione pupillus interrogatus, congrue respondebat, eoque perfecto actu, tutor præsens statim interponebat auctoritatem. Hein. *Elem. Inst.* §. 250. *Perficere* opus *l. 3. D. de pollic.* stipulationem *l.* 137. §. 1. *D. de verb. obl.* testamentum *l. 22. D. de adim. legat.* venditionem *l. 1. C. de litigiosf.* rei nempe traditionem.

PERFIDE agere *l. 55. §. 1. D. de admin. & per. tut.* gerere *l. 3. §. 2. D. de dol. & met. except.*

PERFIDIA mala fides est, ut fidei verbum bonam fidem semper significat *l. 1. D. de constit. pec. l. 1. §. 4. D. depos.*

Aliquando *perfidia* pro defectione a religione usurpatur, ut *leg. 4. C. de summ. Trinit.* & cognata hinc significatione pro hæresi in *l. 6. pr. l. 12. l. 63. Cod. Th. de hæret.*

PERFIDUS, qui fidem violavit, & a fide venit. Infidus vero, cui non est fidendum, dicitur, & a verbo *fido* descendit, primamque habet longam. *Perfida* Eunomianorum mens *l. 25. C. Th. de hæret.* secta *l. 15. C. Th. eod. tit.*

PERFOCARE, suffocare. Qui partum *perfocat leg. 4. D. de agnosc. & alend. lib.* Paull. *lib. 2. sent. tit. 24. §. 9.* Fortasis tamen legendum est *præfocat*, quod verbum usurpavit Ovid. *in Ibim v. 558. præfocant* animæ Gnosia mella viam. Add. Schulting. *Jurispr. vet. antejustin. p. 315.* & Bynkersh. *de jur. occid. lib. c. 7. p. 147.*

PERFORARE muros *l. 11. D. ad leg. jul. pecul.*

PERFRUI, id est, plene & ad finem usque frui *leg. 3. §. 30. D. de act. emt. l. 10. C. de decur.*

PERFUGERE ad hostes *l. 2. D. ad Leg. jul. majest.* Inde perfuga adpellatus, qui ad hostes transfugit.

PERFUNCTORIE leviter est, uti apud Petron. *satyr. c. 11.* Budæus hanc vocem exponit, non bona fide, neque ex animo, nec justa denunciatione, eamque inveniisse sibi videtur in *l. 5. §. 1. D. quod vi, aut cl.* Ant. etiam Augustinus in *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.* & *l. un. C. qui muner. tut.* Verum ibi non *perfunctorie*, sed *defunctorie* esse, & in *d. l. 5. §. 1. D. quod vi aut cl.* Florentiæ legi *perfusorie*, animadvertit Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p. 408. Hein.*

PERFUNDERE aliquem fimo corrupto *l. 1. D. de extraord. crim.* Ut oculus puero *perfundevetur leg. 5. §. ult. D. ad Leg. Aquill.* Vid. supra sub art. *effundere.*

PERFUNGI defungi *l. 3. D. de decur.*

PERFUSORIE, id est, vago & ambiguo sermone *leg. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull. l. 4. §. 1. D. quod vi, aut cl. l. 69. §. 4. D. de evict.*

PERGAMENA sive chartæ pergamenæ. *Quod & de chartis & pergamenis* obtinet Caj. *lib. 2. Inst. tit. 1. §. 4.* Add. Schulting. *in jurispr. vet. antej. p. 81.*

PERGULA fuit locus perspi-

spicuus, & apertus, in publicum prospiciens, adeo ut oculis transeuntium expositæ essent, quæ illic proponerentur. Quod & Plinius indicat *lib.* 21. *c.* 3. L. Fulvius argentarius bello Punico secundo cum corona rosacea interdiu a *pergula* sua in forum prospexisse dictus, ex auctoritate senatus in carcerem abductus, non ante finem belli emissus est. Suetonius *de Illustr. Grammat. c.* 18. Crassitium Grammaticum in hujusmodi loco docuisse, tradit. *Pergularum magistralium*, in quibus publice docebant Grammaticæ, & Rhetoricæ, aliarumque artium magistri, & professores, meminit Vopisc. in *Saturn. c.* 10. Plinius *lib.* 35. *c.* 10. de Apelle loquens idem, ait, perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens &c. Lactant. *lib.* 1. *Divin. Inst. c.* 2. ex Lucillio hunc versum citat: *Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.* Quum pictor in *pergula* clypeum, vel tabulam expositam habuisset *l.* 5. §. *pen. D. de his, qui effud.* Picturæ professores *pergulas* & officinas in locis publicis sine pensione obtineant, si tamen in his usum propriæ artis exerceant *l.* 4. *C. Theod. de excus. artif.*

In gestationibus quoque, & deambulationibus *pergula* sedem habet, eaque significatione verbum hoc usurpasse Plinium, manuscripti Codicis beneficio deprehendit Brissonius. Apud eum siquidem *lib.* 14. *c.* 1. ubi vulgo legitur, *subdivales ambulationes umbrosis operculis opacat*, vetus optimæ notæ codex habet, *subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat.*

PERHIBERE, testimonium est dicere, & præbere in *l.* 20. §. 3. *l.* 21. §. 2. *D. qui testam. fac. l.* 8. *C. de testib. l.* 3. §. 6. *D. eod. tit.* Ulp. *tit.* 20. §. 9. ubi Cujac. *lib.* 6. *obs. c.* 37. & ad Paull. *sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 4. legi vult, *testimonium perhibitote*, quum alias legatur præbitote. At non *perhibere* solum *testimonium*, sed & *præbere* dixisse veteres, auctoritate Ciceronis *pro Flacco cap.* 10. & Scholiast. Juvenal. *ad Sat.* 16. *v.* 31. probavit, nihilque adeo mutandum esse censuit Bynkersh. *l. b.* 3. *observ. c.* 21. *Hein.*

PERHORRESCERE alicujus potentiam *l. un. C. quand. Imp. int. pupill.* calumniam *l.* 1. *C. Th. de his, qui condit. propt.*

PERICLITARI *leg.* 3. §. 3. *D. de incend. ruin. naufr.* de statu *leg.* 3. §. 5. *D. de Carbon. edict. leg.* 8. §. *ult. D. rat. rem hab.* inops fieri *l.* 50. *D. de re judic.*

PERICLITANTES, id est, criminis accusati in *l.* 12. *C. Th. de accus. & inscr.*

PERICULOSE heredem facturum, si vinum effundat *l.* 7. §. *ult. D. de trit. vin. ol.*

PERICULOSA dilatio *leg.* 1. *D. de damn.* res *l.* 1. §. 13. *D. de quæstion. l.* 54. *D. de act. emt.*

PERICULUM discrimen *leg.* 2. *l.* 35. §. 4. *D. de mort. causs. don. Periculum* capitis *l.* 28. *D. de pœn.* corporis *l.* 2. *C. de reb. cred.* vitæ *l.* 16. *D. de oper. libert.* infamiæ *l.* 10. *C. depos.* justum *l.* 6. *D. de mort. causs. don.* insidiarum §. 3. *Inst. de pupill. substit.*

Periculo adversarii denunciante *l.* 20. *D. quod vi aut cl. Periculum* effugere *l.* 15. §. 2. *D. de pignor.* Patris *periculum* agitur *l.* 27. *D. de min.* Periculum est, ne &c. *l.* 17. *D. de her. pet.*

Periculum alias casum quemlibet, ac damnum fatale, seu, quidquid fato, mortalitate, vi majore, vel alio fortuito casu contin-

tingit, significat. Hoc sensu Ulpian. *l.* 5. §. 2. *D. commod.* Quid veniat, ait, in commodati actione, utrum dolus, an & culpa, an vero & omne periculum? Et ita *periculum præstare*, *periculum alicujus esse*, ad aliquem *pertinere*, *respicere*, *spectare*, dicit Ulpianus *l.* 5. §. 13. 14. & *l.* 10. *D. eod. tit.* item periculum sustinere *l.* 1. *D. de peric. & commod.* transit ad eum *l.* 9. §. *ult. D. de reb. cred.* Venditor se *periculo* subjecit *l.* 1. *D. de peric. & comm. rei vend. periculo* liberatur venditor *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit. periculum* administrationis *l. ult. C. de peric. nomin.* creationis *l.* 1. *C. eod. tit.* Ad ipsius *periculum* is casus pertinet §. 3. *Inst. de emt. vend. Periculum* evictionis *l.* 19. *C. de evict.* litis *l.* 8. *D. de legat.* 3. nominis *l.* 96. §. 2. *D. de solut. l. ult.* §. 1. *D. de admin. ver. ad civ.* nominum *l.* 7. §. 6. *l.* 39. D. *de admin. & per. tut. & passim* suum *periculum* facere *l.* 7. D. *eod. tit. periculo* teneri *l.* 9. §. *ult.* D. *eod. tit.*

Aliquando hæc vox notat *periculum* culposum, excluso damno fatali, ut in *l.* 14. §. *ult.* D. *de furt.*

Periculo alicujus res esse dicitur, quum damnum detrimentumve quodcumque incidere possit, ad eum respicit *l.* 18. *D. de damn. infect. l.* 47. §. *ult. D. fam. ercisc.* & ita qui *periculo* suo rem habuit *l.* 4. *D. de reb. cred.* Si tibi rem periculo tuo utendam commodavero *l.* 21. D. *commod.* Rem periculo suo persequi *l.* 1. *C. de evict.* restitui *l.* 11. D. *de rei vind.* Si pecuniam suam *periculo* suo credidisset *l.* 10. §. 8. D. *mand.* Peto des fratri numos fide, & *periculo* meo *l.* 24. D. *de fidejussor.* Vasa utenda communi *periculo* dedi *l.* 21. D. *commod.* actiones *periculo* tuo tibi præstare debeo *l.* 31. D. *de act. emt.* Qui suo periculo velit adiri hereditatem *l.* 71. D. *ad SC. Trebell.* Ut tutores adjutorem suo *periculo* constituant *l.* 13. D. *de tutel.* Suo *periculo* convenire alterum *l.* 7. D. *commod.* Ut suo periculo confidejussores conveniuntur *l.* 10. D. *de fidejuss.* Exactionem nominum periculo suo facere *l.* 35. D. *de adm. & per. tut.* Fidejussores, quos magistratus suo periculo nominant *l.* 17. §. *ult.* D. *ad mun.* A debitore stipulatus sum *periculo* tuo *l.* 45. §. 7. D. *mand.*

Periculum etiam pro indice, & brevi, seu libello, unde sententias recitare solebant judices *rubr. C. de sent. & periculo recit.* De *periculo* vero, ex quo recitatæ sententiæ, mirum est sententiarum divortium. *Periculum* malunt Sirmond. *Antirrhet. 2. c.* 11. Desid. Herald. *Observ. c.* 50. & *Animadv.* ad Jus *Attic. II.* 7. 4. & Grot. in *Flor. Spars. ad C. Justin. VII.* 34. ob Codicis manuscripti auctoritatem, in quo ita scriptum reperit Sirmondus. Contra alii *breviculum* reponunt, conjectura Paullo audaciore, veluti Alciat. *Dispunct. I.* 20. Perrenon. *animadvers. II.* 17. Ferrand. Adduens. *Explic. lib. 2. p.* 575. *Tom. 2. Thesaur. jur. civ.* At quidni retineas *periculum*, quod habet Cornel. Nepos *Epaminond. c.* 8. Sunt, qui ibi substituunt sepulcrum, sed ex conjectura, ut opinor, quia apud Appianum legerunt κατα τον ταφον. Quasi vero semper inter historicos conveniat, maxime in ejusmodi περιστασεων genere. Eodem vocabulo usus est Codic. Theodosiani auctor in *rubr. & l. 2. de sent. & peric. recit.* mirumque esset, casu accidisse, ut in utrumque Codicem idem vitium irreperet. Add. Ev. Otton. *præf. Tom. 2. Thes. jur. p.* 20. *sequ.* Hein. Cic. *in Frument.* Honestius est, quod

quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ & *pericula* magistratuum committantur. Vid. Cujac. 5. *observ.* 35. *in fin.* Plaut. in Pœnulo: Si parasitus, inquit, amplius quam præfinitum est, postularit, plus petiti *periculo* stranguletur.

PERIMERE, sive ut apud juris Romani auctores frequentius legitur, *peremere*, est consumere, exstinguere, tollere. Scipio quidem Gentilis *in Origin.* voce *peremtorium edictum* hanc vocem *prohibere* Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *tollere*, quod significantius est, interpretatur. Sic *perimere* actionem *l.* 34. §. *ult. D. de obl. & act. l.* 66. §. 1. *D. de leg.* 2. *l.* 7. *C. de sent. interloquut. l.* 75. *D. de solut. l.* 7. *D. de feriis, & dilat.* cautam *leg.* 9. *C. de sent. & interloq.* disceptationem *l.* 70. *D. de judic.* donationem *l.* 20. *D. de donat. int. vir. & ux.* fideicommissum *l.* 64. *D. de legat.* 3. jura §. 11. *Inst. de her. quæ ab intest.* legatum *l.* 40. §. 4. *D. de condit. & demonstr. l.* 11. *D. de adim. legat.* obligationem *l.* 100. *D. de verb. obl. l.* 5. *D. de fidejuss.* pignus *l.* 11. *D. de pign. act.* partem stipulationis *l.* 17. *D. de acceptil.* usumfructum *l.* 1. §. *ult. D. quib. mod. usufr. l.* 17. §. 2. *D. de usufr.*

Ita & *perimi*, vel *peremi* dicitur, quod intercidit, consumitur, exstinguitur, perit. Sic *peremitur* actio *l.* 29. *D. de jur. fisc. l.* 52. §. 27. *D. de furt. l.* 1. 2. *D. si ex noxal. causs. l.* 35. §. *ult. D. loc. l.* 1. *D. de in rem vers. l.* 76. *D. de solut. l.* 3. *C. ad exh. l.* 1. §. 20. *D. de tutel. & rat. distr.* causa *leg.* 3. *C. si pend. adpell. leg.* 1. §. 2. *D. de pignor.* communio *l.* 8. §. *ult. D. de reb. eor.* condictio *l.* 22. *D. rat. rem habit.* corpus §. 10. *Inst. ad Leg. Aquil.* eligendi facultas *l.* 77. §. 4. *D. de legat.* 2. primus gradus testamenti *l.* 3. §. *ult. D. de lib. & postum.* jus *l.* 44. *D. de adquir. possess.* libertas *l.* 39. *D. de manum. testam.* navis naufragio *l.* 36. §. *ult. D. de rei vind.* Perempta navis videtur, quæ resoluta est, & intercidit, tabulis omnibus refixis ea mente, ut in alium usum destinarentur *leg.* 83. §. 5. *D. de verb. oblig.* Perimitur obligatio *l.* 14. *D. de fidejussor. l.* 12. *D. de duob. reis l.* 3. *D. und. cogn.* præscriptio, & negotii quæstio *l.* 10. *D. de diverss. temp. præscr.* agnatus capitis deminutione *l.* 2. *C. commun. de succeff.* stipulatio *l.* 98. *D. de verb. obl. l.* 1. *C. de judic.*

PERINDE ac si *l.* 29. *D. de noxal. act.* atque *l.* 18. 24. *D. si quis omiss. causs. testam.* atque si *l.* 44. *D. de damn. infect.* quasi *l.* 52. *D. de action. emt. l.* 32. *D. ad SC. Treb.*

ΠΕΡΙΟΔΕΥΤΑΙ medici, id est, circulatores *l.* 6. §. 1. *D. de exc.* de quibus vide Ulr. Hub. *lib.* 3. *digress. Justin. c.* 33. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 35. Recte hic per medicos περιοδευτας non intelligit circumforaneos agyrtas & aretalogos, sed medicos olinicos, qui vicatim visitant ægrotos. Recte etiam huc refert *presbyteros* περιοδευτας, quorum mentio fit in *l.* 42. §. 9. *C. de Episc. & cler.* Sed eadem jam observarunt Coler. *parerg. c.* 12. & Perrenon. *Animadv. lib.* 1. *c.* 29. *Hein.*

PERIRE dicitur, quod in rerum natura esse definit, quod rebus humanis subducitur, ac subtrahitur, quod intercidit. Ac primo quidem personæ perire dicuntur, veluti naufragio *l.* 12. *D. de reb. dub. l.* 26. *D. de pact. dotal. l.* 17. §. 7. *D. ad SC. Treb. l.* 9. *D. de reb. dub.* bello *ibid* amatorio poculo *l.* 38. §. 5. *D. de pœn.* ex vulnere *l.* 11. §. 3. *D. ad Leg. Aquill.* Sed & res & quidem cor-

corporales dicuntur perire, ut argentum *l.* 20. §. *ult. D. de præscript. verb.* bos *l.* 17. §. 3. *D. eod. tit.* §. 1. *Inst. locat.* margarita *l.* 17. §. 1. *D. de præscript. verb.* navis *l.* 6. *D. de naut. fœn.* pecunia *l.* 3. §. *ult. D. de in rem verſ.* pecus *l.* 2. §. 20. *D. de vi bon. rapt. l.* 53. §. 13. *D. pro ſoc.* vaſa *l.* 22. *D. de manum. teſt.* veſtis *l.* 3. §. *ult. D. de in rem verſ.* veſtimenta *l.* 17. §. 4. *D. de præſcr. verb.*

Perire quoque jura dicuntur, id eſt, exſtingui, & evaneſcere. Sic *perire* dicuntur actio *l.* 13. §. *ult. D. de negot. geſt. l.* 37. *D. de jur. dot. l.* 139. *D. de reg. jur.* adpellatio *l.* 6. *D. de adpell.* cauſſa *l.* 29. *D. de jur. fiſc.* legatum *l.* 112. *D. de cond. & demonſtr. l.* 65. §. 1. *D. de legat.* 2. lis *l.* 2. *D. de diverſ. temp. præſcr. l.* 18. §. 4. *D. de dol. mal. l.* 8. *D. de legat.* 3. privilegium *l.* 29. *D. de novat.*

Perire præterea etiam dicitur, quod non quidem interiit, extinctum eſt, ſed abeſt, vel amiſſum eſt, veluti furto *l.* 35. §. 4. *D. de contrah. emt. l.* 14. §. *ult. D. de peric. & comm. rei vend. l.* 52. §. 3. *D. pro ſoc.* Quum in caupona vel in navi res perierit *l. un.* §. 3. *D. furti adv. naut.*

Perire alicui dicitur, quod ejus damno & diſpendio cedit, quod ei decedit & detrahitur, ut in *l.* 13. §. 5. *D. ad Leg. Falc. l.* 30. *D. eod. tit.* Eodem modo *perire* dies dicuntur patrono vel heredi, quibus operæ non eduntur *l.* 20. §. *ult. D. de oper. libert. l.* 7. *D. de ann. legat. Pereunt* patrono *operæ*, quas libertus propter adverſam valetudinem præſtare non poteſt *l.* 34. *D. de oper. lib.*

PERITIA artis *l.* 1. *D. de decret. ab ord. fac.* Arte alicujus vel *peritia* uti *l.* 27. §. 2. *D. de uſufr.* ut monimenta fierent opera & *peritia* Aſiani *l.* 57. §. 7. *D. pro ſoc.*

Peritia pro perita. Vid. ſub art. *cenſere.*

PERJURIUM *l.* 21. *D. de dol. mal.* De *perjurio*, ſi ſua pignora eſſe quis in inſtrumento juravit, crimen ſtellionatus ſit *l. ult. D. ſtellion.* Qui falſa teſtimonia protulerit, de perjurio convenitur *l.* 13. *C. de teſtib.* Dignitate, qua ſe per ſuum videlicet perjurium indignos eſſe probaverint, ſpolientur *l. pen. C. de dignit.* perjurii pœna *l.* 22. *C. de dol. mal.* Augeri magis noſtram rempublicam, & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis *perjuriis* adſici volumus, quum ſatis eſſe inhumanum videatur, per leges, quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri *l.* 2. *in fin. C. de indict. viduit.* Faceſſant ergo, qui pœnam nullam Romano jure perjurio poſitam, tam ſecure adhuc adſeruerunt, indeque calumniandi illud occaſionem arripuerunt. Add. *l.* 13. §. 6. *D. de jurejur. l.* 41. *C. de tranſact.* & Jac. Gothofred. *in not. ad Tertull. ad nation. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 107.

Perjurii quidem, ſi per Deum juratum ſit, nullam eſſe pœnam legibus Romanis proditam, ſed vindictam ejus Deo relictam eſſe, exiſtimat Cujac. *lib.* 2. *obſerv. c.* 19. Si tamen per Principem pejeratum ſit, fuſtibus caſtigari perjurus jubetur *l.* 13. §. *ult. D. de jurejur.* Cui legi quomodo concilianda ſit *l.* 2. *C. de reb. cred.* docet idem Cujac. *lib.* 8. *obſerv. c.* 7. Add. Reinold. *Var. I.* 14. *p.* 109. *ſeq.* Hein.

PERLATOR. Sed ſi quid forſitan urgere cœperit, referri ad Celſitudinem tuam ſtatuimus, & auctore te fieri, & eo *perlatore*, ferri ad ſcientiam noſtram. Ita non abs re legendum in *l.* 8. *C. Th.*

de

de extraord. sive sord. mun. videtur Jac. Gothofredo, quum ante legeretur *persolutore*, & Cod. Justinianeus in *l.* 8. *D. de excus. artif.* Rara est alias vox *perlatoris*, & veteribus vix usurpata, quamquam *lator* passim reperiatur. Sed illa tamen utitur Symmachus *lib.* 5. *epist.* 30. *extr.* Et *perlatori*, ait, talium litterarum benignus arride.

PERLUSORIUS pro *prolusorius*. Si *perlusorio* judicio actum sit adversus testamentum *l.* 14. *D. de adpell.* Ita legitur Florentiæ, quum Haloand. habeat *prolusorio*, atque sic etiam Budæus legi jubeat, qui interpretatur causam præjudicialem. Nihil hic mutat Ducker. *de Lat. vet. Ictor. p.* 409. quem *perlusorium judicium* per *collusorium* ex ipsa *l.* 14. *D. de adpell.* exponentem merito sequimur. *Hein.*

PERMANERE perseverare, durare *l.* 60. *D. de cond. indeb. l.* 1. §. 1. *D. de oblig. & act. & passim.*

PERMILITARE *l.* 8. §. 9. *l.* 9. *D. de excus.*

PERMISCERE causas *l.* 52. *D. de adquir. possess.* legata *l.* 11. §. 7. *D. ad Leg. Falc.* Damna, quæ violentia permixta sunt *l.* 2. §. 9. *D. de vi bon. rapt.*

PERMISSU creditoris *l.* 8. §. 7. *D. quib. mod. pign.* eorum, quibus permittendi vis est *l.* 3. §. 4. *D. de sepulcr. viol.* meo *l.* 106. *D. de solut.* mulieris *l.* 63. *D. de jur. dot.* prætoris *l.* 7. §. 1. *D. de reb. eor.* principis *l.* 31. *D. de pœn.*

PERMITTERE, i. e. concedere, sinere dicuntur Lex *l.* 7. *D. de legib. l.* 3. §. 5. *D. de sepulcr. viol. l.* 45. §. 4. *D. ad Leg. Aquil.* Prætor *l.* 12. *D. quib. ex causs. pign.* edictum *l.* 4. *C. de servit.* creditor *l.* 158. *D. de reg. jur.*

Singularis est loquendi ratio, quam usurpat Tryphoninus in *l.* 41. §. *ult. D. de testam. mil.* ubi *permittitur*, ait, *militem filio facere testamentum*, pro *militi*, quam tamen erudite defendit Ducker. *de Latinit. vet. Ictor. p.* 355. Hein.

Permittere pro perimere, seu remittere in *l.* 3. *D. de publ. jud.* Promiscue accipi *permittere*, & *remittere* observarunt Cujac. *lib.* 21. *obs. c.* 29. & Just. Lips. ad Tacit. *lib.* 1. *Annal. p.* 19. Exempla similia sunt in *l.* 37. *D. de pact. l.* 6. §. *ult. D. de jur. patron. l.* 2. *C. de prec. Imp. offer.* Gell. *lib.* 1. *c.* 3. Hein.

PERMUTARE dicuntur, qui res, quarum domini sunt, invicem mutant, ultro citroque dando & accipiendo. Olim unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia *permutabat l.* 1. *pr. D. de contr. emt.* Qui rem *permutatam* accepit, emtori similis est *l. ult. D. quib. ex causs. in possess.*

PERMUTARE pro mutare, commutare. Sic permutare conditionem *l.* 10. §. 1. *D. de pœn.* quædam in opere *l.* 60. §. 3. *D. locat.* pœnam *l.* 9. §. 10. *D de pœn.*

Permutare aliud pro alio dare extra contractum. Sic si pallium fullo *permutavevit*, & alit alterius dederit *l.* 13. §. 6. *D. locat.* Eodem sensu permutationem facere dixit Alfenus *l.* 31. *D. locat.*

Permutare pro alternare. Convenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur *l.* 5. *D. de aqu. quot.*

PERMUTATIO est, quum res pro re, corpus pro corpore datur. Si pecuniam dem, ut rem accipiam, emtio venditio est, sin autem rem do, ut rem accipiam, non placet permutationem, verum emtionem esse *l.* 5. *D. de præscr. verb.*

Per-

Permutatio pro mutatione. Status permutatio *l.* 11. *D. de capit. minut.*

PERNECESSARIA res *l.* 11. §. 4. *D. de min.*

PERNICIANUM Senatusconsultum. Ita vocatur ab Ulp. *tit.* 16. §. 3. Vid. *Persicianum.*

PERNICIES. Fructuarius non debet quidquam facere in perniciem proprietatis *l.* 13. §. 4. *D. de usufr.* Ne in perniciem mariti mulier punita sit *l.* 36. *D. sol. matr.*

Pernicies exsecranda delatorum *l.* 2. *C. Th. de petit. & ultro dat. Perniciem* hereticis minantur Imperatores in *l.* 4. *Cod. Theod. de hered.*

PERNICIOSE agere *l.* 3. §. 5. *D. de susp. tut.* errare *l.* 91. §. 3. *D. de verb. oblig.*

PERNICIOSUS furor *l.* 22. §. 7. *D. sol. matr.*

PERNOCTARE extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est. *Per* enim totam noctem significat *l.* 66. §. ult. *D. de verb. signif.*

PERNUMERARE res hereditarias *l.* 1. *D. de ventr. in possess. mitt.*

PERORARE caussam, vel negotium est caussam orare vel agere in *l.* 46. *C. Theod. de decurion.* Alias *perorare* caussam est peragere, ad finem deducere *l.* 14. §. 8. *D. de bon. libert. l.* 6. *D. de quæstion.* Eodem sensu *perorare* negotium est in *l.* 19. *C. Th. de appellat. & consult. l.* 64. *C. Theod. eod. tit.*

PERPENDERE fidem testimonii *l.* 13. *D. de testib.* Perpensa cura *l.* 29. *pr. C. Th. de annon. & trib.* deliberatione *l.* 1. *C. de metallar. Perpenso* judicio *l.* 7. *C. de accus.* studio *l.* 5. *C. Th. de suscept.* Mulier, cujus prætor perpensam voluntatem intellexerit *l.* 1. §. 7. *D. de suscept.*

tut. §. 3. *Inst. eod. tit.* Quo tamen posteriore loco aliæ editiones habent *propensam*, quemadmodum & Theophilus legisse videtur, *εἰ δὲ καὶ τις ἑτέρα γυνὴ, ἧς ὁ πραίτωρ ὁρᾷ τὴν γνώμην ῥέπουσαν εἰς τὸ εὐσεβεῖν.* Sed si qua alia mulier fuerit, quam prætor pietatis studio eo venire viderit.

PERPERAM petere *l.* 22. §. 4. *D. rem rat. hab.* pronunciare *l.* 8. §. 4. *D. si serv. vind.* judicare *leg.* 62. *D. de re judic. l.* 42. *D. de liber. causs. l. ult. C. de pœn. jud.* exheredatus *l.* 12. §. 3. *D. de bon. libert.* excusatus *l.* 11. §. 4. *D. de minor.* contractum *l.* 18. *D. de tutel. & rat. distr.* injunctum officium *l.* 5. *C. qui tutor.* agere *l.* 2. §. 6. *D. de eo, quod cert. loc.* scriptum *l.* 24. *D. de reb. dub.* sese manifestare *l.* 14. *C. de contr. & commit. stip.* i. e. non jure, injuria *Perperam* alias est per errorem, & imprudentiam. Sic *perperam* consensum dare *l.* 1. *C. si major. fact.* pecuniam accipere *l.* 80. §. 5. *D. de furt.* solvere *l.* 26. §. 1. *D. de pact. dot. l.* 9. *D. de pecun. constit. l.* 40. *D. de condict. indeb.* Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 92. Ulpian. *tit.* 24. §. *ult.* tradere *l.* 4. §. 1. *D. pro soc.* agere *l.* 2. *C. si major. fact. alien.* confiteri *l.* 5. *D. de interrogat.* pronunciari *l.* 12. §. 3. *D. de bon. libertor.* judicare Cic. *lib.* 2. *in Verr. c.* 23. Hirtius de *bello Hispan. cap.* 12. Quibus ex locis adparet, ita quoque accipiendum esse, quod Varro scribit *lib.* 3. *de re rust. c. ult.* Ille flens narrat ab nescio quo percussum cultello concidisse, quem, qui esset, animadvertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse, vocem *perperam* feciisse. Suet. *in Domit. c.* 11. Quod enim comitiorum consularium die destinatum perperam præco non consulem ad

populum, sed imperatorem pronunciasset.

Perperam accipere, id est, *perperam* seu errore solutum accipere *l.* 80. §. 5. *D. de furt.* Per fraudem vel dolum vel *perperam* sine judicio factis divisionibus *l.* 3. *C. comm. utriusque judic.*

PERPES pro perpetuus. *Perpes* auctoritas *l. ult. C. Theod. de can. frum. urb. Rom.* firmitas *l.* 4. *pr. C. Theod. de collat. donat. l.* 2. §. 2. *C. Th. si cert. pet. de suffrag.* Ubique *perpetua* substituit Justinianus *l.* 3. *C. de can. frum. urb. Rom. l. un.* §. 1. *C. de suffrag.* Gesta translata in publica monumenta habere volumus *perpetim* voluntatem *l.* 55. *C. Th. de haret* Sed Codex Justinianeus *perpetim* mutavit in perpetuam *l. ult. C. de re jud.*

PERPETRARE, id est, factum peragere. Qui sibi manus intulit, & non perpetravit *l. ult.* §. 6. *D. de bon. eor.* junct. *l.* 38. §. *ult. D. de pœn.* Add. *l.* 1. §. 1. *C. de rapt. virg. l.* 4. *C. ad Leg. jul. de adult.*

PERPETUARE obligationem *l.* 56. §. *ult. D. de fidejuss.* Litis contestatione temporales actiones perpetuantur *l. ult.* §. *ult. D. de fidejuss. tutor.* ut & per oblationem precum, & ad eas rescriptionem *l. ult. C. quand. libell.* Perpetuari dicuntur obligationes, quæ ob culpam, factumve debitoris, vel litis contestatione perpetuæ efficiuntur. Post litem contestatam *perpetuatur* adversus eum obligatio *l.* 9 §. 3. *D. de jurejur.* Quoties culpa intervenit debitoris, perpetuari obligationem *l.* 91. §. 3. *D. de verb. oblig. Perpetuari* etiam pœna dicitur, quæ quum temporaria esset, perpetua efficitur *l.* 87. §. 7. *D. de pœn.*

PERPETUARII fundi rei privatæ principis *l.* 14. *C. Th. de vir.* Eos non alios esse, quam Emphyteuticarios, ostendit Jac. Gothofred. *in Comment. ad l.* 12. *C. Theod. de extraord. siv. sord. mun.* Vocantur alias fundi *perpetui juris l.* 10. *C. Th. de infirm. his, quæ sub tyrann.* Prædia *jure perpetuo consignata l.* 10. *C. de excus. muner.* Fundi ad patrimonium principis pertinentes, *qui perpetuo jure tenentur l.* 15. *C. eod. tit.* Possessores eorum dicuntur *jure perpetuo possidentes l.* 12. *C. Theod. de extraord. sive sord. mun. perpetuo jure retinentes l. ult. C. Th. de conlat. fund. patrim. & emphyt.* & sæpius *perpetuarii* in *l.* 5. *C. de locat. præd. civ. vel fisc.* ipsumque jus, quod possessores hujusmodi fundorum habent, jus *perpetuarium*, hoc est, emphyteuticarium *l.* 1. *C. de offic. Comit. sacr. palat.* Add. Alciat. *lib.* 1. *paverg. c.* 37. ubi & illud Sen. in ἀποκολοκυντ. *Claud. Cæsar. Tu autem, qui plura loca calcasti, quam ullus mulio perpetuarius*, huc refert, ibique *mulionem perpetuarium* interpretatur mercenarium, qui mulam veterinam conductam in perpetuum, dum vixerit, certo pretio habet, eaque vecturam facit. Sed aliter Gronovius *ad eum locum n.* 12. & Barth. *lib.* 11. *adversar. c.* 37.

PERPETUO, id est, in perpetuum, dicitur actio competere *l.* 3. §. 1. *D. de vi & vi arm.* actio & interdictum dari *leg.* 4. §. *ult. l.* 17. §. 3. *D. de damn. infect. l.* 20. §. 6. *D. de op. nov. nunc.* heres conveniri *l.* 17. *D. de castrens. pecul.* Atque hoc sensu verba hæc a juris auctoribus scripta erant, quæ hodie ex principum constitutionibus non ultra triennii spatium porriguntur. Quod ex naturali causa fit, etsi non adsidue fit, perpetuo tamen fieri existimatur *l.* 28. *D. de servit. præd. urb.* An ad tempus fideicommissum, an perpetuo præstari voluerit,

rit *l. 6. D. de ann. legat.* Servi, qui hoc animo a domino inducti essent, ubi *perpetuo* essent, non temporis caussa adcommodarentur *l. 32. D. de pignor.* Res, quas *perpetuo* quis ibi habuerit, atque ita disposuit, ut perpetuo haberet *l. 32. §. 3. D. de hered. inst.* Prædia, quæ perpetuo quibusdam fumenda traduntur, id est, quamdiu pensio sive reditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi ejus, cujus conductor, heresve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, auferre liceat §. 3. *Inst. de locat.*

PERPETUUS, *a, um.* Perpetuæ actiones temporalibus opponuntur. *Perpetuæ* autem *actiones* olim dicebantur, quæ perpetuo, seu in infinitum competebant, quales erant rei persequutoriæ, quæ ex legibus, SCis, aut ex sacris constitutionibus proficiscebantur, aliter atque eæ, quæ ex Prætoris jurisdictione pendebant, quæ plerumque annuæ erant. Hæc actio, quæ competit de effusis & dejectis, *perpetua* est *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel dejec.* Atque ita in Pandectis accipere debemus, quod a Ictis scriptum est, *perpetuo* seu *in perpetuum* actionem dari, ut *l. 28. §. ult. D. de dol. mal.* Idem etiam significat in perpetuum teneri *l. 29. D. tod. tit. Perpetuæ* autem erant olim actiones, seu *perpetuo* competebant, heredique & in heredem dabantur actiones, quæ rei persequutionem habebant. Unde Ulpianus de Faviana actione loquens: Hæc actio, ait, in perpetuum datur, quia habet rei persequutionem *l. 3. §. 1. D. si quid in fraud. patr.* Similiter de actione damni infecti. Hæc actio, ait Ulpianus, quum rei habet persequutionem, & heredi & in heredem, & *perpetuo* dabitur *l. 4. §. ult. D. de damn. infect.* Hæc actio, quæ adversus heredes, ceterosque successores pertinet, perpetuo competit, quia in eo rei persequutio continetur *l. 3. §. 1. D. de vi & vi arm.* Judicati actio *perpetua* est, & rei persequutionem continet *l. 6. §. ult. D. de re judic.* Hoc interdictum *perpetuum* est *l. 3. §. ult. D. de hom. lib. exhib. l. 20. §. 6. D. de oper. nov. nunc. l. 2. §. 34. D. ne quid in loc. publ.* Hæc judicia, quamvis honoraria sunt, tamen perpetua sunt *l. ult. §. ult. D. naut. caup. stab.* Eodem sensu perpetuam obligationem accipe in *l. 35. §. ult. D. de negot. gest. l. 91. §. 4. D. de verb. oblig.* ex qua nimirum actio in *perpetuum* datur. Nec aliter *perpetua* stipulatio exaudienda est *l. 24. §. ult. D. de usur.*

At novo jure *perpetuæ* actiones accipiuntur, quæ usque ad triginta vel quadraginta annos extenduntur. His enim temporum curriculis, & cancellis omnes tam in personam, quam in rem actiones tamdem principalibus constitutionibus circumscriptæ fuerint *pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. 3. 4. C. de præscript. trig. vel quadr. ann.* Proinde alia est hodie, atque olim fuit, verbi hujus sententia. Et ideo hodie *in perpetuum*, prout & Justinianus interpretatur, est usque ad finem constitutionibus introductum *pr. Inst. de perpet. & temp. act.* Unde etiam actio *perpetuo durare* dicitur, quæ etiam post triginta annos, & usque ad annum quinquagesimum durat *l. 1. junct. l. 3. C. de aleator.*

Perpetuæ exceptiones, & temporales opponuntur *l. 3. D. de except.* Vide supra sub *articulo peremtoriæ exceptiones.* Exceptio *perpetua* pacti conventi *l. 5. C. de pact. Perpetua* exceptio parit con-

dictionem *l.* 26. §. 7. *D. de condict. indeb.* Jusjurandum perpetuam exceptionem parit *leg.* 40. *D. de jurejur.* Exceptione *perpetua* succurri ei, qui per vim expulsus post retinuit possessionem.

Perpetua aqua *l.* 1. §. 3. *D. ut in flum. publ.* ubi temporali opponitur.

Perpetua caussa. Quod dicitur, omnes servitutes prædiorum perpetuas caussas habere debere *l.* 28. *D. de serv. præd. urb.* hunc sensum habent, ita servitutes constitutas, comparatasque esse debere, ut res semper sit idonea ad servitutis usum, verbi gratia, ex aqua, quæ arescit, & ex cisterna aquæductus cedi non potest, quoniam caussam seu materiam *perpetuam*, id est, vivam & perennem aquam non habet *l.* 1. §. 3. *D. de fonte.* At ejus aquæ, quæ ex cœlo cadit, in vicinum immittendæ utiliter constituitur servitus, quoniam etsi ea adsidue non cadat, quum tamen ex naturali caussa cadat, perpetuo cadere intelligitur. Contra non *perpetuam* caussam habet, quod manu fit *l.* 28. *D. de servit. præd. urb.*

Perpetua condictio *l.* 10. *C. locat.*

Perpetua consuetudo *l.* 6. *D. quod cujusq. univ. nom.* id est, semper observata, ut *l.* 32. §. 6. *D. de adm. & peric. tut.*

Perpetuum edictum adpellatum est, quod ex annuis prætorum edictis *perpetuæ* jurisdictionis caussa propositis, iisque magna ex parte traslatitiis a Salvio Juliano compositum & in ordinem Digestum, titulisque distinctum, *perpetui* juris vim vigoremque Hadriani Imperatoris auctoritate, nec non Senatusconsulti, quod super ea interceSSit, auctoritate obtinuit *l.* 2. §. 18. *C. de vet. jur. enucl.* Vid. supra sub art. *Edictum.* Nimirum perpetuum dicitur, non modo, quod sine caret, sed &, quod continuum, vel non interruptum, sive quod non cessat, quamdiu durat. Tales sunt loquutiones veterum Palus *Perpetua* Cæs. *de bell. Gall. lib.* 7. *c.* 57. Biennium *perpetuum* Terent. *Aecyr. Act.* 1. *SC.* 2. *v.* 12. & ibi Donat. *Perpetuæ* ædes Plaut. *Mostell. Act. SC.* 2. *v.* 68. *Perpetua* nox, Idem *Rudent. Act.* 2. *SC.* 3. *vers.* 40. Unde intelligitur, quod jam ante Hadrianum Lege Cornelia *perpetua* facta sint *Edicta* prætorum, quum tamen his adhuc integrum fuerit, sub magistratus auspicia nova edicta proponere. Quia enim per annum mutari amplius non poterant edicta, vocabantur *perpetua.* Quod quum non animadverteret Jac. Menardus in *Not. ad Cic. Verrin.* 1. *p.* 103. apud Ascon. Pædianum legendum putavit, *ex edictis suis propositis*, pro *ex edictis suis perpetuis.* Quin ex eodem hujus notionis neglectu, *ante Hadriani tempora nusquam edicti perpetui vocem reperivi*, perperam scripsit Guil. Grotius *de vit. jurisc. II. 6. Hein.*

Perpetua excusatio temporali opponitur *l.* 4. §. 1. *D. de mun. & honor. l.* 8. *D. de exc.*

Perpetuum flumen, id est, perenne, & quod semper fluit. Ovid. *de remed. amor. v.* 651. *Flumine perpetuo torrens solet altius ire.*

Perpetuum impedimentum *l.* 101. §. 2. *D. de verb. sign.*

Perpetui inhabitatores *l.* 1. §. *ult. D. de furt. adv. naut.*

Perpetuæ jurisdictionis caussa propositum opponitur illi, quod proponi solet, prout res incidit *l.* 7. *pr. D. de jurisd.* ubi perpetua jurisdictio intelligitur, sensu quo ante Hadriani tempora *perpetua* adpellata fuisse *edicta* prætoris modo vidimus. Et ita accipe ju-

jurisdictionem *perpetuam* in *l.* 2. *C. de restit. mil.*

Perpetuum jus, id est, certum, & *in omnia tempora scriptum*, ut Quinctil. *Declam.* 150. Secundum jus *perpetuum leg.* 3. *D. de pignor. act.* ubi Julius Pacius edictum perpetuum intelligit. Juxta juris *perpetui* formam *l.* 5. *C. de appellat.* An non facit dolo qui jure perpetuo utitur *leg.* 42. *D. de act. emt.*

Perpetuus lacus *l.* 23. §. 1. *D. de servit. præd. rust.* id est, qui perpetuam aquam habet, ut *l.* 1. §. 1. *D. ut in flum. publ. nav. lic.*

Perpetuum legatum *l.* 23. *D. de ann. legat.*

Perpetua mensura *l.* 1. §. 5. *D. de flum.*

Perpetuus morbus, qui intermissionem non habet, sed rebus gerendis impedimento est *l.* 6. *l. ult.* §. 1. *D. de Ædil. edict. l.* 27. §. 7. *D. solut. matr. l. ult. C. de curat. furios. l.* 5. *D. de postul. l.* 54. *D. de proc.*

Perpetui officiales in *l.* 34. *pr. D. de reb. cred.* dicuntur, non qui officii finem nullum habent, sed qui non habent officii finem certum, seu quorum officium non finitur, finito officio præsidum.

Perpetuum opus. In opus *perpetuum*, vel temporarium dari *l.* 1. §. *ult. D. effract. l.* 34. *D. de pœn.* id est, ad totum vitæ tempus.

Perpetuum pactum, quod non est ad tempus factum. Exceptio pacti conventi *perpetui*, id est ne omnino pecunia petatur *l.* 3. *D. de exc.*

Perpetua pensitatio *l.* 24. *D. de ann. leg.*

Perpetua exsilii pœna *l.* 39. *D. de jur. fisc. Perpetuis* pœnis tenebitur Ulp. *tit.* 16. §. 3.

Perpetuæ quæstiones, quas Censorino & Manilio consulibus constitutas Cicero in *Bruto cap.* 27. scribit, ita duabus de caussis appellatas bene quidem monuerunt. Una est, quod ordo hujusmodi publicorum judiciorum exercendorum lege semel præscriptus fuit, certaque forma in universum data, ut nova deinde lege non opus esset. Altera est, quod annuam his quæstionibus exercendis prætores illi, qui publicis judiciis præerant, operam darent, non quemadmodum ante fieri solebat, quum ita res tuliſſet, ut quæstio decernenda videretur, tum legeretur, qui quæreret, specialisque de ea rogatio perferretur.

Perpetuæ sepulturæ traditum corpus, & ad tempus alicui loco commendatum opponuntur, apud Paull. *lib.* 1. *sent. tit.* 21. §. 4. Add. *l.* 10. *C. de relig. & sumt. fun. l.* 3. §. 4. *D. de sepulcr. viol.* In *perpetuam* servitutem venire *l.* 44. §. 7. *D. de legat.* 1. *l.* 1. *C. si serv. export. ven.*

Perpetua valetudine tentus *l.* 1. *C. qui morb. se excus.* Plin. *lib.* 1. *epist.* 12. Evasit *perpetuam* valetudinem.

Perpetuæ vincula *l.* 8. §. *ult. l.* 35. *D. de pœn. l.* 1. *C. qui non poss. ad libert. l.* 5. *C. famil. erciſc.*

Perpetua & constans voluntas *l.* 10. *D. de just. & jur. pr. Inst. eod. tit.*

Perpetuus usus *l.* 17. §. 7. *D. de action. emt. l.* 242. §. *ult. D. de V. signif.*

Perpetua utilitas *l.* 3. *D. de impens. in rem. dot. fact.*

Notandæ porro phrases. Dotis caussa perpetua est, & ita contrahitur ut semper apud maritum sit *l.* 1. *D. de jur. dot.* id est, durante matrimonio. Hoc non est perpetuum, id est, non semper locum habet *l.* 40. *D. de condict. indeb. pr. Inst. de satisd. tut. l.* 36. *D. ad SC. Trebell.* Utrum uno dumtaxat anno, an in *perpe-*

tuum decem annua præstanda sint *l.* 20. *§. ult. D. de ann. legat.* puta quoad vixerit legatarius. Sic procurator, dari in *perpetuum*, vel usque ad diem *l.* 3. *&* 4. *D. de procur.* In *perpetuum* relegatus *l.* 3. *C. qui pot. tut.* Societas coiri potest in *perpetuum*, (id est, dum vivunt,) vel ad tempus *l.* 1. *D. pro soc.* non in æternum *l.* 70. *D. eod. tit.*

PERPLEXUM. Dixi τῶν ἀπόρων, id est ex *perplexis* hanc quæstionem esse *l.* 88. *pr. D. ad leg. falc.*

PERQUAM nimiæ diligentiæ *l.* 6. *in fin. D. de cadav. punit.* Perquam ridiculum *l.* 7. §. 22. *D. de interd. & releg.*

PERRARO *l.* 18. §. 1. *D. de minor.*

PERSCRIBERE. Ut chirographum perscriberet sua manu *l.* 26. §. 1. *D. de pign.*

PERSCRIPTIO (ita enim legendum pro proscriptio in *l.* 10. *D. de decurion.*) est in tabulas publicas relatio. Cic. *Philip.* 5. Illa vero diffipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis *perscripzionibus*, donationibusque avertit. Idem *pro Flacco. Perscriptiones* pro Syngraphis accepit his verbis, *perscriptiones* cum mulierculis aperta, circumscriptione fecisti. Attamen *proscribere* in pacto convento pro perscribere legitur in *l.* 71. *pr. D. pro soc.*

PERSECARE. Tunc reus homicidii fit dominus, si servum occiderit ferarum unguibus latera *persecando l.* 1. *C. de emendat. servor.*

PERSEQUI, insequi *l.* 44. *D. de adquir. rer. dom. Persequi* feram *l.* 5. *§. 1. D. l.* 41. *D. de adquir. rer. dom.* aliquem inimicitiis *l.* 22. *D. de adim. legat.* servum fugitivum *leg.* 2. *D. ad leg. Fab. de plag.*

Persequi alias est per judicem, vel per prætorem quid petere. Proinde persequi dicimur rem nostram, sive nobis pignori obligatam, sive nobis debitam. *Persequi* videtur & qui satis accepit *l.* 57. *§. ult. D. de verb. signif. Persequi* per actionem *leg.* 2. *D. ad leg. Fab. de plagiar.* caussam adpellationis *l.* 27. *D. de adpell.* legis Aquilliæ damnum *§.* 11. *Inst. de leg. Aquill.* dominium *l.* 10. *C. de præd. minor.* hypothecam *l.* 11. *de quib. mod. pign.* judicatum *leg.* 39. *§.* 12. *D. de admin. & perio. tut. l.* 52. *§.* 1. *D. de fidejuss. pr. Inst. de action.* jus suum *l.* 30. *§. ult. D. de except. rei jud.* patrimonium *l.* 3. *§.* 2. *D. de bon. possess.* litem *l.* 5. *D. rat. rem habit.* mandati judicio *l.* 16. *D. mand.* pignora *l.* 14. *D. de pignor. l.* 9. *C. de præd. minor.* rem *l.* 32. *D. de fideicom. libert.* Hinc actiones rei persequendæ gratia comparatæ, quædam pœnæ persequendæ *§.* 16. *Inst. de action.* Nec tantum, qui privata actione experitur, sed & qui accusat, postulat, defert, persequi dicitur. Sic *persequi* accusationem *leg.* 16. *C. ad leg. Corn. de fals.* crimina *l.* 1. *C. de general. abol.* criminis caussam *l.* 1. *C. de furt.* suam fuorumque injuriam *l.* 12. *C. de his, qui accus. non poss.* reum *l.* 17. *D. ad SC. Turp.* ultionem, & mortem filii *l.* 9. *C. de his, qui acc.* Sed & Lex *persequi* dicitur, uti in *l.* 1. *C. ad Leg. Viscell.*

PERSEQUUTIO. Hoc verbo, ait Ulpianus, extraordinarias *persequutiones* puto contineri, ut puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent juris ordinarii exsequutionem *l.* 178. *§.* 2. *D. de verb. signif.* id est, quarum cognitionem extra ordinem magistratus ipsemet suscipit, qui jure ordinario non cognoscere ipse, sed judices dare solet.

Et

Et ita *perſequutio* ab *actione petitioneque* ſeparatur, ut in ſtipulatione Aquilliana. Quæcumque mihi tecum *actio*, quæque adverſus te *petitio*, vel adverſus te *perſequutio* ſit *l.* 13. §. *ult. D. de accept.* §. 2. *Inſt. quib. mod. oblig. toll.* Sic & in ſtipulatione de rato, cujus ea de re *actio*, *petitio*, *perſequutioque* ſit *l.* 23. *D. rat. rem hab.* Adde *l.* 10. *D. de verb. obl. l.* 49. *D. de verb. ſign. l.* 4. §. 1. *D. de caſtr. pecul.* Papinian. utique ita hæc diſtinguit, *Actio* in perſonam infertur, *petitio* in rem, *perſequutio* in rem, vel in perſonam. Verum ſubtilis hæc verborum differentia plerumque confunditur. Namque *actionis* verbo etiam *perſequutionem* contineri tradit Paullus *l.* 34. *D. de verb. ſignif.* Sic quæ fideicommiſſi *perſequutio* dicitur *l.* 3. *D. de uſur. l.* 32. *D. de fideic. libert. l.* 14. *C. de donat. int. vir. & ux.* eadem & fideicommiſſi actio vocatur *l. ult.* §. 4. *D. de legat.* 2.

Denique *perſequutionis* adpellatio latius patet, atque ad quaslibet actionum, petitionumque ſpecies porrigitur, ut *pr. Inſt. de except. l.* 45. §. 9. *D. de jur. fiſc. l.* 40. *D. de minor. l.* 2. §. 1. *D. de vi bonor. rapt. Perſequutio* dedictorum aut propria, aut communis *l.* 2. *D. de re milit.* eorum, quæ vi vel furto ablata ſunt *l.* 1. *C. de his, quæ vi metuſve cauſſa. Perſequutio* loco deteriori non fit, quamvis exactio rei poſſit eſſe difficilior *l.* 11. *D. ſi quis cau. in judic. ſiſt. Perſequutio* hereditatis *leg.* 5. §. 4. *D. de legat. præſt.* juris ſuis *l.* 46. *D. de pact.* legati *l.* 16. §. 7. *D. de bon. libert.* nominis *l.* 2. *C. de donat.* pecuniæ *l.* 16. *C. de don. int. vir. & ux.* pignoris & hypothecæ *l.* 17. & 18. *C. de pignor.* pœnæ *l.* 1. §. 4. *D. ad SC. Turp.* rei *l.* 6. §. *ult. D. de re jud.* uſusfructus *l.* 3. *Digeſt. ſi cert. pet.*

Perſequutio beſtiæ *l.* 5. *pr. l.* 44. *D. de adq. rer. dom.*

PERSEQUUTORES, *Perſequutoria.* Vid. infra *proſequutor, proſequutoria.*

PERSEVERANTIA *l.* 3. *D. de divort.*

PERSEVERARE agere injuriarum *l.* 17. §. 6. *D. de injur. & famos. libell.* petere *l.* 2. §. 3. *D. de dol. mal. & met. except.* vel in petendo *l.* 34. §. *ult. D. de aur. leg.* dominus rerum hereditariarum *l.* 6. *C. de hered. vel act. vend. l.* 3. *C. de his, quæ a non dom.* bonorum eſſe *l.* 12. §. 1. *D. de capt. & poſtl.* mortuo illo tutores *l.* 12. *D. de tutel.* in eodem actu *l.* 37. *D. de adm. & per. tut.* in adminiſtratione *l.* 11. *C. arbitr. tut.* in eadem contumacia *l.* 3. *C. de ſuſp. tut.* in crimine uſque ad ſententiam *l.* 7. *D. de accuſ.* in eadem cura *l.* 25. *D. de tut. & cur.* in eodem furore *l.* 32. §. 6. *D. de uſu & uſufr. leg.* in lite *l.* 10. §. *ult. D. de judic.* in matrimonio *l.* 101. §. 3. *D. de condit. & demonſtr. l.* 11. §. 10. *D. ad leg. jul. de adult.* in eadem obſtinatione *l.* 5. *C. de ingen. manum.* in officio *l.* 37. *D. de adminiſtr. & peric. tut.* in poſſeſſione *l.* 15. §. 35. *D. de damn. infect.* in querela *l.* 15. §. 1. *D. de inoff. teſt.* in ſocietate *l.* 42. §. 1. *D. de adquir. hered.* in eadem temeritate *leg.* 28. §. 3. *D. de pœn.* in viduitate *l.* 15. §. 8. *D. ad leg. jul. de adult.* in eadem voluntate *l.* 65. *D. de rit. nupt.*

Perſeverare, id eſt, durare conſtare dicuntur, cauſſa *l.* 20. §. 13. *D. de oper. nov. nunc.* cura *l.* 16. §. *ult. D. de tut. & rat. diſtr.* legatum *l.* 32. §. 6. *D. de uſu & uſufr. leg.* matrimonium *l.* 5. *C. de collat.* obligatio *l.* 11. *D. quib. mod. pign. l.* 14. *D. de*

pignor. l. 30. §. *ult. D. de exc. rei jud.* pignoris persequutio *leg.* 29. §. 2. *D. de pignor.* voluntas *l.* 1. §. 14. *D. quod legat.*

PERSICIANUM, vel uti Ulpian. *Fragm. tit.* 16. §. 3. vocat *Pernicianum* Senatusconsultum, quod erat de sexagenariorum, & quinquagenariorum nuptiis. Plura de hoc SCo habes apud Schulting. *in jurispr. vet. antejustin. p.* 613. & apud Hein. *in Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 204.

PERSOLVI dicitur, quod in totum solvitur in *l. ult.* §. 4 *D. de legat.* 2. *l.* 2. §. 3. *D. pro emtore.*

PERSONA in jure nostro est homo cum statu suo consideratus. Nativo suo significatu hoc vocabulum notat fictitiam faciem, sive larvam, qua utebantur comici, ut varium fingerent vultum pro vario, quo imitabantur, subjecto. Vid. Gell. *lib.* 5. *c.* 7. Indigitat hoc ipsum Phædrus *lib.* 1. *fab.* 7. *Personam tragicam forte vulpes viderat, O! quanta species, inquit, cerebrum non habet.* Hinc desumta metaphora aliis rebus & personis adplicari cœpit. Ita jam Seneca *c.* 24. ad hoc digitum intendit: *Non hominibus tantum, ait, sed & rebus detrahenda persona est, & reddenda facies sua.* Nec inconcinnam hanc translationem fuisse, facile adparet, quem enim modo conspexisti jura civitatis suæ defendentem Cajum, eum mox videbis ut maritum potestatem maritalem defendentem, mox ut parentem bona filii adventitia sibi addicentem. Et ita non nisi mutata persona contemplari licet Cajum pro diversitate status. Elegantes hæc exponit Hert. in *Diss.* de uno homine plures personas repræsentante Wurff. *jurispr. defin.* §. 49. Servi utique in ratione civilis status *personam* non habent, eosque in rebus censeri notissimi juris est. Itaque recte Theophilus *ad* §. 2. *Inst. de hered. inst. & pr. Inst. de Serv.* Servos ἀπροσωπους vocat. Quatenus vero cum statu naturali consideratur servus, persona quoque dicitur. Hinc summa de jure personarum divisio hæc est, quod omnes homines liberi sint, aut servi *l.* 3. *D. de stat. hom.* De *personarum* statu, id est, hominum *leg.* 2. *D. eod. tit.* In *personam* servilem nulla cadit obligatio *l.* 22. *D. de divers. reg. jur.* Omne jus vel ad personas pertinet vel ad res, vel ad actiones *l.* 1. *D. de stat. hom.* Ex *persona* patris vel filii domini *l.* 11. *D. de legat.* 1. In *persona* filii *leg.* 19. §. 2. *D. de stipul. servor.* In cujus *persona* stipulatio consistit *l.* 11. *D. eod. tit.* In stipulationibus numquam *personam* inesse, nisi expressa sit *leg.* 126. §. 2. *D. de verb. oblig.* Personæ, quæ ex virili sexu, vel ex feminino descendunt *l.* 1. §. *ult. D. de legat. præst.* Pupillus in his, quæ a substituto relinquuntur, *personam* sustinet ejus, a quo sub conditione legatur *l.* 7. §. *ult. D. de liberat. legat.* Hoc in eorum *persona* concessum est, qui &c. *l.* 57. *D. de adqu. rer. dom.* In quibus factum personæ desideratur *leg.* 61. *D. eod. tit.* Ex *persona* sua filius, vel ex persona filii pater *l.* 17. §. 2. *D. ad municip.* Personæ uxorum *l. ult.* §. 1. *D. de liberal. causs.* Singularis *persona*, vel collegium, vel corpus *l.* 9. §. 1. *D. quod met. causs.* Ex cujus *persona* fideicommissa esse cœperunt *pr. Inst. de codicill.* Persona certa, incerta, legitima. Vide his voc.

Personæ cohærere dicuntur jura, quæ personas non egrediuntur, eorumque, quibus competunt, morte exstinguuntur, nec ad heredes transeunt. Conditiones, quæ per-

personis cohærent *l.* 6. §. *ult. D. de statu lib.* Jus aquæ dandæ, quod prædiis datur, exstincta *persona* non exstinguitur, quod datur *personis*, *cum personis* amittitur *l.*2. §.43. *D. de aqu. quot. & æstiv.* Jus fruendi morte exstinguitur, sicuti si quid aliud personæ cohæret *l.* 3. §. *ult. D. quib. mod. usufr.* Munera, quæ *personis* cohærent *l.*1. *C. de mulier. & in quo loc. munera sex.* quæ & *personarum* munera vocantur *l.*1. *D. de mun.* nec non munera, quæ personis mandantur *l.*1. *C. de sumt. vecup.*

Persona ut plurimum causſæ, sive rei opponitur. Haustus aquæ, pecoris ad aquam adpulsus est servitus *personæ l.* 14. §. *ult. D. de alim. & cibar. leg.* Servitutes aut *personarum* sunt, aut rerum *l.*1. *D. de serv.* id est, aut hominum, aut prædiorum ut *l.*15. *D. eod. tit.* Privilegia quædam causſæ, quædam *personæ*, quæ ad heredem non transeunt *l.* 196. *D. de regul. jur.* Tutor *personæ* non rei vel causſæ datur *l.* 14. *D. de testam. tut.* Itaque *in personam*, & *in rem* invicem pugnant. Sic in *personam*, & *in rem* actio adversantur. Actiones aut in rem sunt, aut in *personam*. Namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio, quo casu proditæ sunt actiones in *personam*, per quas intendit, adversarium ei dare, aut facere oportere §.1. *Inst. de action.* In *personam* actio, quæ & condictio adpellatur, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper adversus eumdem locum habet *leg.* 25. *D. de oblig. & action.* Litis nomen omnem actionem significat, sive in rem, sive in *personam leg.*36. *D. de verb. signif.* sive in *personam*, sive in rem petitio *l.* 178. §.2. *D. eod. tit.* Actionem fideicommissi in personam competentem *l. ult.* §. 4. *D. de legat.* 3. Pactum si in rem constituatur, & si in *personam* conceptum est, opponuntur *leg.* 17. §.5. *D. de pact.* Similiterque si in rem pascisatur, & in *personam* pactum conceptum est, pugnant *l.*21. §. 1. *D. eod. tit.* Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum sit *l.* 57. *D. eod. tit.* Tale pactum, profiteor te non teneri, non in personam dirigitur *l.* 40. *pr. D. de pact.*

Persona pro potestate, & jure *personæ* competente. Majorem sibi in rebus filiorum vindicare *personam l.*3. *C. Th. de matern. bon.*

Persona etiam dicitur de hominibus defunctis, & angelis. Si quis donaverit aliquam rem *personæ* martyris, aut prophetæ, aut angeli *l.* 15. *C. de SS. Eccl.*

Persona pro statua, vel sigillo, cujus ex ore aquæ saliunt *l.* 17. §.9. *D. de act. emt.* Item constat, sigilla, columnas quoque, & *personas*, ex quarum rostris aqua salire solet, villæ esse. Vocantur alias *Marsyæ*. Glossarium Petronii: *Marsyæ*, *personæ*, *seu sigilla*, *ex quorum rostris*, *aut alia corporis parte aqua salire solet*, *varie efficta. In fontibus ac puteis putealia adpellantur.* In theatris erant ejusmodi statuæ seu *personæ*, quæ odorato humore spectatores adspergebant. Lucan. *pharsal. lib.*9. *v.* 808. Utque solet pariter totis se effundere signis Corycii pressura croci. Propert. IV. 1. 14. Pulpita solemnes non oluere crocos. Vid. Em. Frigel. *de statuis illustr. Rom. c.*6. *p.*53. *Hein.*

PERSONALE, quod personæ cohæret, non rei, aut causſæ, quod cum persona exstinguitur, nec ad heredes transit, quod per-

so-

sonam non egreditur. Hac significatione videtur accipi actio *personalis* in *l. ult. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. Personale* beneficium *leg.* 63. §. 1. *D. pro soc.* id est, soli socio, non ejus fidejussori datum. Hoc legati *personale* beneficium est *l.* 28. *D. de judic.* Tale beneficium *personale* est, & cum *persona* exstinguitur *l.* 13. *D. solut matrim.* Constitutiones principum *personales*, quæ nec ad exemplum trahuntur *l.* 1. §. 2. *D. de constit. princ.* §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. personalis* electio *leg.* 76. *D. de verb. oblig. Personale* munus, quod corporibus, labore, cura, sollicitudine animi ac vigilantia solemniter exstitit *l.* 1. §. 1. *D. de mun. & honor.* ex qua pete hujusmodi munerum exempla. Add. *l. ult. D. eod. tit. l.* 1. *C. de decurion. Personalis* obligatio *l.* 11. *D. quib. mod. pign. personale* pactum *leg.* 21. & 25. §. *ult. D. de pact.* id est, in personam conceptum, ut *l.* 17. §. 5. *l.* 21. §. 1. *l.* 55. *D. eod. tit.* quod alii non prodest, præterquam ei soli, cum quo conventio facta est; quod ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad heredem, ut eadem *l.* 25. §. *ult. D. eod. tit.* Quoties cohæret personæ id, quod legatur, veluti *personalis* servitus, ad heredem ejus non transit, si non cohæret, transit *l.* 8. §. 9. *D. de lib. leg.*

Personale & reale, sive id, quod in rem conceptum est, datur, competit, infertur, adversantur. Ita *personalis* actio *leg.* 38. *D. de judic. l.* 1. §. 21. *D. de collat. l.* 178. §. 2. *D. de verb. signif.* Hujusmodi enim actiones heredi, & in heredem dantur, nec personis contrahentium cohærent, sed ideo *personalis* actio, quod in *personam* sit, non in rem. Unde & in *personam* adpellatur *l.* 25. *D. de oblig. & act. l.* 36. *D. de verb. signif.* seu in personam competens, ut *l. ult.* §. 4. D. *de legat.* 2. seu quæ in personam infertur, ut *l.* 28. *D. de oblig. & act.* nimirum per quam intendit quis adversarium ei dare aut facere oportere §. 1. *Inst. de act.* Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa *personalia* sunt *l.* 1. §. *ult. D. de interd.* Petitio hereditatis, etsi in rem actio sit, habet tamen præstationes quasdam personales *l.* 25. §. 18. *D. de her. pet.*

PERSPICITUR, id est, constat, perspicuum est. Dos donationis instar *perspicitur* obtinere *l. un. C. si dos const. matr.* quæ pars posterior est *l.* 3. *C. Th. de dotib.*

PERSPICUI debitores *l.* 9. *C. Theod. quor. adpell.* i. e. manifesti.

PERSTARE pervicaciter *l.* 3. §. 16. D. *de susp. tut.*

PERSTREPERE, obstrepere. Præscriptiones civiles, quæ occurrere, atque *perstrepere* examini consueverunt *l.* 33. *C. ad leg. jul. de adult.* quæ est *l.* 7. *Cod. Th. eod. tit.*

PERSUADERE τῶν μεσῶν est. Nam & bonum consilium quis dando potest suadere, & malum *l.* 1. §. 3. D. *de serv. corrupt. Persuadere* est plus, quam compelli, atque cogi sibi parere *d. l.* 1. §. 3.

PERTENTARE, sive ut vulgo scribitur *peremtare*, pro tentare in *l.* 4. *extr. C. Th. de princ. agent. in reb.*

PERTICÆ iis, quæ vineis necessaria sunt, adnumerantur *l.* 1. *D. tign. junct.* in materiæ numero non lignorum redimuntur, ut pote quæ fulciendi causa parantur *l.* 56. *D. de legat.* 3. Perticæ quibus araneæ detergantur *l.* 12. §. 22. D. *de instr. vel instr. leg.*

PERTINERE. Verbum illud latissime patet. Nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sunt, & eis, quæ jure aliquo possideamus, quamvis non sint nostri dominii. *Pertinere* ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla earum causa sint, sed esse possint *leg.* 181. D. *de verb. signif.* Sic si Sejus legatum ad se pertinere voluerit *leg.* 64. D. *de furt.* Add. *l.* 44. §. 2. *D. de legat.* 2.

Pertinere etiam dicuntur, quæ jure obligationis, officii, item quæ jure interesse nos afficiunt. Quum legatarius fideicommissum ad se pertinere noluisset *leg.* 43. *D. de act. emt.* Quæ ad judicem pertinent *l.* 5. §. 8. D. *de Ædil. edict.* ad officium judicis *l.* 10. D. *usufruct. quemadm. cav.* magistratus *leg. ult.* §. 2. D. *ad municipal.* patris *leg.* 17. §. 18. D. *de injur.* ad prætorem *l.* 12. *D. de recept.* ad jurisdictionem *l.* 53. §. *ult.* D. *de re judic.* ad notionem præsidis *l.* 26. D. *de adpell.* Inter ipsos, aut qui ad eos *pertinent l.* 5. §. 2. D. *de don. int. vir. & ux.* Qui nihil ad se *pertinentes* latrones recipiunt *l. ult.* D. *de recept.* Somproniam ad animum meum pertinere cognovisti *l.* 60. §. 1. D. *mandat.* Causam ad se pertinentem idonee tueri *l. ult.* §. *ult.* D. *de adpell.* Litem ad se pertinentem exsequi *l.* 24. §. *ult.* D. *eod. tit.* Quum omnis exsequutio adpellationis ad adultos pertineat *l. ult.* §. *ult.* D. *eod. tit.*

Ad aliquid *pertinere* etiam dicitur, quod illo comprehenditur, & conjunctum est. Si Codicilli ad testamentum pertinere dicuntur *l.* 3. §. 8. D. *ad exhib.* Etenim testamento facto codicilli ejus jus sequuntur *l.* 46. D. *de jur. codicillor.* Proinde verba hæc testatoris. Si quid ad hoc testamentum pertinens reliquero, etiam codicillos ante testamentum hoc scriptos comprehendunt *leg.* 18. D. *eod. tit.* Add. *l.* 1. *C. de codicill. l.* 1. §. 1. D. *de tab. exhib.* Ad causam testamenti pertinere videtur id, quodcumque quasi ad testamentum factum sit *l.* 2. §. 1. D. *testam. quemadm. aper.* Add. *l.* 3. §. 18. *D. de SC. Silan. l.* 11. §. *ult.* D. *qui testam. fac. l.* 3. *C. quemadm. test. aper.*

Pertinere interdum est porrigi, extendi. Posteriores leges ad priores pertinent *l.* 28. D. *de legib.* id est, trahuntur *l.* 27. *D. eod. tit.* Cujus significatus alia vide exempla in *l.* 27. D. *de legib. l.* 1. D. *de jur. immun. l.* 17. §. *ult.* D. *de injur. & famos. libel. l.* 3. §. 3. D. *quod quisq. jur. in al. stat.* Hæc verba, *Is, ad quem ea res pertinet*, variam habent in prætoriis edictis, & in stipulationibus interpretationem. Plerumque certe sic intelliguntur, ut qui in universum dominium vel jure civili, vel prætorio successerint, contineantur *leg.* 70. D. *de verb. signif.* Atque ita in Ædilitio edicto verba hæc, emtori, aliisque, *ad quos ea res pertinet*, accipimus *l.* 1. §. 1. *l.* 19. §. 5. *l.* 31. §. 21. D. *de Ædil. edict.* Unde & in *l.* 53. D. *de oblig. & act.* quum adjicitur, *eive, ad quem ea res pertinet*, & adrogati, & eorum, qui jure nobis succedunt, personas comprehendimus. Iisdem verbis heredes, & bonorum possessores, & ceteri successores demonstrantur *l.* 1. §. 14. 15. *& l.* 2. §. 1. D. *quod legator.* Eodem modo & in *l.* 40. D. *si cert. pet. & l.* 37. §. 3. D. *de legat.* 3. hæc verba accipimus. Sed & in edictis de jurejurando, & in cautione de rato, non eos tantum, qui in jus universum, sed & qui in rem successerint, ea verba complectuntur *l.* 7. & 8.

8. *D. de jurejur. l.3. & 22. §.7. D. rat. rem haber.* Heredes ceterique, *ad quos ea res* pertinet *l. 5. §. ult. D. de contrar. tut.* Heres, *ad quem ea res pertinebit l.* 126. §. 2. *D. de verb. oblig.* In edicto vero de ventre inspiciendo ii continentur, quorum interest, partum non edi, vel totam habituri hereditatem, vel partem ejus, sive ab intestato, sive ex testamento. De partu suppositio accusant parentes, aut his *ad quos ea res pertinet*, dominus tantum continetur, non etiam creditores *l.33. §.3. & 39. §.1. & 2. D. de procurat.* In edicto de bonis auctoritate judicis possidendiis, iisdem verbis etiam curator bonis distrahendis datus, & ipsemet debitor, si contigerit, ut ejus bona veneant, continebitur *l.9. pr. & §.3. D. de bon. auct. judic.* Plenius vero in lege Julia de adulteriis hæc verba accipiuntur, ut bonæ fidei emtores & fructuarios, & qui pignori acceperunt, & omnes, quorum interest, comprehendant *l.27. D. ad leg. jul. de adult.* Hæc eadem verba in satisdatione, quæ ab adrogatore præstari debet, non heredes dumtaxat legitimos, sed & substitutos, & eos, quibus libertates datæ, vel legata relicta sunt, complectuntur *l.* 8. *& 19. D. de adopt.*

Pertinere videntur rationes, quod ad verba edicti de edendo attinet, si eas argentarius actore vel procuratore ejus mandante, tractaverit. *Pertinere* quoque videtur ad procuratorem ratio, quam cum domino habet. Ad nos quoque pertinet non tantum, quum ipsi contraximus, vel successimus ei, sed etiam si is, qui in nostra potestate est, contraxit *l. 4. pr. l. 6. §. 5. l. 9. in fin. D. de edend.*

Pertinet pro spectat. Eo pertinet scire, ut possideat *l. 20. §. ult. D. de interrog. in jur. fac.* Eo *pertinet*, ut *l.1. §. ult. D. de inspic. ventr.* Quod maxime quæri *pertinere* ait *l.34. §. ult. D. mandat.* Ad rem pertinet *lex 93. D. de cond. & dem.*

Pertinere etiam competere significat. Damni infecti stipulatio *pertinet*, etiam si quid ejus operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ causa vitio damnum mihi contigerit *l.* 30. *D. de damn. infect.* Eadem hujus vocis notio est in *l.* 11. *D. de auct. tut.* notante Cujac. *in Recit. ad tit. de bon. possess. furios. p.* 1680.

Pertinere ad aliquid, veluti beneficium, pœnam est eo contineri, vel ejus participem esse. Neque filii libertorum, neque successores ad hoc beneficium pertinebunt *l.1. C. de revocand. donat.* Nemo possit ad indultum a nobis beneficium pertinere *l.* 14. *C. Th. de petit.* Add. *l. 3. Cod. Th. de privil. eor. qui in sacr. pal.* Qui honestiori loco nati sunt, non debent ad hanc pœnam pertinere Ulp. in *Collat. Leg. Mos. & Rom. Tit.* 11. §. 8.

Pertinere etiam lex, edictum, SC. dicitur ad ea, in quibus locum habet. Et ita constitutio *l. 1. C. de iis, qui in prior. cred. l.4. C. de fideic. libert.* edictum *l.4. §.2. D. de bon. possess. contr. tab. l.19. §.1. D. de testam. tut.* lex *l.* 1. §. 6. *D. ad leg. falcid.* SC. Silanianum *l.* 1. §. 7. *D. de SC. Silan.*

Quin etiam *pertinere* ad constitutiones, ad edictum, ad legem, ad SCum dicitur, quod edicti, legis, SCi verbis, vel mente, vel sententia continetur. Ita ad constitutionem *leg.* 4. §. 11. *D. de manumiss.* ad edictum *leg.13. D. ex quib. caus. major. l.7. D. quod met. caus. l.* 1. §. 2. *D. de op. nov. nunc. l.8. D. quod met. caus.*

ad

ad commune jus *l.* 25. *D. de teſtam. mil.* ad legem juliam de vi publica *l.* 8. *D. de ſepulcr. viol.* ad militum privilegia *l.* 20. §. *uit. D. de teſt. mil.* ad reſcriptum *l.* 45. *D. de act. emt.* ad SCum *l.* 60. *D. de vit. nupt.*

Pertinere ad aliquem porro dicitur augmentum *l.* 33. *D. ad SC. Treb.* periculum *l.* 60. *D. de vit. nupt.* Et pertinere quid dicitur ad alicujus periculum *l.* 45. §. 1. *D. de act. emt.* invidiam exiſtimationemque *leg.* 1. *D. de inſpic. ventr.* ignominiam *l.* 3. *C. teſtam. quemadm. aper.* Ratihabitio ad confirmationem prioris ſtipulati pertinet *leg. ult. D. de bonor. poſſeſſ.*

Pertinere aliquando eſt pervenire, pertingere. Si filii ancillæ ad libertatem pertinere non poſſint *l.* 13. §. *ult. D. de manum. teſtam.*

In interdicto de cloacis, quod ex ædibus ejus in tuas *pertinet*, hoc ſignificat, dirigitur, extenditur, pervenit *l.* 1. §. 10. *D. de cloac.*

PERTINGI, id eſt, attingi, inquietari. Neceſſe erit & eum pertingi, qui vetuit *l.* 8. §. *ult. D. de negot. geſt.*

PERTUNDERE. Si tector ſaccum vino plenum pertudit *l.* 27. §. *ult. D. ad Leg. Aquill.* Si uxor margaritas perforaſſet, ut pertuſis in linea uteretur *leg.* 27. §. 30. *D. eod. tit.*

PERVADERE jus alienum *l.* 2. *verſ. quæ non minus C. Th. und. vi.* rem debitam *l.* 6. §. 1. *C. eod. tit.* Qui per tumultum ſolum occupat, aut pervaſerit Papian. *Reſp. tit.* 8. *& tit.* 38. id eſt, invaſerit. Plura de verbi *pervadere* ſignificatione dixit Guil. Forner. *Select. lib.* 2. *c.* 11. *Tom.* 2. *Theſaur. jur. p.* 57. *Hein.*

PERVASIO pro ſpoliatione, invaſione in *l.* 5. *& 6. C. Th. D. de denunciat. Pervaſionis* actio Novell. Valentin. *tit.* 12. quæſtio Gregor. *lib.* 9. *Epiſt.* 55.

PERVAGARI ignis dicitur ad prædium vicini in *Coll. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 12. §. 7.

PERVEHERE, provehere. *Pervehere* in altioris militiæ gradus *l.* 2. *C. Th. quis in grad. præfer.*

PERVENIRE, ad locum deſtinatum contingere, ut in *l.* 22. *D. de donat. int. vir. & ux. l.* 137. *D. de verb. oblig. l.* 1. *D. de captiv. & poſtl. l.* 3. *D. de uſur. l.* 5. *D. de off. proconſ.*

Pervenire ad aliquem ſtatum, veluti ad ætatem quamdam, ut in *l. ult.* §. *ult. D. de adp. l.* 46. *D. de manum. teſtam. l.* 3. *D. quand. dies legat. l.* 20. §. 2. *D. de annuis legat. l.* 18. §. 2. *D. de alim. & cibar. leg. l.* 62. *D. ad SC. Trebellian.* ad dignitatem *l.* 34. *D. de oper. libert.* ad libertatem *leg.* 51. §. 1. *D. de evict. l.* 20. §. 4. *D. de adquir. vel omitt. hered. & paſſim* ad pubertatem *l.* 81. §. *uit. D. de legat.* 1. ad ſtatum ſuum *l.* 77. §. 14. *D. de legat.* 2. ad legitimum ſtatum *l.* 22. *D. de his, quæ ut indign.* in adoptivam familiam *leg.* 3. §. 9. *D. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* in jus alienum *l.* 14. §. *ult. D. quand. dies legator.* in poteſtatem alicujus *l.* 13. *D. qui teſtam. fac. l.* 22. *D. de capt. & poſtl. l.* 33. *D. de teſtam. milit. l.* 55. *D. de adquir. ver. dom. l.* 12. *D. de dot. præleg.* ad inopiam *l.* 26. *D. de fidejuſſ.*

Pervenire ad aliquem dicitur id, cujus vel dominus efficitur, vel in quo aliud quodvis jus adquirit. Sic dicuntur *pervenire* bona ad fiſcum *l.* 27. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 3. *Cod. de fidejuſſor.* ad heredem *l.* 1. *D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſe juſſ.* quid ex he-

re-

reditate bonisque *l.* 16. D. *ad SC. Trebell.* hereditas *l.* 94. §. 1. D. *de legat.* 1. *l.* 15. D. *de injust. rupt. l.* 73. D. *de regul. jur.* pecunia ex hereditate *l.* 25. D. *ad SC. Trebell.* fundus *l.* 49. D. *de donat. int. vir. & ux.* patrimonium *l.* 126. D. *de legat.* 1. numi *l.* 27. §. 21. D. *ad Leg. Aquil.* pecunia *l.* 10. D. *de condict. causs. dat.* quæ dicitur in rem pupilli pervenire *l.* 33. D. *de solut.* Ita & *pervenire* ad aliquem dicitur commodum *l.* 4. *C. de usu & habit.* dominium *l.* 4. *C. de rei vind. l. ult. C. de serv. pign. dat.* dos *l. ult.* §. 5. D. *de leg.* 2. legatum *l.* 26. §. 6. D. *de fideic. libert. l.* 26. D. *de adim. legat.* proprietas *l.* 4 D. *de usu & usufr. legat.* ususfructus *l.* 9. D. *eod. tit.* stipulatio *l.* 5. D. *de oper. lib.*

Sed & quis *pervenire* dicitur ad fideicommissum *l.* 63. §. 5. D. *de SC. Treb.* hereditatem *l.* 93. D. *de cond. & demonstr.* ad suum commodum *l.* 8. *C. de distr. pign.* ad suum *l.* 1. D. *de eo quod cert. loc.* Cic. *lib.* 13. *epist.* 26. Quum illum studeo quam facillime ad suum pervenire. Idem *lib.* 13. *ep.* 4. Ut quam commodissima conditione negotium conficiat, ad numosque *perveniat.* Et ita colonum ad fructum *pervenire* ait Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 4.

Verbi *pervenire* singulares præterea sunt significationes, quæ plenius in ipsis legibus explicantur, quasque hic per lancem saturam exhibemus. *Pervenisse* proprie illud dicitur, quod est remansurum *l.* 71. D. *de verb. signif.* & quod deductis oneribus ad aliquem pervenit *leg.* 16. §. 1. D. *ad SC. Trebell. Pervenire* utique cum effectu accipiendum est *l.* 64. §. *ult.* D. *de verb. signif. l.* 12. §. 3. D. *de hered. vel act. vend.* Proinde in SC. circa petitionem hereditatis facto, si possessor vendidit, & evicta re restituit, quod accepit, non videbitur ad eum *pervenisse*, quia nihil apud eum remanet *l.* 20. §. 18. D. *de hered. pet.* Perveniss ad venditorem hereditatis, quomodo videatur, quæritur? Et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum *pervenisse*, quatenus mandare potest earum rerum persequutionem, actionesque tribuere; enimvero ubi corpora nactus est, vel debita exegit, plenius ad eum videri *pervenisse.* Nec tantum si nactus sit, sed & si dolo malo id egerit, ne ad eum *perveniret*, *pervenisse* existimabitur, veluti si alienaverit, aut accepto quem liberaverit, aut dolo malo id egerit, ne quid hereditati adquireretur. Quæ omnia fusissime explicantur in *l.* 2. §. 3. *seq.* D. *de hered. vel act. vend.* In eo legis Juliæ capite, quo maritus, quidquid ad eum ex bonis liberti, *pervenerit*, restituere jubetur, *pervenisse* accipimus, sive jam exegerit, sive exigere posit, quia actio ei delata est *l.* 4. §. 1. D. *solut. matrim.* Quæ interpretatio etiam in specie *l.* 13. D. *de act. emt.* fccienda est. Hoc legato, *quanta pecunia ad me ex hereditate Titii pervenit, tantum dato*, id continetur, quod ex ea hereditate acceptum in tabulas suas testator retulerit, cautione a legatario præstanda, si quid forte postea ejus hereditatis nomine præstiturus est *l.* 29. §. 1. D. *de legat.* 3. Plane quum Prætor actionem in aliquem dat de eo, quod ad eum *pervenit*, veluti in heredes ex defuncti delicto, dolove, in municipes ex dolo eorum, qui res civitatis administrant, in dominum ex dolo Procuratoris, sufficit, si vel momento ad eum pervenerit ex dolo defuncti *leg.*

170.

170. *D. de veg. jur. l.* 5. *D. de calumniat. l.*1. §. *ult. l.*3. *&* 9. *D. de vi & vi arm. l.*16. §. 1. *&* §. *penult. l.*18. *in fin. l.* 27. *D. de dol. mal. l.*17. *&* 19. *D. quod met. cauſſ.* In his enim cauſſis ſatis eſt, ſemel *perveniſſe*, ut de eo perpetuo in heredes actio competat, & ſi conſumto eo quod *pervenerit*, heres deceſſerit, in heredem ejus omnino actio datur. Re etiam ſemel in pecuniam aliamve rem converſa, ultra non quærimus, quis exitus ſit *l.* 17. *leg.* 18. *D. quod met. cauſſ.* Perveniſſe autem intelligitur id, quo locupletior facta eſt hereditas, vel quod, in corpus patrimonii ſit verſum, ut certum ſit ad heredem *perventurum.* Idem eſt & ſi debitor liberatus, vel pecunia accepta lata ſit, dolo malo heredis factum, quominus eo hereditas augeretur *l.* 7. 28. *&* 29. *D. de dot. l.* 20. *D. quod met. cauſſ.* Quantum autem *pervenerit*, litis conteſtatæ tempus ſpectabitur. Ceterum qui rogatus eſt, quod ad ſe ex hereditate boniſve *pervenerit*, quum morietur, reſtituere, fructus, quos vivus perceperit, item quæ fructuum vice ſunt, niſi alias teſtatoris mens adpareat, non reſtituet *l.* 81. *D. de legat.* 3. *l.* 3. §. 3. *D. de uſur.* Perveniſſe autem ad nos recte dicitur, quod per nos ad alium *pervenit*, ut in exemplo *l.*171. *D. de verb. ſignif.*

PERVERSI vel irati judices *l.* 2. *pr. C. de evict.* quæ eſt *l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

PERVERSITAS hereticorum *l.* 20. *C. Theod. de hæret.* Judaica *l.*19. *verſ. quam quidam C. Th. de judæis* gentis hujus *l.* 24. *C. Theod. eod. tit.*

PERVERTERE ac uſurpare res filiorum dicuntur patres in *l.* 3. *C. Th. de matern. bon.* qui majorem quam legibus permiſſum eſt, in illas ſibi vindicantes poteſtatem, in rem ſuam eas vertunt, adeoque filiis intervertunt.

PERVICACIA obſtinata ejus, qui gemino judicio ſuperatus iterum provocat *l. un. C. Th. de poſſeſſ. ab eo qui prov.*

PERVICACITER *l.* 3. §. 16. *D. de ſuſpect. tut.*

PERVIDERE perſpicere *l.* 11. *C. de fideicomm. lib. l.* 7. *C. quod cum eo, qui in al. pot. l.* 16. *C. de procurat.* Quo verbo utimur in re clariſſima, quemadmodum notat Cujac.

PERVIGIL diligentia *l.* 2. *C. de curioſ.*

PESTIBILIS fundus *l.* 4. *C. de Ædil. edict.* id eſt, peſtibiles herbas, vel lethiferas habens. Hujusmodi eſt ſaltus, in quo mala herba naſcitur *l.*20. §. 1. *D. locat.*

PESTILENS cœlum *l.* 1. §. 2. *D. de cloac.* fundus *l.* 48. *D. de Ædil. edict. l. pen. D. de reb. eor.* Varro *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 4. Utiliſſimus autem is ager, qui ſalubrior eſt, quam alii, quod ibi fructus certus, contraque in *peſtilenti* calamitas. Seneca *lib.* 5. *controv.* 5. Peſtilentem mihi domum arbor faciebat. Sic *peſtilens* regio Thuſcorum dicitur a Sidonio Appollin. *lib.* 1. *epiſt.* 5. Et ita peſtilentes ædes accipe apud Cic. *lib.* 3. *de offic. c.* 13. & Pl. *lib.* 8. *epiſt.* 27. Sane interdum Varro citato loco ſcribit, propter terram, aut aquam, odoremve, quem aliquo loco eructat, *peſtilentiorem* eſſe fundum contingit.

PESTILENTIOSUS locus odore ſuo *l.*2. §. 29. *D. ne quid in loc. publ.*

PESULANIA lex de cane memoratur a Paullo *lib.* 1. *Sent. tit.*15. §. 1. Sed quum plane incerta ſint omnia de hoc *Peſulanio*, & contra de Solone conſtet, eum tuliſſe legem, κυνα δακοντα παραδυναι κλειω τετραπηχει δεδεμενον, ut canis, qui momorderit, catena

qua-

quatuor cubitorum revinctus dederetur Plutarch. *Solon. cap.* 40. Non absurda est conjectura Cujacii, Rittershusii aliorumque, hanc ipsam legem Solonis hic intelligi, scribendumque adeo esse *lege Solonia*, vel quod malim, *lege per Solonem*. Hein.

PETERE, proprium verbum est, & fieeicommissis proprie convenit, ut Ulpian. *tit.* 25. §. 2. tradit exempla suppetunt ex *l.* 69. & 76. §. 5. *D. de legat.* 2. & aliis infinitis locis. De te *peto* uxor carissima *leg.* 37. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* Si probaveris Demetrium petiisse de matre, heredeque tua *l.* 1. *C. de fideicom.*

Petere, postulare. Petere arbitrum *l.* 13. *C. de probat.* bonorum possessionem *l.* 20. §. 4. *D. de bon. libert. l.* 1. §. 3. & 10. *D. de bonor. possess. secund. tab.* judicem *l.* 2 *C. de judiciis.*

Petere satis §. 1. *Inst. de satisd. tut. l. ult.* §. 1. *D. quod. leg.*

Petere, alias est agere, & judicio experiri *l.* 47. & 50. *D. de solution.* Et ita petere accipimus in *l.* 112. *D. de verb. oblig.* judicio persequi, seu per judicem *petere l.* 22. *D. de reb. cred.* Proinde in stipulatione de rato, in qua procurator promittebat, rem ratam dominum habiturum, aut *amplius non peti*, ut *l.* 14. *D. rem rat. hab.* verbum hoc, *amplius non peti*, Labeo ita accipiebat, si judicio *petitum* esset, si autem in jus eum vocaverit, & satis judicio sistendi caussa acceperit, judicium tamen cœptum non fuerit, ego puto non committi stipulationem *amplius non peti*. Hic enim non *petit*, sed *petere* vult *l.* 15. *D. eod. tit.* Et ita *petitum* intelligitur post litem contestatam *l.* 57. *D. de solution.* Immo & ante litem contestatam *l.* 3. §. 1. *D. de al. judic. mut. causs.* ibi: *Petebamus*, pro *petere* volebamus. Et hoc verbum non solum ad actiones personales pertinet, sed & ad reales, ut cum quis rem vindicat *l.* 38. *D. de oblig. & act. l.* 1. §. *ult. D. de remiss. l.* 178. §. 2. *D. verb. signif. l.* 24. *D. de rei vind. l.* 1. §. *ult. D. de condict. tritic.* §. 14. *Inst. de act. on.* Petere usumfructum *l.* 2 *D. de op. nov. nunc.* fundum *l.* 6. *D. de rei vind.* hereditatem, id est, suam esse intendere *leg.* 3. & 10. *D. de pet. hered.* fundum suum esse *l.* 11. & 21. §. 3. *D. de except. rei jud.* domum suam esse §. 30. *vers. certe Inst. de rer. divis.* servum suum esse *l.* 42. *D. de liberal. causs. l.* 21. §. 2. *D. de except. rei. jud.* rem suam esse §. 18. *Inst. de action.*

Petere controversiam, id est, peregere. Quæcumque incidisset controversia, ejus *petendæ* negotium Titius haberet *l.* 6. §. 1. *D. quod. cujusq. univers. nom.*

Petere aliquando est repetere, revocare, ut *Petere* ex libertate in servitutem *l.* 15. *D. de bon. libert.* & libertate in servitutem *l.* 26. *D. de liberal. causs. l.* 2. *D. de injur. l.* 9. & 30. *D. de bonis libert. & passim.* In servitutem *petiisse* non is videtur, qui ei, qui in possessione erat servitutis, *petenti* se in libertatem contradixit, verum is, qui ex *libertate petit* in servitutem *l.* 16. *D. de bon. libert.* Mancipia non petuntur in publicum *l.* 1. *Cod. si serv. export. ven.*

Petere aliquando est ambire. Sic petere honores *l.* 7. *D. de mun. & honor. l.* 4. §. 4. *D. de re milit.* magistratum aut sacerdotium *l.* 1. *D. de Leg. jul. ambit.* Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 30. §. 1. Sic apud Catullum, & alios *petitor* appellatur, qui non honores petit.

PETITIO est persequutio in jure apud judicem, & maxime pro in rem actione sumitur. *Pe-*

titio in rem infertur, ut actio in personam *l.* 28. *D. de oblig. & act. Petitionis* verbo in rem actiones significari videntur *l.* 178. §. 2. *D. de verb. signif. Petitio* ab actione separatur *l.* 1. *D. ad SC. Maced. l.* 18. *D. de acceptil. l.* 23. *D. rem rat. hab. l.* 49. *D. de verb. signif.* Petitio hereditatis *l.* 18. & 25. §. 18. *D. de petit. hered. l.* 27. §. 3. *D. de rei vind.*

Petitio pro repetitione, revocatione. In servitutem petitio *l.* 4. *C. de lib. causs.*

Petitio pro ambitu. *Petitio* honoris *l.* 7. *D. de mun. & honor. l.* 6. *D. quod cujusq. univ. nom.*

Petitio bonorum vacantium, & caducorum. De ea sublata vid. *tit. C. de petit. bonor. subl.* cui respondet *tit. C. Th. de petit. & ultro dat.* De *petitionibus* & *petitoribus* operum publicorum agitur *l.* 10. 40. 41. 42. 43. *C. Th. de oper. publ. & l.* 15. *C. Justin. eod. tit.*

Petitio æque ac solutio, & acceptilatio dicitur modus solvendi obligationem in *l.* 27. §. 6. *D. de pact.* Id explicare nititur ipse Brissonius *de solut.* 2. *p.* 162. ex *l.* 129. *D. de verb. oblig. & l.* 66. *D. de proc.* Sed hos textus nihil ad rem facere, ostendit Bynkersh. *observ. lib.* 8. *c.* 10. qui ideo vel *deditio* legendum, vel textum ita exponendum putat, ut agat de stipulatione alternativa, e. g. *Stichum aut decem.* Alterutro enim simpliciter petito actor plus petit, caussaque cadit, adeoque tunc soluta est obligatio. Quod posterius magis placet. *Hein.*

PETITOR adpellatur actor quilibet *l.* 31. *D. de judic. l.* 9. *D. de furt. & passim.* Opponuntur *petitor*, & is, cum quo agitur *l.* 4. §. 2. *D. de dol. mal. except. Petitor* & possessor *l.* 30. *D. de liberal. legat. & passim.* item *petitor* & reus, seu unde petitur *l.* 2. §. 3. *D. de eo, quod cert. loc. dar. op.* Petitor non qui excipit, probare debet *l.* 9. *D. de probat.* Petitori probationis onus incumbit *l.* 20. *D. eod. tit.* Petitoris partes sustinere, & fungi partibus dicitur, cui probatio incumbit, quique de suo jure probare necesse habet *l.* 7. §. *ult. D. de lib. causs. l.* 15. *D. de oper. nov. nunc. l. ult. D. si liber. ing. l.* 35. *D. de adquir. possess. l.* 8. *D. si serv. vind. l.* 18. & 19. *D. de probat.* & hæc sunt onera petitoris *l.* 62. *D. de judic. l.* 25. *D. de rei vind. l.* 1. §. 3. *D. uti possidet.* Petitor fundi *l.* 1. §. 2. *D. quar. rer. act.* hereditatis *l.* 1. *C. de per. her.*

PETITORIA actio §. 4. *Inst. de interd.* id est, rei vindicatio. Eodem sensu *petitorium* judicium in *l.* 36. *D. de rei vind.*

PETITRIX, ut petitor dicitur *l.* 4. *D. ad SC. Treb. l. ult. D. de her. inst.*

PETRONIA lex. Ea continebatur, ut qui jure viri delatum adulterium non peregisset, numquam postea ad hoc crimen deferendum admitteretur *l.* 16. *C. ad Leg. jul. de adult.* Lege etiam *Petronia* dominis facultatem ademtam suo arbitrio servos ad bestias depugnandas tradendi *l.* 11. §. *ult. D. ad Leg. Corn. de Sicar.* Refertur & alia legis cujusdam *Petroniæ* sententia in *l.* 24. *D. de man. vind.* Junia *Petronia* Lex. Vid. supra art. *Junia.*

PETRONIUS Magnus Prætor *l.* 9. *D. de pact. dotal.*

PETRUS Divus Apostolus *l.* 1. *pr. C. de summ. Trin. l.* 2. *C. Th. de fid. cathol.*

PETULANTER adquisitum dominium dicitur servi Christiani, quem Judæus, prohibente lege, sibi comparavit *l.* 4. *C. Th. ne mancip. Christian. jud. hab.*

PETULANTIA a violen-

tia discerni solet *l.* 16. §. 6. *D. de pœn.*

PHANTASMA visio *l.* 58. *D. de verb. sign.*

PHARMACUM mediæ significationis vox est. Cajus *l.* 236. *D. de verb. signif.* Id quod nos venenum adpellamus, Græci φαρμακον dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. Docet id Homeri versus, cujus meminit idem Jurisconsultus: φαρμακα πολλα μεν εσθλα μεμιγμενα, πολλα δε λυγρα: Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala. Vid. infra art. *venenum.*

PHASIANARII phasianis præfecti in *l.* 66. *D. de legat.* 3.

PHASIANI debentur legatis avibus *l.* 66. *D. de legat.* 3.

PHILANTHROPIUM, seu φιλανθρωπιον, quod & ερμηνευτικων *l.* 3. *D. de proxenet.* & *proxeneticum l.* 1. *D. eod. tit.* adpellatur, est honorarium proxenetis præstari solitum *l.* 2. *D. de proxenet.* Vid. Cujac. *lib.* 11. *obs. c.* 18. Alciatus *lib.* 8. *paverg. cap.* 21. cum Budæo legit φιλανθρωπιας, id est, humanitatis, sed verior est altera illa lectio, quam & vulgati codices retinent.

PHILARCHI erant Duces optionum, id est, eorum, qui fœderatis auxilia ferunt. Hinc recte Philarchum Julianus *Novell.* 102. Ducem Sarracenorum interpretatur, quos ex fœderatis Romano nomine fuisse constat. Sext. Rufus: *Philarchi* Sarracenorum in Osrœne cessere superati. Jornandas: In Osrœne Sarracenorum *philarchi* devicti Romanis dediderunt. Cujac. in expos. *Nov. Justin.* 22. *de secund. nupt.*

PHILARGYRUS. Attia uxor mea optato Philargyrum puerum *l.* 28. §. 1. *D. de cond. & demonstr.* ubi Philargyrum argenti custodem interpretatur Ant. Augustinus *de nomin. propr. Pand.* cui ideo Græcæ linguæ ignorantiam exprobat Ægid. Menag. *c.* 31. *Amœn. jur. civ. p.* 189.

Φιλικον, id est, amicale, & quod datur amice. Hac dictione utuntur Impp. in *l.* 4. *C. de navicul.* Solatiis pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, & eo quod vocatur φιλικον.

PHILIPPI numi genus *l.* 27. §. 4. *D. de aur. arg. legat.* Ab Horatio *regale numisma* adpellatur *lib.* 2. *epist.* 1. *v.* 234. Retulit acceptos regale numisma *philippos.* Fit & apud Treb. Pollion. in *Claud. c.* 14. & Vopisc. *in Bonoso c.* 15. & in *Aureliano c.* 9. & 12. & *in Probo c.* 4. philippeorum æreorumque mentio, qui, licet imagine vultus recentiorum principum signati, priscum tamen nomen retinuerunt.

PHILIPPI, *orum*, Colonia Thraciæ, sive Macedoniæ, de qua Lucanus: Vidi jam Phoebe *Philippos.*

PHILIPPENSIS coloniæ meminit Ictus in *l. ult. D. de censib.*

PHILOSOPHANTES pro philosophi in *leg.* 8. §. 4. *D. de vacat. & excus. mun.* cui gemina prorsus est *l.* 6. §. 7. *D. de excus.*

PHILOSOPHI excusantur a tutelis *leg.* 6. *D. de excus. Philosophis*, qui se frequentes, atque utiles per eamdem studiorum sectam contendentibus præbent, tutelas, & munera sordida remit *l.* 8. §. 4. *D. de vacat. & excus. mun.* Philosophi professorum numero non sunt *l.* 1. §. 4. *D. de extraord. cognit.*

PHILOSOPHIA vera non simulata *l.* 1. §. 1. *D. de justit. & jur.*

PHILYRA in *l.* 52. *pr. D. de legat.* 3. & apud Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 4. §. 87. frutex est, pa-

papyro Niloticæ non absimilis, ut Suidas *Tom.* 3. *p.* 614. docet his verbis: φιλυρα, ειδος δενδρε, εχον φλοιον βυβλῳ η παπυρῳ ομοιον. Tilia, arboris genus, quod corticem byblo, vel papyro similem habet. Ductilis autem erat *philyræ* liber, adeo ut ex ea coronæ olim necterentur, ut Horat. *lib.* 1. *Carm. od. ult. v.* 2. & Ovid. *lib.* 5. *Fastor. v.* 337. & Plin. *lib.* 10. *c.* 18. significant. Apertissime omnium id indicat Herodian. *lib.* 1. *c.* 17. de Commodo loquens, λαβων, ait, γραμματειον τετων δη των εκ φιλυρας εις λεπτοτητα υσκημενων, επαλληλε τε ανωκλασωι αμφοτερωθεν επτυγμενων γραφει οσως χρη της νυκτος φονευθηναι. Sumto in manus libello, quales de phylira tenuissimi atque in utramque parteni replicabiles fiunt, conscribitque in eo, quoscumque illa nocte interficere destinaverat. Xiphilinus *in Domitian. p.* 766. Τα ονοματα εις σανιδιον φιλυρινον διθυρον εσγραφας nomina scripta in tabulis tillaceis, iisdemque duplicibus. Pl. *lib.* 13. *hist. nat. c.* 11. Nempe & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est, eumdem usum habere chartæ. Et mox: Præparantur ex eo chartæ divisa acu in prætenues, sed quam latissimas *philuras*. Vetus Horatii *Comment. ad lib.* 1. *Carm. od. ult.* Corticem tiliæ arboris *philyram* dici, tradit. Ac plane idem tiliæ ac *philyræ* usus erat, quemadmodum docet Septimius Romanus, qui latine Dictim Cretensem interpretatus est in ejus auctoris vita. *Sex volumina in tilias digessit Phœniceis litteris.* Idem in Epistola ad D. Arcadium de eadem re loquens: *Libros*, inquit, ex *philyra in lucem producturi.*

PHORMIONES in *l.* 12. §. 18. *D. de instr. vel instr. leg.* sunt tegeres ex juncis aut straminibus contextæ. Donatus *in Phormion.* scribit Phormionem parasitum putari a formula litis, quam intenderit, nominatum, quum Græca lingua fiscus sparteus & stramen nauticum sic dicatur, a cujus rei vel capacitate vel utilitate etiam ab Apollodoro parasitus *Phormionis* nomine nuncupatur. Sed & φορμοι dicebatur tegeticula, quibus insternitur pavimentum, & inde parasitus vilissimæ conditionis *phormio* dictus est. Sed & in Dictionario Græco latino, φορμος florea interpretatur.

PHOTINIANI in *l.* 5. *C. de hæret. & Manich.* a Photino Gallo græciæ Syrmii (quod erat Illyrici caput) Episcopo nuncupati, qui Hebionitarum (& Paulli Samosatensis) hæresin suscitans, asseruit Christum a Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum Philastr. *in hæres. cat. c.* 65. Isidor. *lib.* 8. *orig. c.* 5. *Causs.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 36.

Φρατωρες *in l. ult. D. de coll. & corp.* sunt contribules. Vid. Casaubon. ad Athenæum *lib.* 4. *c.* 9.

PHRENETICUS, id est, mente captus *l.* 1. §. 9. *D. de Ædil. edict.*

PHYLACTERIA dicuntur chartæ, in quibus continentur incantationes ut 26. *qu.* 5. *in pr.* Vid. *lib.* 60. *Basil. tit.* 39. *c.* 27. *in interpretatione S. Basilii ex can. Synodi Laodicenæ.*

PIACULARIS doctrina rebaptisantium *l.* 2. *C. Theod. ne sanct. baptism. Piaculare* crimen *l.* 6. *in fin. C. Th. eod. tit.*

PIACULUM, scelus apud Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 21. §. 4. *l.* 7. §. *ult. D. de jur. delib. l.* 2. *&* 5. *C. Th. de sepulcr. viol. l.* 8. *C. ad leg. Corn. de Sic. l.* 122. *C. Theod. de decurion. Piaculum* secretius pro domestico cultu, seu sacrificio, cui publica victimarum & hostiarum immolatio opponitur *l.* 12. *in pr. C. Theod. de pagan*

Unde adparet & ipsum admissum scelus, & expiando huic præstari solitum sacrificium, *piaculum* vocari. Vid. Jac. Gothofr. *ad l. 2. C. Theod. de sepulcr. viol.* & Cujac. *ad Paull. Sent. lib. 1. tit. 23. §. 1.*

PICARE pice oblinere *l. 19. §. 2. D. locat.*

PICARIÆ in *l. 17. in fin. D. de verb. signif.* sunt picis fodinæ, quales populus Romanus in reditu habuit. Cic. *in Brut. c. 22. Liberi societatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio Censoribus redemisset*, quo loci recentiores *pecuaria* emendarunt, quam recte alii viderint.

Displicet hæc explicatio Jo Gœddeo *ad d. l. 17. D. de verb. sign.* qui eo nomine non *picis fodinas, sed vectigal quoddam rerum picariarum*, & apud Cic. hujus vectigalis conductores intelligit. Sed utique proba est Brissonii interpretatio, & de *fossili pice*, cujus Plin. *lib. 16. Hist. nat. c. 12.* accipienda. Inde etiam ejusmodi fodinæ *picaria* eadem analogia, qua cotium fodinæ *cotariæ* in *l. 15. D. de publ. & vect.* vocantur.

PITACIUM. Vid. infra *Pittacium.*

PICTOR. Pictoris instrumento legato ceræ, colores, similiaque horum legato cedunt, item peniculi, & cauteria, & conchæ *l. 17. D. de instr. vel instr. legat.* Pictoris mentio est etiam in *l. 5. §. ult. D. de his, qui effud. vel dejec. l. 3. §. 3. D. ad Leg. Aquill. l. 28. D. de rei vind.*

PICTORIÆ operæ *l. 26. §. 12. D. de cond. indeb. l. 6. §. 33. D. de oper. libert.*

PICTURA inter impensas voluptuarias numeratur *l. 79. §. ult. D. de verb. signif.* Picturas tabulis non cedere, sed ex diverso tabulas picturis cedere *l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. dom.*

PICTUS, *a, um.* Pictas tabulas studiose intueri, animi vitium est *l. ult. pr. D. de ædil. edict.*

PIE. Non minus parentibus, quam liberis *pie* relinqui debet *l. 15. D. de inoff. test.*

PIETAS est, ut inquit Cic. 1. *de natur. Deor.* justitia adversus Deos, quam religionem dicimus, qua sublata, non possit constare fides, humanique generis societas.

Pietas est parentibus a liberis debitum obsequium, debitus honor, debita reverentia, ac charitas in *l. 4. D. de curat. furios. l. 1. & 10. D. de obseq. parent. l. 8. D. de probation. l. 3. C. de patr. potest. l. 5. §. 15. & 17. D. de adgnosc. & alend. lib. l. 6. C. de his, quæ ut indign. l. 7. C. de testam. l. 8. C. de inoff. test.*

Est quoque *pietas* naturalis parentum erga liberos adfectus, ut in *l. 22. D. ad Leg. jul. de adult. l. 1. §. 10. D. si quid in fraud. patron. l. 5. D. ad SC. Macedon. l. ult. C. de alend. lib. l. 3. §. 4. D. de hom. lib. exhib. l. 5. D. ad Leg. pomp. de parric. l. 31. §. 6. l. 34. D. de negot. gest. l. 1. & 11. C. eod. tit. l. 14. C. de his, qui accus. l. 2. D. de inoff. testam. pr. Inst. eod. tit.*

Pietas quoque fratrum inter se dicitur *l. ult. D. famil. ercisc. l. 30. D. de adim. legat. l. 27. §. ult. D. de negot. gest.*

Pietas etiam erga propinquos alios dicitur *l. 23. D. de his, qui not. infam. l. 1. §. 7. l. 6. C. de suspect. tut.*

Quin etiam quodlibet humanitatis officium *pietati* tribuitur, ut in *l. 14. §. 7. D. de relig. & sumt. fun. l. 32. §. 2. D. de condict. indeb. l. 14. §. 1. D. de adimend. legat. l. 41. §. 2. D. de legat. 3. l. 46. D. de usufr.*

Causa *pietatis* jure subnixa *l. 19. C. de SS. Eccles.* id est, pia causa. Eadem notione & *pietatis* offi-

officium dicitur eorum, qui orphanotrophiis, xenodochiis & similibus locis velut tutores, & curatores præfecti sunt *l.* 35. *D. de Episc. & cler.*

Pietatem etiam suam Imperatores adpellant. Inconsulta pietate nostra *l.* 13. *C. de oper. publ.*

PIGRA senectus *l.* 84. *C. Th. de decurion.*

Pigrioris silentii ignavia *l.* 22. *pr. C. Th. de prætor. & quæstor.*

PIGMENTARIUS. *Pigmentarii*, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas, aut bubrostim, mandragoram, & id, quod lustramenti caussa, dederint cantharidas *l.* 3. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* Glossæ Nomicæ: Πιμεντάριος προπετῶς δίδως το κώνειον ἢ σαλαμάνδραν κεχρηται τῷ δε σικαρίοις. *Pigmentarius*, qui temere dedit cicutam vel salamandram, lege Cornelia de Sicariis tenetur. Ubi auctor ipsam *d. l.* 3. §. 3. *D. de leg. Cornel. de sicar.* expressit. Græci *Basil. lib.* 60. *tit.* 39. Πιμεντάριοι εἰσιν, οἵτινες εἰσιν ἀφωρισμενοι επι τῳ τας βοτανας συλλεγειν, και αποτιθεσθαι εν τῳ ξενωνι οἵτινες, και των βοηθημάτων φροντιζαι εἰσιν. *Pigmentarii* sunt, qui destinati colligendis herbis, & deponendis in xenone, qui & auxiliorum curatores sunt. Car. Labb. *ad Gloss. voc. verb. jur. p.* 144. Conf. Barth. *lib.* 29. *Adversar. c.* 9. Hein.

PIGNORARE, vel *pignerare*, est pignori ponere *l.* 14. *D. de diverss. temp. præscr. l.* 8. *D. pro emtor. l.* 4. *C. quæ res pignor. l.* 24. §. 10. *l.* 45. *D. de fideicomm. libert. l.* 12. *D. de precar. l.* 29. *D. de except. rei jud.*

PIGNORATICIA *actio*, eaque *directa* est in personam actio, quæ debitori & datur adversus creditorem, ejusve heredes, soluto debito, vel si eo nomine satisfactum sit, ad rem oppignoratam cum omni caussam restituendam, resarciendaque damna, culpa etiam levi data *tit. D. & C. de pignor. act. §. ult. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Qui ante solutionem agit *pignoratitia*, non recte agit. Omnis enim pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum, ut nascatur *pignoratitia* actio *l.* 9. §. 3. *D. de pign. act.*

Pignoraticia actio *contraria* creditori competit adversus debitorem, ejusve heredes ad indemnitatem, veluti si creditor impensas in pignus fecerit, si damnum inde passus sit dolo, vel culpa debitoris levi, si res aliena ipsi obligata fuerit *l.* 1. 3. 8. 9. & 16. §. 1. *l.* 25. & 36. *D. de pign. act.*

Pignoraticiam etiam interdum jurisconsulti vocant hypothecariam, quæ creditori pignoris persequendi caussa tribuitur, actionem *l.* 9. *D. quib. mod. pign. l.* 11. *in fin. & l.* 30. §. 1. *D. de except. rei jud. l.* 5. *C. si res alien. pign. Pignoraticia* Serviana, sive hypothecaria, quæ creditoribus competunt *l.* 3. §. 3. *D. ad exhib.* Add. *l.* 7. §. 12. D. *commun. divid. l.* 19. *D. de exception.*

Datur & utilis actio *pignoratitia* creditori in specie *l.* 41. *D. de pignorat. act.* Add. *l.* 13. *D. de cond. indeb. l.* 5. *C. si res alien. pign.*

Atque ut *pignoraticia* actio, ita & *pignoraticia* exceptio est in *l.* 6. §. 9. *D. commun. divid.*

PIGNORATICIUS creditor *l.* 11. & 15. §. 25. *D. de damn. infect.* id est, qui sub pignoribus credit, qui pignora vel hypothecas susceipit. *Pignoraticius* fundus, i. e. pignori oppositus *l.* 46. *D. de solut.*

Pignoraticium judicium *l.* 34. §. *ult. l.* 36. *D. de pignor. act.* adpellatur a Papiniano judicium, quod de pignore dato proponitur *l.* 2. *D. de pign. l.* 30. *in fin. pr. D. de negot. gest. l.* 40. *D. de pign. act.*

PIGNORATIO, id est, pignoris obligatio in *l. 9. D. de pign.*

PIGNUS adpellatum est a pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur *l.* 238. §. 1. *D. de verb. signif.* Quam tamen derivationem ut falsam & ineptam rejicit cum Salmasio Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 323. Pignus autem proprie est, quum (in fecuritatem debiti) possessio tradita est creditori, *hypotheca* vero, quum non transit possessio ad creditorem *l.* 1. §. 9. *D. de pignor. act.* Inter *pignus & hypothecam*, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest. Nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut si pro debito obligata, utraque hac adpellatione continetur, sed in aliis differentia est. Nam *pignoris* adpellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ adpellatione contineri dicimus §. 8. *Inst. de action.* Unde pignora & hypothecæ interdum separantur, ut *l.* 2. & 7. *D. de distr. pign. l.* 8. *D. quib. mod. pign. l. ult. C. de crim. stellion. l.* 10. *l. ult. C. de remiss. pign. l.* 32. *D. de negot. gest. l.* 2. *C. de fidejuss.* Verum in usu hæc verborum proprietas plerumque confunditur, & promiscue *pignoris* & hypothecæ vocabula usurpantur. Unde Marcianus: Inter *pignus* & *hypothecam* solum sonus differt *l.* 5. §. *ult. D. de pign.*

Pignus conventionale est, quod ex conventione proficiscitur. Et hujusmodi pignus contrahitur non sola traditione, sed etiam nuda conventione, si non traditum est *l.* 1. *D. de pignor. act.* Et ita debitor sub pignore *l.* 59. *D. ad SC. Treb.* sub pignoribus pecunias mutuas accipere *l.* 12. *D. de pignor. act.* pignori accipere *l.* 15. §. 30. *D. de damn. infect.* dare *l.* 13. §. 5. *D. de jurejur.* res nixæ *l.* 22. §. 1. *D. de jur. fisci.* obligare aurum *l.* 1. *D. de pignor. act.* ponere *l.* 33. & 38. *D. de leg.* 3. opponere dixit Plaut. in *Pseud. Act.* 1. *sc.* 1. Terent. *Phorm. Act.* 4. *sc.* 3. *v.* 56. Festus. Reluere, resolvere, repignorare. Caicilius in Carine, ut aurum & vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi opposuit *pignori*. Interdum & *opponere* simpliciter eodem sensu, ut illo Senecæ loco *lib.* 7. *de benef. c.* 14. *Rebus meis in securitatem oppositis.* Ex cujus verbi ambigua significatione est elegans jocus Catulli *Epigr.* 26. quod vide supra sub art. *hypotheca.*

Pignora, quæ generaliter vel specialiter habeo obligata *l.* 6. *C. de obl. & act.*

Aliud est *pignoris* genus, quod prætoris magistratusque, ad quem & jurisdictio pertinet, auctoritate imperioque constituitur. Unde & *prætorii* nomen traxit *tit. C. de præt. pign.* Tale pignus nanciscuntur, habentque creditores, qui rei servandæ caussa legatarii fideicommissariive, qui legatorum seu fideicommissorum servandorum caussa in possessionem mittuntur. Etenim si ex quacumque caussa magistratus in possessionem aliquem miserit, *pignus* constitui, ait Ulp. sed non alias, nisi ventum fuerit ad possessionem *leg.* 26. *D. de pignor. act.* Ita jus *pignoris* contrahitur sive legatorum servandorum caussa, sive damni infecti, ut procedat *leg.* 3. §. 2. *D. de distract. pign.* Misso legatario in possessione, res pro emtore usucapitur, salva *prætorii pignoris* caussa *l.* 12. *D. pro emtor.* quod explicatur *l.* 2. *D. pro hered.*

in

in qua traditur, eum, qui legatorum servandorum caussa in possessionem mittitur, non interpellare possessionem ejus, qui pro emtore usucapiebat. Nam etiam impleta usucapione jus *pignoris* retinebit, ut non prius discedat, quam si solutum ei legatum fuerit, aut eo nomine satisfactum. Mitti liberos in possessionem fideicommissi servandi caussa, ut pro *pignore*, non ut pro dominis possideant *l.* 114. §. 12. *D. de legat.* 1. Plane eum, qui rerum ejus, qui sine dolo malo reipublicæ caussa abfuit, in possessionem missus sit, *pignus* non contrahere, ait *l.* 35. *D. de reb. auctor. jud. possid.*

Est & aliud *pignus*, quod ex caussa judicati ex auctoritate ejus, qui jubere potest, capitur, ac per officium distrahitur *vabr. C. si in causs. jud. pign. cap.* Adde *l.* 74. §. 1. *D. de evict. l.* 10. *D. qui pot. in pign. l.* 5. §. 1. *D. de reb. eor. qui sub tut. l.* 9. *pr. D. de min. l.* 40. *D. de re jud.*

Denique *pignoribus* captis, ac distractis judicato satisfacere condemnatur, compellitur, ut in *l.* 5. §. 10. *D. de adgnosc. & alend. lib. l.* 31. *D. de re judic. l.* 2. *pr. D. de admin. & pericul. tut. l.* 1. *C. si adverss. vendit. pignor.* In venditione autem *pignorum* facienda, primo quidem res mobiles animales *pignori* capi magistratus populi Romani jubent, mox distrahi, quarum pretium si suffecerit, bene est, si non suffecerit, etiam soli *pignora* capi jubent, & distrahi. Quod si nulla moventia sint, a pignoribus soli initium faciunt *l.* 15. §. 2. *D. de re judic.*

Pignora etiam coercendæ contumaciæ caussa capiuntur. Mulier, quæ se prægnantem esse dissimulat, vel negat, evocari ad prætorem potest, cogendaque erit remediis prætoris, & in jus venire, & si venit, respondere, *pignoraque* ejus capienda, & distrahenda, si contemnat *l.* 1. §. 1. *& 3. D. de inspic. ventr.* Eum tamen, qui missum in possessionem damni infecti nomine non admittit, *pignoribus* a magistratibus coerceri, Ulpiano non placet *l.* 4. §. 2. *D. de damn. infect.* Eamque pecuniam ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret, id est, pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo *leg.* 9. §. *ult. D. ad Leg. jul. peculat.* Sic & in ea lege, quæ a Frontino *lib.* 2. *de aquæduct.* refertur. Tum ei prætori eo nomine cogere, & coercere, mulctæque dicendæ, sive pignoris capiendi jus, potestasque est. Et paullo post: Eoque nomine his pignoris capio, mulctæque dictio utique esto. Sic Cic. *lib.* 3. *de orat. c.* 1. *Pignoribus* ablatis Crassum instituit coercere. Sueton. *in Jul. c.* 17. Vectium *pignoribus* captis, & direpta supellectile male mulctatum conjecit in carcerem. Liv. *lib.* 37. *c.* 51. Et imperia inhibita ultro citroque, & *pignora* capta. Tacit. *lib.* 13. *Annal. c.* 18. Cohibita arctius & Ædilium potestas, statutumque, quantum curules, quantum plebeii *pignoris* caperent, vel pœnæ irrogarent. Senatores utique *pignoribus* in curiam venire cogebantur, ut ex Cic. *Philipp.* 3. adparet. Liv. *lib.* 3. *c.* 38. Postquam citati (senatores) in curiam non conveniebant, dimissi circa domos adparitores ad *pignora* capienda. Sic *pignorum capio* in *l.* 7. *C. Th. de exact. l. ult. C. Th. de distr. pign.* Gell. *lib.* 7. *cap.* 10. *Pignoris capio, junctæ sunt partes, & productæ dicebantur, verba Catonis sunt ex l. epist. quæst.* Pignoris *capio ob æs militare.*

Præterea est *quasi pignus*, quum res pignoris loco in securitatem retinetur. Ante pretium exsolu-

tum venditor quasi pignus retinere potest eam rem, quam vendidit *l.* 13. §. 9. *D. de act. emt.* Proinde si emtor, antequam pecuniam solverit, rem emtam subtraxerit, furti actione teneri, perinde ac si pignus subtraxisset *l.* 14. §. 1. *D. de furt.* Si ob aliquas impensas, quas in rem commodatam fecisti, retentionem ejus habueris, etiam cum ipso domino, si eam surripiat, habebis furti actionem, quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit *l.* 15. §. *ult. D. de furt.*

Pignora etiam pro liberis non apud veteres auctores tantum, sed & in jure nostro accipiuntur. Sic filium adoptivum, quem ad vicem naturalis pignoris tibi adscribis *l.* 4. *C. de decurion.* id est filii naturalis. Quinctil. *lib.* 6. *Inst. orat. c.* 1. Adfert in his momentum & ætas, & sexus, & *pignora*, liberi dico, & parentes, & propinqui. Tacit. *Agric. c.* 38. Aliquando frangi adspectu *pignorum* suorum, sæpius concitari. Apulei. *de asin. aur. lib.* 5. *p.* 164. Nuntio Psyche læta florebat, & futuri pignoris gloria gestiebat, & materni nominis dignitate gaudebat. Justin. *lib.* 26. *c.* 1. Princeps eorum Hellanicus senex, & liberis orbus, ut qui nec ætatis nec *pignoris* respectu timeret.

Pignus pro anulo pronubo, seu arrha sponsalitia quacumque *l.* 3. *C. Th. de sponsalib.*

PIGRESCENTES actus animalium cursui publico destinatorum innocuo titillo admonere *l.* 2. *C. Th. de curs. publ.*

PILA pro orbiculo, qui hinc inde a colluforibus jactatur, accipiturque *l.* 11. *D. ad Leg. Aquil. l.* 52. §. *ult. D. eod. tit.* Ovid. *lib.* 1. *de art. am.* Reticuloque *pilæ* tenus jactantur in altum.

Pilæ etiam lapideæ dicuntur, quæ aliquod onus sustinent. Si *pilas* in mare jactaverim, & super eas inædificaverim *l.* 3. §. *ult. D. de adquir. rer. dom.* Add. *l.* 3. *D. ne quid in loc. publ.* Liv. *lib.* 11. *c.* 51. M. Fulvius plura, & majoris locavit usus porticum & *pilas* pontis in Tiberi, quibus *pilis* fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mummius Censores locaverunt imponendos. Q. Curt. *lib.* 5. *c.* 1. Saxo *pilæ*, quæ totum onus sustinent, instructæ sunt. Super *pilas* lapide quadrato solum stratum est.

PILEATI servi venum ire solebant, inquit Gell. *lib.* 7. *c.* 4. & eorum nomine venditor nihil præstabat, ut scriptum reliquit Cælius Sabinus Ictus. Cujus rei caussam esse ait, quod hujusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, ut emtores errare & capi non possent, neque lex vendendi opperienda est, sed oculis perciperent, quodnam esset mancipiorum genus, sicuti mancipia jure belli capta, antiquitus coronis induta venibant, & idcirco dicebantur sub coronis venire.

PILEUS. *Pilei* impositio in *l.* 10. *C. de testam. manum.* pro manumissione. Nempe libertatis symbolus erat *pileus*, eoque donabantur, qui libertatem consequebantur. Dionys. Halicarn. *IV. p.* 228. Scio, (inquit secundum latinam interpretationem) qui tota servitia testamento libera esse juberent, ut benignitatis laudem ferrent post mortem, & in funeris elatione lecticam eorum magna *pileatorum* prosequeretur frequentia, in qua pompa quidam erant, ut a scientibus audivi, recens dimissi e carcere, malefici, mille supplicia meriti. Istos impuros urbis *pileos* plerique cum stomacho adfectant, & respuunt eorum consuetudinem. Sueton. *in Tib. c.* 4. Ac primo Prænestæ, inde Neapolim evasit, servisque ad pileum

(id

(id est, ad libertatem) frustra vocatis, in Siciliam profugit. Idem *in Neron. c. ult.* Obiit secundo & trigesimo ætatis anno... Tantumque gaudium publice præbuit, ut plebs *pileata* tota urbe discurreret. Appianus *lib. 1. de bell. civil.* refert eos, qui Jul. Cæsarem interfecerunt, prætulisse hasta per mediam urbem pileum, quasi morte Tyranni restituta civibus libertate. Idem *in Bello Mithrid.* scribit, Perseo Macedonum rege capto, Prusiam Bithyniæ regem, venisse Romam, toga & calceis indutum, ceterum capite raso, & pileato professum se populi Romani libertum, a quo Persei dominio esset liberatus, quod & Livius ex Polybio refert in extremo *quinti lib. decad.*

PINGUIOR natura fideicommissorum §. 1. *Inst. de legat.* pinguius succurrere *l.* 49. *D. de re judic. Pinguius* in *l.* 14. *pr. D. de except.* id est laxius, & crassiori, ut aiunt, Minerva, seu παχυμερεστερον, ut *l.* 12. §. 2. *D. de pecul.* & εν πλατει, ut *l.* 12. §. 2. *D. rem rat. hab.*

PINGUITUDO terræ pro pinguedine *leg.* 1. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv.* Utrumque enim recte & Latine dici auctoritate Varron. *de re rust. lib.* 2. *c.* 4. & *lib.* 3. *c.* 9. & Plinii *lib.* 23. *hist. nat. c.* 8. aliorumque probat Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 370. Hein.

PINUS. De *pino* integri strobyli *l.* 167. *D. de verb. signif.*

PIPERIS genera duo recensentur in *l. ult.* § 7. *D. de publican. Longum*, & *Album*, inter quæ etiam differentiam statuit Theophrast. *lib.* 9. *hist. plant. c.* 22. Dioscorides *lib.* 2. & Galen. *lib.* 7. *simpl. medicam.* Plin. *lib.* 12. *c.* 7. Solin. *in polyhist. c.* 53. Isidor. *lib.* 17. *c.* 8. Nascitur autem *piperis* arbor in India, & in latere Caucasi montis, quod soli obversum est.

PIRATARUM insidias casibus, quibus resisti non possit, adnumerat Cajus *l.* 18. *D. commod.*

PIRATICAM facere *l.* 20. *D. de oblig. & act.*

PISCARI in fluminis publici diverticulo *l.* 7. *D. de diverse. temp. præscr.* in mari, vel in lacu *l.* 3. §. *ult. D. de injur. l.* 5. §. *ult. D. de divis. rer.*

PISCATIONEM thynnariam exercere *l.* 13. *D. commun. prædior.*

PISCATOR *l.* 5. *D. de nautic. fœn.* Ne piscatores nocte lumine ostenso fallant navigantes *l.* 10. *D. de incend. ruin. naufr.* Piscatoribus Phormianis, & Capenatis D. Pius rescripsit *l.* 4. *D. de divis. rer.*

PISCINA *l.* 1. *pr. l.* 4. §. *ult.* D. *de fonte*, opponitur stagno *l.* 3. §. 14. *D. de adquir. vel amitt. possess.* Gell. *lib.* 2. *c.* 2. Lacus & stagna, quæ piscibus vivis coercentur clausa, suo & proprio nomine *piscinas* nominaverunt.

PISCES capientium fiunt *l.* 1. §. *ult. D. de adqu. rer. dom.*

PISTERES, de quibus singularis est titulus *C. Just. & C. Theod.* Pistorum corpus *l.* 1. *D. quod cujusq. univ. nom.* Qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur *l. ult. pr. D. de excus.*

PISTRINUM *l.* 13. §. *ult. D. de usufr.* insulæ dotali adjectum, impensis utilibus plerumque adnumeratur *l.* 79. *D. de verb. signif.* Pistrinum exercere *l. ult. pr. D. de excus.*

PITHANON, vel πειθανων libros scripsit Antistius Labeo, in quibus regulas juris generales proposuit. Quum vero eo nonnumquam, ut fieri solet, fallerent, scriptis in eos libros notis exceptiones addidit Julius Paullus. Vid. Bynkersh. *lib.* 3. *obs. c.* 6. Hein.

PIT-

PITTACIUM in *l.* 5. & *l. pen.* §. 3. *C. de erogat. milit. annon. l.* 29. *C. Th. de petition. & ultr. dat.* Lamprid. *in Alex. c.* 21. De promovendis etiam militibus sibi adnotabat, & perlegebat cuncta *pittacia.* Cassiod. *lib. 1. var. Epist.* 18. Si Romani prædium sine delegatoris cujusquam *pittacio* præsumtor barbarus occupavit. Moschopulus περι σχεδων, πεττυκια, ait, Δωρικως, τα λεπτα περιτμηματα των δερματιων, αφ' ε ημεις πιττακια λεγομεν. Πεττυκια Dorice *sunt tenuta segmenta coriorum, unde nos pittacia dicimus.* Est autem *pittacium* index, sive libellus brevis, rationes, & commentarii annonarum militarium, quorum mentio quoque fit in *l.* 11. & 13. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* ubi vid. Gothofr. & Jo. a Wouwern. *Not. ad Petron. Satyr. c.* 43. Add. Car. Du-Fresne *in Glossar. h. v.* Ceterum *pittacium* videtur descendere απο της πιττας, vel πιτας, a *pice* vel *maltha*, qua panni vel linteamina illiniebantur. Plin. *Hist. nat. lib.* 2. *c.* 104. & *lib.* 36. *c.* 24. Unde libri lintei fuisse videntur Cironio *obs. jur. Canon. lib. c.* 13. Hein.

PITUOCAMPÆ, vel pityocampæ in *l.* 3. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* pinorum erucas, & in picea nascentes erucas Plinius interpretatur *lib.* 23. *hist. nat. c.* 2. & *lib.* 29. *c.* 4. quæ & inter venenata ab eodem ponuntur, ut & a Dioscoride, qui de earum noxia vi tractat *lib.* 2. & *lib.* 6.

PIARUM actionum dicœcetæ & curatores *l.* 46. §. 6. *C. de Episc. & cler.*

PIUS filius *l.* 38. *D. de fideic. libert.*

Pius adpellatus Antoninus. Unde & *Divi Pii* adpellatione in libris nostris exaudiendus est. Justinian. *Novell.* 78. *c.* 5. Ωσπερ γαρ Αντωνινος ο της ευσεβειας επωνυμος, εξ ὑπερ, και εις ημας τα της προσυγορίας ταυτης καθηκει. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus, ex quo etiam ad nos adpellatio hæc pervenit. *Piissimum* & justissimum duxi *l.* 3. §. 4. *D. de adim. legat.*

PLACARE. Antiqui juris altercationes placavimus §. *ult. Inst. de libert.*

PLACERE plerumque in libris nostris dicuntur, quæ prudentium auctoritate recepta, introductaque sunt. Atque ita interpretandum est illud *placet* in *l.* 7. §. 14. *D. de administr. & per. tut. l.* 21. *D. de damn. infect. l.* 4. *D. de pact. & passim.* Placet, ut multis rescriptis continetur *l.* 7. §. 1. *D. de administr. & per. tut. Placuit*, id est, visum est juris auctoribus, responsum est, obtinuit, & pro re certa habitum est *l.* 29. *D. de usur. l.* 20. *D. de tut. & rat. distr.* & aliis locis Vid. Bynkersh. *obs. lib.* 5. *c.* 7. Placere video *l.* 55. *D. de legat.* 2. Hac ratione *placuit l.* 69. §. 2. *D. eod. tit.* Recte placuit *l.* 33. *D. de exc.* placuit, & rescriptum est *l.* 44. *D. de excus.* placuit, eoque jure utimur *l.* 6. §. 1. *D. de aqua & aqu. pluv.* Aristoni placet *l.* 13. *D. ut legat. seu fideicom.* & ita aliis Jurisconsultis passim nominatis *placere* dicitur.

Placuit alias est, inter consentientes convenit *l.* 69. §. 7. *D. de jur. dotium.* Pacto placuit, ut *l.* 1. §. 3. *D. de pign. & hypot.* inter creditorem & venditorem *l.* 10. *pr. D. quib. mod. pign.* inter duos *l.* 30. *D. de pact. dot.* Placita pœna *l.* 2. *C. de rec. arbitr.* id est, compromisso comprehensa. Placitum pretium *l.* 9. *C. de contr. emt. l.* 11. *C. de rescind. vend.* id est, conventum.

Placuisse etiam principibus dicitur, quod ab illis constitutum, re-

reſcriptum, decretum eſt, ut *l. 1. C. qui manum. non poſſ. l. 4. C. quæ res pign. l. 66. D. de legat. 2.* Quod principi *placuit* legis habet vigorem §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. pr. D. de conſtit. princ.* Et plerumque hoc verbo principum conſtitutiones ſignificari notat Cujac. in *Papin. lib. 2. ad l. 1. D. de uſur.* Sæpe etiam *placuit* nota exceptionis eſt, ab Imperatore adverſus regulam juris introductæ. Jac. Gothofr. *ad l. 2. C. Th. famil. erc.*

Placere etiam Senatui dicitur, quod Senatus æquum cenſet, & decernit, ut ex SCo Macedoniano, Velleiano, & de hereditatis petitione facto conſtat *l. 1. D. ad SC. Macedon. l. 1. D. ad SC. Vellei. l. 20. §. 6. D. de hered. pet.* Aliud ſenatui placuit *l. 21. D. de SC. Sil.*

Verbum quoque *placuit* in ſententiis uſurpatum, indicat *l. 40. D. de pœn. l. 88. pr. D. de legat. 2. l. 14. §. 4. D. de bon. lib. l. 30. in fin. D. de pact. dot.* Placuit, ſcilicet prætori, vel judicanti *l. 22. 16. & 29. D. eod. tit.*

Placet generaliter pro velle uſurpatur *l. 14. & 41. §. 4. D. de fideicom. libert. l. 78. §. 1. D. de legat. 3.*

PLACITUM pro qualibet conventione & pactione uſurpatur, ut in *l. 10. C. de contr. emt. l. 1. §. 2. D. de pact. l. 74. D. de evict. & paſſim.* Interdum tamen pro mera & nuda conventione, quæ nudis conventionis finibus ſtetit, nulla rei traditione ſequuta, aut ſtipulatione interpoſita. Et ita *placitum* accipe in ſpeciebus *l. 96. §. 2. D. de ſolut. l. 26. §. 4. D. de pact. dotal. l. 4. D. de ſervit. l. 7. 14. & 17. C. de tranſact. l. 53. D. de judic. l. 20. §. 3. D. famil. erciſc. l. 45. D. de pact. l. 15. C. famil. erciſc. l. 4. §. 1. C. de rer. permut. l. 7. D. mandat. l. 3. 5. & 7. C. de rer. permut. l. 6. C. comm. utriuſq. judic. l. 2. C. de condict. ob cauſſ. dat. l. 36. C. de liber. cauſſ.*

Placita quoque leges, & conſtitutiones principum, & reſcripta, immo & ſententiæ judicum, vel arbitrorum dicuntur *l. 4. & 5. C. de ædific. privat. l. 2. C. famil. erciſc. l. 12. 6. ad leg. falc. §. 3. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. C. ſi pign. dat. l. 1. C. de recept. arbitr. l. 4. C. de hered. inſt.*

PLAGA, regio, tractus. *Plaga* agri *leg. 39. & 41. §. 9. de legat. 2.*

PLAGÆ idem ac retia *l. 12. §. 13. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Virgil. *lib. 14. Aen. v. 131.* Retia, rara *plagæ*, lato venabula ferro. Ubi Servius ait, multos per retia rara, majora, per *plagas* minora intelligere. Alios *plagas* per definitionem accipere, ut intelligamus, quæ ſint retia rara, nimirum *plagæ*. Ipſe vero *plagas* proprie dici ſubjicit, funes illos, quibus retia tenduntur, circa imam, & ſummam partem.

Plagæ pro inſidiis. In has contubernii *plagas* depulerit *l. 3. C. Th. ad SC. Claudian.*

Plagæ pro verberibus, Ictibus, & percuſſionibus. Sic *plagarum* correctio *l. 20. in fin. C. Th. de emend. ſerv.*

PLAGIARIUS adpellatur, qui mancipia aliena ſollicitat, celat, ſupprimit *l. 52. §. 12. D. de furt.* Unde & ſupreſſor vocatur in *l. 6. D. ad leg. Fab. de plag.* Tertullianus *lib. 1. adverſ. Marcion. c. 23.* & Ulpian. *in Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit. 14. §. 3.* *plagiatorem* vocant Add. *l. 17. §. 7. D. de Ædil. edict.* & *l. 48. §. 2. D. de furt.*

Plagiarius quoque habetur, qui liberum hominem ſciens dolo ma-

lo

lo vendit, emit, donat, celat, in vinculis habet. Et ita *plagiarios* accipe *l.* 13. *D. de offic. præsid. l.* 4. §. 1. *D. ad leg. jul. peculat. rubr. D. & C. ad leg. Fab. de plagiar.* Vetus glossarium: *Plagiarii* sunt, qui liberos homines surripiunt, & vendunt, *Plagiarii* in Indice Βασιλικων dicuntur ανδραποδισται Auctor Etymologici: Ανδραποδιστης, ὁ μονον ὁ τες ελευθερες απαγων εις δουλειαν, αλλα και ὁ τες δουλες απο των δεσποτων αποστων εις ἑαυτον, *Plagiarius* non solum qui liberos homines in servitutem abducit, sed & qui servos a dominis abstrahit.

PLAGIUM crimen est, quo tenetur, qui mancipium alienum supprimit, vel liberum hominem servitio premit, aut servum sciens abstrahit *l.* 6. *D. ad leg. Fab. de plagiar. l.* 8. *C. eod. tit.* Quod nomen a Græco verbo πλαγιον, quod obliquum significat. Isidor. *lib.* 10. *etymol. p.* 1084. *edit. Dionys. Gothofr. Plagiorum* vero pœna olim erat pecuniaria, ut apparet ex *l. fin. D. ad leg. Fab. de plagiar. Eclog.* 48. *c.* 1. quæ propter sceleris frequentiam in usu esse desiit, postea capitalis esse cœpit, & plerumque in exsilium, sive in metallum damnatio *d. l. fin.* Sane hominis liberi suppressio pœnam habet mortis *l. fin. C. eod. tit. l.* 1. *D. eod. tit.* Sed servi alieni suppressionis pœna minor est, quod constat ex §. 10. *Inst. de publ. jud.*

PLANARIAM interpellationem quum in *leg.* 4. *C. de dilat. cum in l. penult. C. de naufrag.* (Sic enim utrobique corruptum hoc verbum emendandum non ex ingenio solum, sed & scriptorum Codicum fide) accipe de judice adito *non pro tribunali*, sed *ex æquo loco*, ut puta quum stat, aut procedit, aut alias prodiens in transitu sui potestatem facit. Ita *planarii conflictus* apud Ammian. Marcellin. *lib.* 19. *c.* 5. qui ex solo plano fiunt, non ex montibus. *Plenariam* tamen in *l. pen. C. de naufr.* contra Brissonium & Cujac. legendum censet Jac. Gothofred. ad *l. ult. C. Th. eod. tit.*

PLANCIANUM Senatusconsultum de liberis agnoscendis *l.* 2. §. 10. *l.* 3. §. 1. *D. de liber. adgnosc.* Erat & alterum de fideicommissis personis incapacibus relictis, a M. Plancio Varo, ut videtur, conditum, quo cavebatur, ne detractionem quartæ haberet, qui non capienti hereditatem restituere rogatus esset. Ejus autem mentio fit *l.* 59. §. 1. *D. ad leg. falcid.* Vid. Hein. *Hist. jur. lib.* 1. §. 234. *Hein.*

PLANE simpliciter sine conditione, determinationeve adjicienda *leg.* 48. *D. de administr. & peric. tut. l.* 41. §. 6. *D. de vulg. & pupill. substit.* §. 1. *Inst. de testam. milit.*

Plane pro sed in *l.* 52. §. 7. *D. de legat.* 3. *& l.* 7. §. 4. *D. ad leg. Aquil.*

PLANUM est æquum, sive æquabile. Sic *Plana* & clausa via opponuntur *l.* 2. §. 32. *D. ne quid in loc. publ.*

PLANO quoque *sublime*, & *editum* adversatur. Unde de *plano* opus facere & in machina operari contrarie relata invenimus in *l.* 5. §. 7. *D. commodat.* Quum ripæ cedunt, ex quo primum a *plano* vergere incipit usque ad aquam *l.* 3. *D. de flumin.*

Itaque *de plano* cognoscere, interloqui, discurrere, quo genere loquendi utuntur nostri in *l.* 1. *D. de constit. princip. l.* 9. §. 3. *D. de offic. procons. l.* 6. *D. de accusat. l.* 11. §. 7. *D. de adulter.* significat *ex plano*, & ex æquo loco, non ex superiore cognoscere, ut Cic. *pro Cæcina c.*

17.

17. *lib.* 3. *ad familiar. epist.* 8. *& lib.* 3. *de orator. c.* 6. loquitur, id est, non pro tribunali, sed in via, in transitu, quum vel lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia magistratus prodierit *l.* 7. *D. de manum. vind.* §. 2. *Inst. de libertin.* Eodemque modo χαμοθεν, id est, *de plano* & προ βηματος opponuntur a Modestino in *l.* 13. §. 10. *D. de excusat.* Sicque *de tribunali*, & *de plano* adversantur apud Paull. *sent. lib.* 5. *tit.* 16. §. 14. Unde *de plano* legi possit *l.* 11. §. 3. *D. de institor. act.* id est, εξ επιπεδυ, ut est apud Joseph. *lib.* 19. *Antiquit. Judaic. c.* 4. Fuit hæc formula edictalis, qua edicta proponi jubebantur *apud forum palam, unde de plano recte legi possit.* Ita enim illam in tabula ænea bibliothecæ Regiæ repetit Cujac. *lib.* 7. *observ. c.* 29. In edictis a Josepho recensitis ea formula frequentissima est: *εν τω επιφανεςατω οπως υπο παντων αναγινωσκεσθαι δυνησεται.* Joseph. *lib.* 14. *Antiq. Judaic. c.* 12. Usi eadem sunt Seneca *Natural. Quæst.* 1. 4. Auson. *in Gratiar. action. ad Gratian.* imo & Cicero *ad Att. lib.* 9. *Epist.* 27. *Hein.*

Planum pro apertum, liquidum, manifestum. Quid tam *planius* per pleonasmum *l. un. pr. C. Theod. quor. bonor.* Similia exempla sunt apud Plaut. *Menæchm. prolog. v.* 55. *Stich. Act.* 5. *sc.* 4. *v.* 22. *Pœnul. prolog. v.* 82. *& Act.* 2. *sc.* 1. *v.* 15. *Aulul. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 8.

PLATEA *l.* 14. *C. de oper. publ.*

PLATO summæ prudentiæ, & auctoritatis apud Græcos *l.* 2. *D. de nundin.*

PLAUSTRUM vel *Plostrum* Sueton. *in Vespas. cap.* 22. Mestrium Florum Consularem, admonitus (Vespasianus) ab eo *plaustra* potius, quam *plostra* dicenda, die postero *Plaurum* salutavit. Hoc autem vocabulum occurrit in *l.* 7. §. 1. *D. de servit. præd. rust. l.* 27. §. 33. *l.* 52. §. 2. *D. ad leg. Aquil. l.* 12. §. 10. *D. de instr. vel instr. legat. l.* 1. §. 9. *D. si quadrup. paup.* Multa tam de *plaustris*, quam de *plaustrariis* docte scripta adfert Jo. Schoeffer. *de re vehicul. lib.* 2. *c.* 19. *p.* 243. *& lib.* 1. *cap.* 17. *p.* 219.

PLAUSUS, *a*, *um*, *Plausorum* inconsulta insania *l.* 2. *C. Theod. de expens. ludor.*

Plausus populi *l.* 177. *pr. C. Theod. de decurion.* popularis *l.* 1. *C. Th. de spectac. l.* 5. *C. Justin. eod. tit.*

PLAUTIUS jurisconsultus, cujus sententiæ aliquot in libris nostris laudantur. Ad eum notas scripsisse Neratium, adparet ex *l.* 5. *D. de servit. præd. rust.* ut & Javolenum, quod compluribus Pandectarum locis comprobatur, maximeque ex inscriptione *l.* 83. *D. de verb. signif.* quæ hunc titulum præfert. Scripserunt & ad hunc Plautium Sex. quidem Pomponius libros septem, Julius vero Paullus libros octodecim, quemadmodum prope innumeris Pandectarum locis planum fit. Omnes auctores apud *Plautium* de hoc consenserunt *l.* 1. §. 3. *D. de usufr. adcresc.* Ceterum floruisse *Plautium* sub Vespasianis, ex eo patet, quod ipse laudat Proculum & Cassium *l.* 8. *D. de aur. & arg. legat. l.* 43. *D. de condit. & demonstr.* & vicissim laudatur a Neratio *l.* 5. *D. de servit. præd. rust. Hein.*

PLEBANI in *cap.* 1. *ne cler. vel monach. in lib.* 6. quale jus habeant, docet Innocen. in *c. dilectus de capell. monach.*

PLEBEJUS dicitur, qui est vilioris conditionis, & vulgo & humili loco natus. Unde & *plebeius*

berus & decurio in libris noſtris quandoque opponuntur *l.* 3. *D. de teſtib. l.* 9. §. *pen. & l.* 10. §. *ult. D. de pœn.* Decurionum honoribus *plebeii* fungi prohibentur *l.* 7. §. 2. *D. de decurion.* Si agro vel pecunia idonei comprobantur *plebeii*, munus curialibus aggregari eos jubet Theodoſius M. Imp. in *l.* 132. *C. Th. de decurion.* Alias *plebeius*, & honeſtior opponuntur *leg.* 1. §. *ult. D. de effract. Plebeii* & qui ſunt in aliquo honore poſiti *l.* 3. §. 2. *D. de ſtellionat.* Sic *plebeius* & humilioris conditionis ſeparatur ab eo, qui ſuperioris cujuſcumque loci, dignitatiſve eſt *leg.* 1. *C. Theod. de deſert. Plebeii* & negotiatores opponuntur illis, qui nobiliores natalibus & honorum luce conſpicui, & patrimonio ditiores ſunt in *l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* Eminentiſſimorum & perfectiſſimorum virorum usque ad pronepotes liberos *plebeiorum* pœnis vel quæſtionibus non ſubjici *l.* 11. *Cod. de quæſtion.* Prudent. *Periſteph. hymn.* 14. *v.* 11. *ſeq. Adparitores ſed furenti ſuggerunt: Illum vetuſta genitum proſapia, Meritiſque multis eſſe primum civium. Jubet amoveri noxialem ſtipitem, Plebeia clarum pœna ne damnet virum.* Eodem modo & milites neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in cauſſis criminum ſubjungi concedit *l.* 8. *C. de quæſtion. Plebeia* faex, vilitaſque *l.* 5. *C. Theod. de bon. proſcript. Plebeiam* ſuſtinere capitationem *l.* 36. *C. Th. de decur.* hoc eſt, talem, quæ non a curialibus, ſed a plebe præſtari ſolebat.

PLEBISCITUM. Pomponius ita adpellatum ait, jus, quod ſibi populus ſine auctoritate patrum conſtituebat *l.* 2. §. 8. *D. de orig. jur.* Juſtinianus vero *plebiſcitum* definit, quod plebs plebeio magiſtratu rogante, veluti tribuno, conſtituebat §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ. Plebiſcitum*, ſecundum Capitonem, eſt lex, quam plebs non populus accipit. Feſtus *lib.* 17. Sciſcere, ait, eſſe ſententiam dicere, ſuffragium ferre, eoque *ſcita plebis* dici, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu rogante. Ita Lex *Aquillia plebiſcitum* eſt, quum eam Aquillius Tribunus plebis a plebe rogaverit *l.* 1. *D. ad leg. Aquill. Plebiſcito* continetur, ut ne quis præſidum, munus, donum caperet *l.* 18. *D. de offic. præſid.* Cicero *contra Rullum & lib.* 3. *de legib.* vocat *legem tribuniciam.*

PLEBS eſt ceteri cives ſine ſenatoribus *l.* 237. *D. de verb. ſignif.* Eaque eo differt a populo, quo ſpecies a genere. Nam populi adpellatione univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. *Plebis* autem adpellatione ſine patriciis & ſenatoribus ceteri cives ſignificantur §. 4. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Gell. *lib.* 10. *c.* 20. Plebs ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non inſunt. Differentiam *plebis* a populo clare innuit *l.* 2. §. 9. *D. de orig. jur.* quia difficile plebs convenire cœpit, populus certe multo difficilius in tanta turba hominum. Quod autem Juſtinianus *l.* 2. plebem a populo, ut ſpeciem a genere differre ait, id populariter eſt accipiendum, voluit enim plebem a populo differre, ut quod continetur ab eo, quod ipſum continet.

Plebs pro vulgo, & vilioris conditionis hominibus. Sic *plebs* & decuriones opponuntur *l.* 5. *C. de defenſor. civit. plebis* defenſores *leg.* 8. *C. Theod. de donat. plebs* pro ruſticis *l.* 5. *C. de metat. l.* 26. *C. Theod. de annon. & tribut.* Add. *tit. C. de ſedit.*

&

& de his, qui plebem contra rempubl. audent colligere.

PLECTERE, punire in *l.* 29. §. 4. *D. ad leg. jul. de adult. Plectere* capite *l.* 27. *C. ad leg. Fab. de plagiar.* capitis pœna *l.* 9. D. *ad leg. Pomp. de parricid.* exsilii pœna *l.* 13. *C. de his, qui accus. non poss.* falsi pœna *l.* 32. *D. de leg. Cornel. de falsi.* pœna pecuniaria *l.* 4. *D. de custod. & exhib. reor.* stellionatus crimine *l.* 29. §. 5. D. *mandat.* tripli condemnatione *l.* 14. §. 9. *D. quod met. causs.* SCo Turpilliano *l.* 1. §. 10. *D. ad SC. Turp.* usuris *l.* 7. §. 3. *D. de admin. & per. tut.*

PLECTIBILIS usurpatio *l.* 16. *C. Theod. de pistor. & cataboli.* invidia apud Sidon. *lib.* 4. *epist.* 6. vita apud eumd. *lib.* 6. *epist.* 1.

Aliquando *plectibilia* absolute pro delictis *l.* 5. *C. Theod. de heret.* & apud Sidon. Apollinar. *lib.* 4. *epist.* 13.

Immo & pro pœna usurpatur, quo sensu, *plectibili* severitate fraudibus obveniendum, ait *l. ult. princ. C. Th. de dec.*

PLENARIA interpellatio. Vid. supra sub *planaria.*

PLENE penitus omnino *l.* 9. §. 4. *D. de interrog. in jur. fac.* quo sensu *plenius* dicitur in *l.* 1. §. 10. D. *si is, qui testam. lib. & passim.*

PLENUM. Hoc verbo significatur omne id, quod est integrum, absolutum, completum, solitum, individuum. Sic *plena* negotiorum actio *l.* 37. *D. de negot. gest.* dicitur, quæ in solidum, non quatenus maritus facere potest, datur. *Plena* legis actio *l.* 1. *C. de adoption.* custodia, ut & diligentiam præstet *l.* 2. §. *ult. D. de peric. & commod. rei vend. Plena* defensio *l.* 21. §. *ult. D. ex quib. causs. major. l.* 1. §. 2. *D. de administr. & peric. tut. l.* 34. §. 4. *D. de jurejur.* definitio *l.* 1. §. 5. D. *quod vi aut clam* facultas *l.* 1. §. 10. *D. ad SC. Trebell.* Falcidia *l.* 16. *D. ad leg. Falcid. Plenam* fidem testatori exhibere, est eo, qui voluit solidum, & minime delibatum fideicommissum præstare *l.* 20. *in fin. D. de donat. l.* 19. *D. quæ in fraud. credit. l.* 5. §. 15. *D. de donat. int. vir. & ux.* Hoc Justinian. *Novell.* 1. *C.* 1. dicit καταβαλειν ολοκληρα τα πρεσβεια, και πλην την γνωμην τε διαθεμενε τηρησαι. Indebitum solvisse non videtur, qui plenam fidem defuncto præstare maluit Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 3. §. 4. *Plena* immunitas *l.* 7. *C. de muner. patrim.* liberatio *l.* 82. *D. ad leg. Falcid.* possessio *l.* 54. *C. de Episc. & cler.* potestas §. *ult. Inst. de rer. divis.* proprietas, quæ nudæ adversatur, eoque nomine solida, & non separata usufructu proprietas demonstratur *l.* 36. §. 1. *l.* 46. *D. de usufr. l.* 2. *D. de quib. mod. usufr. amitt. l.* 78. D. *de jur. dot. l.* 10. *& 26. D. de usufr. legat. l.* 15. *in fin.* D. *de castrens. pec. plena* pubertas *l.* 40. §. 1. *D. de adoption.* significatio *l.* 38. §. 4. *D. de usur.* summa, id est, integra, & solida *l.* 108. §. 10. *D. de legat.* 1. voluntas *l.* 39. §. *ult. D. de fideic. l.* 3. *C. de donat. l.* 16. *D. de leg. præst.*

Plenum arbitrium *l.* 11. §. 7. *D. de legat.* 3.

Plenum compromissum, cui pœna, vel alia res vice pœnæ addita est. Item quod de rebus omnibus controversiisque constitutum est, denique quod omnibus numeris perfectum est, & absolutum. Si alter rem, alter pecuniam stipulanti promiserit, *plenum* compromissum est *l.* 1. §. 2. *D. de recept. arbitr.* Si petitor quis stipu-

pulatus est, possit dici *plenum* esse compromissum *l.* 13. §. 1. *D. eod. tit. Plenum* compromissum appellatur, quod de rebus controversiisque compositum est, nam ad omnes controversias pertinet *l.* 21. §. 1. *D. eod. tit.* Hoc compromissum *plenum* est, quod & doli clausulæ habet mentionem *l.* 31. *in fin. D. eod. tit.*

Plenum corpus Homeri *l.* 5. §. 2. *D. de legat.* 3.

Plenum dominium dicitur, cui ususfructus cohæret *l.* 4. *D. de alim. & cibar. legat. l.* 1. *v. & si non nuptæ C. de rapt. virgin. l.* 54. *C. de episc. & cler.*

Plenum judicium animi Ulpian. *tit.* 20. *regul.* §. 12.

Plenum jus *l.* 29. *D. qui & a quib. l.* 11. *C. de act. emt. l.* 1. *C. de revoc. donat. l.* 126. §. 1. D. *de verb. oblig. l.* 28. D. *de usur. l.* 17. D. *quib. mod. usufr. amitt. l.* 19. D. *de ann. legat. l.* 17. D. *de rei vind. l.* 19. D. *de bon. libert. l.* 1. *C. eod. tit. Pleno* jure nostrum id esse accipimus, cujus & ususfructus, & proprietas ad nos pertinet.

Plenum legatum, ex quo Falcidia detrahitur *l.* 147. D. *ad leg. Falcid.*

Plenum obsequium præstare testatoris judicio *l.* 16. D. *de legat. præstand.*

Plenum officium *l.* 2. §. 2. D. *ad SC. Tertull.*

Plenum tempus. Dummodo vivos & *pleni* temporis pariant Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 9. §. 1.

Plenus adfectus *l.* 3. *C. de adquir. vel retin. possess.*

Plenus annus cœpto, vel inchoato opponitur *l.* 8. D. *de muner. & honor.* Annum agens plenum nonum decimum *l.* 74. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* Annus vicesimus quintus cœptus pro pleno habetur *l.* 8. D. *de muner. & honor.*

Plenus fundus. An post tempus decennii *plenus* fundus ad legatarium pertineat *l.* 26. D. *de usu & usufr. legat.* id est, pleno jure.

Plenus numerus mancipiorum *l.* 21. D. *de option. vel elect. legat.* actionum *l.* 11. D. *de præscr. verb.* ordinis *l.* 2. D. *de decurion. Plenus* ordo *d. l.* 2. D. *de decurion.*

Plenus repletus, & vacuo opponitur. Sic vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 21. §. 1. id est, ἐνθουσιαστικὸς. Plenus locus *l.* 2. D. *de decurion.*

Plenior, id est, amplior, uberior. *Plenior* prætoris animadversio *l.* 15. §. 28. D. *de injur.* interpretatio *l.* 18. §. 1. D. *de pecun. constit.* hereditas *leg.* 56. *D. ad leg. Falcid.* obligatio *l.* 95. §. 3. D. *de solut. & liberat. l.* 5. D. *de fidejuss. l.* 51. §. 3. D. *de evictionib. Plenius* legatum *l. ult.* D. *de alim. & cibar. legat. pr. Inst. de legat. t.* 46. D. *de legat.* 3. munus *l.* 13. D. *de vacat. & excus. muner.*

Plenissima coercitio *leg.* 17. §. 1. D. *de usufruct.* firmitas *l.* 13. D. *de donat. int. vir. & ux.* immunitas *leg.* 17. §. 1. D. *de excusat.* indulgentia *l.* 2. D. *de sessam. milit.* jurisdictio *leg.* 7. D. *de offic. proconss.* severitas §. *ult. Inst. quib. alien. lic. vel non* voluntas *l.* 27. D. *de instr. vel instr. legat. Plenissimum* flumen *l.* 3. D. *de flumin.* verbum *l.* 19. D. *judic. solv.*

Plerumque ut plurimum, fere semper *l.* 10. D. *de jur. dot. l.* 22. §. *ult.* D. *ad leg. jul. de adulter. l.* 28. §. 11. *&* 12. D. *de pœn.* & passim. Aliquando significat *interdum*, ut in *l.* 25. *in fin. l.* 26. D. *de pact.* Et ita accipe in *l.* 43. §. 1. D. *de furt.* ne pugnet cum *l.* 21. §. 1. D. *de adquir. possess. & l. pen.* D. *pro de*

de velict. & *l.* 8. *D. de leg. Rhod.* Simili modo & in *l.* 3. *D. de interrog. in jur. fac.* Quod *plerumque* ab imprudentibus dici solet *leg.* 17. §. 1. *D. de ædil. edict. princ. Inst. de inoff. test. l.* 52. *fin. D. de oblig. & act. l.* 50. §. 4. *D. de legat.* 3. An & in *l.* 1. §. 10. *D. de offic. præfect. urb. verb.* nam & puniendi plerumque liberti? Sane eadem illa notione *plerique* pro nonnullis aliquando dicuntur: *Plerique* cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui animi & offensa *l.* 32. §. 10. *D. de donat. int. vir. & uxor.*

PLOSTRARIUS, *plostrum.* Vid. *plaustrarius, plaustrum.*

PLOTINA Augusta. Ejus fit mentio *l.* 57. *D. de legat.* 2.

PLUMARII sunt, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt, quo genere prisca luxuria delectata est. Prudent. in Hamarrigenia: Avium quoque vertice olorum Indumenta novis texentem pluma telis. Vel erant *plumarii* qui acu pingentes exprimebant animalium, vel hominum figuras. Hieronym. *in Chronicis:* Macedonius artis *plumariæ.* Et in *versione Exodi* sæpe. Firmicus 3. c. 13. Facient linteones, aut tunicarum textores, plumarios. Idem c. 10. Qui erunt etiam linteones aut plumarii. Itaque pro *plumarii* in *l.* 1. *C. de excusat. artif.* legendum censet Jac. Gothofr. Cujac. *plumarii*, atque ita in veteribus libris reperiri testatur, & Græcos legere. De *plumariis*, horumque arte plura Salmas. *ad Script. hist. August. p.* 310. 398. 507. *& seq.*

PLUMBARE est plumbo divisas materias jungere in *l.* 27. *D. de adquir. ver. dom.* Ejusdem significationis est verbum *adplumbare.* Statua *adplumbata* est in *l.* 2. *D. de sepulcr. viol.* Plumbo nimirum liquefacto statuas figebant Romani, in primis simulacra Deorum, ne fugerent. Arnob. *lib.* 6. Inter quæ omnes, ait, sinus, commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, & salutares moras signorum diuturnitatibus commodare. Prudent. *adverss. Symmach.* 1. *v.* 231. Suffusa figunt vestigia plumbo, ubi adde quæ notavit Jo. Weltz. in *Not. p.* 734. *Hein.*

PLUMBARII, qui tubos & canales plumbeos fundebant. Eorum mentio fit *l. ult. D. de jur. immun. & l.* 2. *C. Theod. de excusat. artif. Hein.*

PLUMBATA, æ. *Plumbatarum* verbera *l.* 2. *C. de exactor. tribut.* Sic enim illic legendum docet *leg.* 3. *C. Theod. de exaction.* & *l.* 2. *C. Th. de quæstion.* & *l.* 8. *C. Theod. de decurion. Plumbatarum* ictibus subjiciatur *l.* 40. *C. de decur.* Ambros. *de passion. Gervas. & Protas:* Tunc indignatus comes Astacius jussit eum tamdiu de *plumbatis* contundi, quamdiu spiritum redderet. Et *in passione quatuor coronatorum martyrum.* Illis autem reluctantibus renunciatum est Diocletiano Augusto, qui eos jussit ante ipsum simulacrum ictu *plumbatarum* deficere. Item in *Martyrologio* Usuardi *ad Carol. August.* Quarto nonas Decembr. Romæ passis sanctæ Bibianæ martyris, quæ jubente Juliano iniquissimo tamdiu plumbatis cæsa est, donec redderet spiritum. Suidas *Tom.* 3. *p.* 132. πλεμβατοις, μολιβδοις, κατα γλωτταν. *Plumbatis, pilis plumbeis, secundum glossam.* Itaque apud Basil. M. in Homilia *de Gordio martyre.* Πε δε αι μολυβδιδες, πε δε αι μαστιγες, quod interpres *laminas plumbeas* vertit, *plumbatas* vertendum erat. Adpellantur & *plumbi* verbera *leg.* 7. *C. Theod. de exact.*

Ex quibus minus obscurum videbitur, quod in *l.* 1. *C. de his, qui potent. nom.* præcipiunt Imperatores, eos, qui in potentiores litem transtulerint, *plumbo adfectos relegari*, ut & illud, quod D. Ambros. *lib.* 5. *Epist.* ita scribit: Si compertum fuerit, data auctoritate aliquos Christianorum aut gladio, aut fustibus, aut *plumbis* necatos. Prudent. *Peristephan. hymn.* 14. *v.* 116. Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus, *Plumboque* cervix verberata extuberet. Ad quem locum ita scribit Jo. Veitzius: Erat id genus tormentorum quasi flagellum ex funiculis, in quorum summitatibus glandes plumbeæ erant impactæ, his terga ad collum damnati hominis verberabantur. *Ictus plumbeos* eodem sensu dixit idem *eod. Hymn. v.* 122. Adde quæ de hoc supplicii genere dixerunt Jac. Gothofred. ad *l.* 2. *C. Theod. de quæstion.* & Pet. Fab. *lib.* 2. *Semestr. c.* 8. Immo & Barthol. Barrient. *Adnot. Sylv. c.*28. Sagittar. *de cruciat. martyr. c.* 5. §. 18. *seq.* & quos laudavit Bynkersh. *lib.* 1. *observ. c.* 2. Id addere licebit, in *l. un. C. de his, qui potent. nomin adfectos plumbo* non dici, *plumbatis* cæsos, sed *numellas plumbeas gestantes*. Græci της τιμωριας το ειδος, ινα μολιβδῳ πανταχοθεν περισφιγγομενος, τετες ηλοιφορων η πλημμελιζομενος, διηνεκεως εις το μεταλλον εκπεμπηται. Supplicii hæc species est, ut undique plumbo constrictus, hoc est, numellas gestans, ac veluti plumbatus in metallum perpetuo datur. Vid. Car. Labbæi *observ. & emendat. in Synops. Basilic.*

Plumbata etiam jaculi genus in modum sagittæ pennis instructum fuit. Cujus duo genera facit auctor libelli *de rebus bellicis*, qui *Notitiæ Imperii Romani* subjungitur *p.* 31. edit. Guid. Pancirol. unum, cujus ligno ferrum ad formam venabuli aptatum infigebatur, fistula ejusdem ferri parumper extensa, supra quam modico interjecto spatio plumbo adhærentes aculei velut tribuli emergebant, quæ *plumbata tribolata* adpellabatur. Altera *mamillata*, quæ bene extensa, & directa virga accipiebat in extremitate sui rotundum & in acumen deductum ferrum similibus locis, quibus superior in *tribolata plumbo, & pennis* adhærentibus. Hujusmodi *plumbatarum* meminit Veget. *de re milit. lib.* 1. *c.*17. & *lib.* 2. *c.*16.

PLUMBUM. Plumbi liquescentis ingestio, pœna nutricum raptus consilium puellis dantium, pravisque adeo suasionibus suis custodias parentum deludentium, de qua in *l.* 1. *C. Th. de rapt. virgin.* ubi his pœna immineat, ut eis meatus oris, & faucium liquentis plumbi ingestione claudatur.

PLURALIS loquutio duorum numero contenta est *l.* 12. *D. de testib.*

PLUS petitor quatuormodis re, tempore, loco, caussa §. 33. *Inst. de action.* Si totum petas, *plus* petendo caussa cadis Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 5. §. 3. Add. *l.* 1. *D. de interrog. in jur. fac.* Vetus glossar. Græcum. *Plus petitio*, η υπερ απαιτησις, ητοι το πλεον του εποφειλομενου πραγματος. Plus præstitisset, quam debuisset heres, intelligitur, qui ante tempus pecuniam restituit *l.* 15. *D. de annuis legat.* Re autem plus petitur, quum re aut quantitate aliqua certa debita, res plures, aut major quantitas petitur. Tempore, quum quod in diem, aut sub conditione debetur, ante tempus vel existentem conditionem petit. Loco, quum quod ut certo detur loco cautum est, pu-

pulatione, vel alio modo petitur, non facta mentione loci, in quo peti debuit. Loci nempe mentione facta, actioneque arbitrariæ constituta, ut iniquitas loci compensetur, alio loco recte petitur. Causa, cum ex pluribus rebus disjunctis, puta, Sticho aut Pamphilo, vel generaliter, puta, homine, promissis certe petitur, quia actor unam aliquam rem certam petens, aufert reo electionem, quæ alioqui etiam ejusmodi promissionibus conceditur *l. ult. D. de verb. oblig. l.* 10. *D. de jur. dot.* aut quum ejusdem speciei rem meliorem postulamus, quod exemplum posuit Paullus Sent. *lib.* 2. *tit.* 5. §. 3. Quin etiam si quis petat id, quod est vilissimum. Ceterum pœna plus petentium alia erat olim, alia hodie. Olim erat hæc, ut plus petens caussa caderet, i. e. rem amitteret, vel ut planius dicam, omni in posterum actione excluderetur, nec umquam & debitum petendi potestas concederetur. Sed hodie ex Zenonis constitutione, cujus fit mentio in §. 33. *in fin. Inst. de action.* & §. 10. *sub fin. Inst. de except.* & qui plus tempore petit, alterum tantum temporis sine ullo interusurio exspectat, quanto statutum tempus antevertere conatus est, & sumtus prioris litis refundit. Qui vero plus loco vel summa, vel qualitate petit, ex constitutione Justiniani omne damnum præstat in triplum, & qui reo debita quantitate ampliorem cautionem dolo malo exprimit, etiam jus omne crediti amittit *l.* 1. *C. de plus petit.* Plautus in *Poenulo*, *plus peti periculum* dixit.

PLUTEI circa parietes ædium non sunt *leg.* 17. §. 4. *D. de action. emt.* ubi *plutei* videntur esse receptacula, sive repositoria. Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 7. Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.

PLUVIAM aquam dicimus, quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit *l.* 1. §. 1. *D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.*

PNEUMATOMACHI, hæretici iidem cum Macedonianis *l.* 11. *C. Th. de hæret.*

POCULENTA penu ea, quæ vini loco paterfamilias habuit, continebuntur *l.* 3. §. 2. *D. de pen. legat.*

POCULUM *Pocula* dicuntur omnia potui parata, veluti trullæ, scyphi, modioli, phialæ *l.* 36. *D. de aur. arg. legat. Poculum* aureum *l.* 36. *D. eod. tit.* oleagineum *l.* 30. *D. de legat.* 3. *Poculum* commune polluere *l.* 12. *C. de re milit.* quæ est *l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* quo loco *poculum* commune nihil aliud est, quam flumen, quemadmodum hoc nomine quoque adpellatur a Virgilio *lib.* 3. *Georg. v.* 529. *seq.* & Apulei. *lib.* 1. *de asin. aur. p.* 111. *Poculum* abortionis. Vid. sub *abortio.*

PODAGRÆ valetudo a muneribus decurionatus non præstat excusationem *l.* 13. *C. de decur.*

PODIUM apud Ulp. in *l.* 11. §. 21. *D. de instr. vel instr. legat.* est locus extra ædificium porrectus, unde spectamus, si quid foris fiet. Est præcipuus locus in theatro, unde Imperator, vel Senatores ludos spectabant. Hinc illa inscriptio: *Theatrum stravit pavimento, podio circumscripsit.* Vid. Vitruv. *lib.* 5. *c.* 7. Adde Cujac. *lib.* 13. *observ. c.* 12.

POENA est noxiæ vindicta *l.* 131. *D. de verb. signif.* generale est nomen, omnium delictorum coercitio *ibid.* non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet *ibid.* ubi Ulpianus *mulctæ* & *pœnæ* dissimilitudinem pleniſſime exsequitur.

De qua vide quoque Paullum in *l.* 244. *D. eod. tit.* in qua inter cetera, *poenas* certas singulorum peccatorum esse, tradit. *Poena* capitalis est, quæ lædit caput hominis. Caput autem hominis dupliciter accipimus, naturaliter & civiliter. Naturaliter omnes homines habent caput, civiliter non omnes caput habent. Et qui habet civile, is utique & naturale habet, non viciſſim. Is tamen, qui naturale caput perdit, ſiquidem habet civile, idem caput civile protinus amittit. *Pœna* capitis naturalis est mors naturalis, quæ fit vel gladio, vel ſecuri, vel lapidatione, vel aqua, vel ſuſpendio, vel confractione, vel igne. *Poena* capitalis civilis est mortis civilis, quæ contingere potest, ſalvo capite naturali. Caput autem civile conſiſtit in tribus, nempe in libertate, in civitate, & in familia. Vid. ſupra art. *caput. Poena* exſilii *l.* 13. *C. de his, qui adv. rempubl. Poena* legitima quæ dicatur. Vid. ſupra art. *legitima*, *Poena* metalli *l.* 21. *C. de poen. Poenæ* ſervus. Vid. infra art. *ſervus. Poena* ſubdici *l.* 1. §. 13. *D. ad SC. Turpill.* de quo vid. art. *ſubdici.*

Poena etiam dicitur incommodum, quod teſtator alicui imponit, ſi quid faciat, vel niſi quid faciat, vel præſtet. Sic *poenæ* cauſa, ſive nomine, legati videtur, quod coercendi heredis cauſſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, veluti ſi quis ita ſcripſerit, heres meus ſi filiam ſuam in matrimonium Titio collocaverit, vel ex diverſo, ſi non collocaverit, decem aureos dato §. *ult. Inſt. de legat.* & apud Ulpian. *Tit.* 24. *regul.* §. 17. *Poena* in futurum confertur, cauſſa in præteritum *leg.* 12. *D. de condit. & demonſtr. Poenam* autem a conditione voluntas teſtatoris ſeparat *l. ult. D. de his, quæ poen. nomin. relinqu.*

Sed & *poena* est in contractu dicta. Sic *poenæ* ſtipulatio certa est, & utilis *l.* 68. *D. de verb. obligat. Poena* certæ ſummæ *l.* 22. *C. de uſur. Poena* legitimarum uſurarum *l.* 15. *in fin. C. eod. tit.* Pro uſuris legitimis *poenam* in ſingulos menſes ſtipulari *l.* 90. *D. de verb. oblig. Poenæ* nomine exactum *l.* 11. *pr. D. de uſur.* præſtari *l.* 40. *D. de reb. cred.* Uſuras, vel poenas petere *l.* 8. §. 2. *D. de liberat. legat.* Non poena, ſed foenus uberius juſta ratione ſortis promittitur *l.* 9. §. 1. *D. de uſur. Poena* autem & *uſura*, ſi propriam & peculiarem verborum proprietatem ſpectaveris, inter ſe differunt *l.* 13. §. 6. *D. de pignor. l.* 7. §. 1. *D. de liberat. legat.* A Bart. in *l. cum ſtipulat. de verb. oblig.* Inter uſuram & *poenam* traduntur tres notandæ differentiæ (1) quia uſura quantitati dumtaxat, vel ei, quod quantitatis loco est, adjicitur *l.* 3. §. 4. *D. de uſur. poena* vero etiam facti obligationibus adnectatur *l.* 72. §. 1. D. *de verb. oblig.* (2) *Poena* pro toto tempore apponi ſolet *l.* 23. *v. de illo de oblig. & action.* uſura autem diſtinctis temporibus, veluti in annos, aut menſes ſingulos *d. l. cum ſtipulatur* 90. *D. de verb. oblig.* Quæ tamen prima fonte contrarium probare videtur in illis verbis, *pro uſuris legitimis poenam in menſes ſingulos, ſi ſors ſoluta non ſit*, niſi defendendo communem ſententiam, quæ vera est, dixeris, verba illa, *pro uſuris*, tollere difficultatem (3). Uſura potest ſine mora deberi ex ſtipulatione *l.* 40. *in fin. D. de jurejur.* Uſura nempe ſortis acceſſio dicitur, quæ non tam propter moram, quam uſum datæ mutuæ pecuniæ exi-

exigitur *l. usura D. de verb. signif.* Ideoque Paul. Castr. in *l. Julian. §. ex vendito col. 2. D. de act. emt.* Quod, inquit, dici solet, usuras non venire, nisi a tempore moræ, obtinet, nisi contrarium a partibus agatur, sicuti si dem tibi mutuam pecuniam post annum restituendam, ita ut in singulos menses non nihil usuræ nomine pendas *d. l.* 40. *D. de jurejur.* Atqui poena semper ex mora debetur *l.* 115. *D. de verb. oblig.* Hæc tamen differentia non satis placet Jo. Imol. in *d. l.* 115. Nam poena, ut ille ait, ex solo conditionis eventu deberi potest, ut quando stipulatio a præcedenti conditione incipit, veluti si dicam: Si Kalendis Stichum non dederis, decem dare spondes? Nam ante Kalendas, Sticho mortuo, agi non potest, sed exspectanda est dies, in quam tota obligatio collata est *l.* 8. *D. de verb. oblig.* Sichard. ex *Covras lib. 3. miscellan. c. 21. n. 1. & seq.*

Poena etiam adpellatur, quidquid extra rei persequutionem est *l. 2. in fin. D. de tut. & rat. distr. l. 12. §. 1. D. si quis omiss. causs. testam. l. 5. §. ult. D. de Publician. in rem act. l. 25. §. 1. D. quæ in fraud. credit. l. 11. §. 2. D. ad leg. Aquill. §. 18. Inst. de action.*

POENALES *actiones*, quas & *pœnarias* Quinctilian. *lib. 4. instit. orat. c. 3. & lib. 7. cap. 5.* vocat, sunt, quibus meram poenam persequimur. Inde *poenales* & rei persequutoriæ actiones opponuntur *l. 4. §. ult. D. de alien. judic. mut. causs. §. 16. Inst. de action. l. 32. D. ad leg. Falcid.* Secundario tamen illæ dicuntur *actiones poenales*, quæ ex causa *pœnali* oriuntur, licet dentur tantum ad id, quod interest, ut actio de eo, per quem factum erit, quominus quis in judicio sistat. Cujac. ad *l. ult. §. ult. D. de eo, per quem fuit.* Ceterum *pœnales* actiones vel legitimæ sunt, vel honorariæ *l. 32. D. ad Leg. Falcid.* Nec ex maleficiis tantum, verum & ex contractibus descendunt. In heredem non solent actiones transire, quæ *pœnales* sunt ex maleficio, veluti furti, damni injuriæ, bonorum raptorum, injuriarum *l. 111. D. de regul. jur.* Civilis constitutio est, poenalibus actionibus heredes non teneri *l. 1. D. de privat. delict.* Fidejussores *poenalibus* actionibus non adstringuntur *l. 27. §. ult. D. ad municip.* Ex maleficio *pœnales* actiones *§. 5. Inst. de perpet. & temp. act.* Ex *pœnalibus* caussis non solet in patrem de peculio actio dari *l. 58. D. de regul. jur.* In *poenalibus* caussis benignius interpretandum est *leg. 155. D. eod. tit. Poenalia* judicia *l. 108. l. 164. D. de regul. jur. l. 1. D. si quis jus dicenti.*

Poenales etiam actiones quædam ex contractu veniunt *l. 23. §. 4. D. de ædilit. edict.* Si ex caussa *poenali* debetur *l. 7. D. de solution.* id est, quum quid sub poena promissum est. Conditio *poenalis leg. 5. D. de naut. fœn.* Numquam actiones *poenales* de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit *l. 6. D. de oblig. & act.*

Poenales pro reis criminum, pœna qua adeo dignis *in l. 2. C. de exactor. tribut.* Carcer *poenalium* carcer hominum noxiorum est.

POENITENTIA, vel secundum perpetuam Pandectarum Florentin. scripturam *poeni tentia. Poenitentia* acta *l. 41. D. de minor. l. 28. §. 1. D. mandat. l. 3. §. 10. D. de sepulcr. viol. Poenitentia* actus apud Ulpian. *tit. 22. regul. §. 30.* id est, *poe-*

nitentia ductus, ut *l.* 2. *l.* 4. *C. de revoc. donat.* Suffragio justæ poenitentiæ *l.* 19. *D. de furt.*

Poenitentia generatim dicitur affectus animi, quo mala commissa plangimus cum serio proposito, illa rursus non committendi *c.* 1. *de poenis* §. 3. Hæc vero externa quoque esse debet ex præcepto Ecclesiæ, referturque ad sacramenta, & cuilibet imposita est externe agenda. *Poenitentia* externa, *publica* est vel *privata*. Illa in delictis manifestis, hæc in occultis est. Innocentius III. *c.* 14. *C.* 26. *qu.* 6. privatam poenitentiam, ad minimum semel in anno parocho proprio faciendam, eventuali, post confessionem omnium peccatorum, & impositam leviorem poenam, absolutione accedente. Eadem absolutæ necessitatis est, atque eo ipso jus clavium, quod vocant, Parochis communicatum. Manifestanda autem confessionario omnia peccata, ut satisfactionem congruam dictare, & judicare queat, utrum illa remittere possit nec ne. Etenim quædam delicta ab horum absolutione excepta, & Episcopis vel S. Pontifici reservata. Huc pertinent (1) crimina publice nota, salvo Episcoporum vel Archidiaconorum arbitrio, ut poenitentiam in secretam satisfactionem mutare queant Concil. Trident. *sess.* 24. [2] casus reservati vel Papales vel Episcopales etiam occulte commissi, a quibus tamen etiam Parochi absolvunt ex delegatione speciali Pontificis, vel Episcopi in articulo mortis.

POENITENTIARIUS, labente sæculo III. in Ecclesiis quibusdam fuit constitutus Socrat. *Hist. eccl. lib.* 5. *c.* 19. Sed postea a Nestorio Episcopo Constantinopolitano iterum sublatus, salva tamen confessione, & poenitentia. A Concilio Tridentino *sess.* 24. *c.* 8. *sess.* 14. *c.* 7. poenitentiarius tamquam peculiaris dignitas in Ecclesiis Cathedralibus institutus, ut penes illum esset facultas casus Episcopis reservatos absolvere. Erant vero & ante hoc Concilium *poenitentiarii*, qui interdum ab Episcopis per villas & oppida in quadragesima destinabantur, qui imbecilles, impotentes, & pauperes a casibus, qui majoribus reservantur, absolverent Conc. Arelat. *an.* 1260. *c.* 16. Simplicius Papa ex presbyteris Ecclesiæ Rom. quosdam constituit *poenitentiarios* super poenitentes, qui iis præessent, & eorum confessiones audirent Anast. *in Simplic.* Horum primus hodie *magnus poenitentiarius* dicitur, qua dignitate in Ecclesia Rom. fungitur unus e Cardinalibus.

POENUS sermo *l.* 1. §. *ult. D. de verb. oblig. Punica* lingua vocatur *l.* 11. *D. de legat.* 3. *D.* Hieronym. in Epist. ad Demetriadem Virginem Stridor *punicæ* linguæ. B. Augustin. *serm.* 24. Proverbium natum est *punicum*, quod quidem latine vobis dicam.

POETÆ nulla immunitatis prærogativa juvantur *l.* 3. *C. de professor. & medic.* M. Cato apud Gell. *lib.* 11. *c.* 2. *Poeticæ* artis honos non erat. Si qui in ea re studebat, aut fese ad convivia (forte convicia) adplicabat, grassator vocabatur. Scip. Gentil. *lib.* 2. *parerg. c.* 1. *& seq.* Alber. Gentil. *Comment. ad l.* 3. *C. de prof. & medic.* Barth. *lib.* 3. *Adversar. c.* 4. Utcumque vero nullum exstet in toto Romano jure diserte indultum privilegium, non desunt tamen loci, quibus testimoniis eorum, Homeri puta & Virgilii, qui poetæ κατ' ἐξοχὴν vocantur §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* uti non erubescunt Jurisconsulti. Nempe ubi vel de vocis alicujus significatione agitur,

tur, ut *l.* 65. §. 4. *D. de legat.* 3. *l.* 4. §. 6. *D. de gradib. l* 236. *D. de verb. signif.* ubi summus apud Græcos *poetarum* audit Homerus, vel ubi de formulis & conceptis verbis res est *l.* 1. §. 1. *D. de mort. causs. donat.* vel ubi proverbialis loquutio usurpatur *leg.* 11. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adulter.* vel ubi de more aliquo vetere quæstio est *l.* 11. *D. de contrab. emt. l.* 9. §. 1. *D. de suppellectil. legat. l.* 16. §. 8. *D. de poen.*

POLIA pro equitio *l.* 38. §. *ult. D. de Ædil. edict.* Græcis πολεια και πολευσις. Elegantem locum Xenophontis περι ιππικης, ubi πωγεια pro *equitio* ponitur, attulit Ferrand. Adduens. *explicat. lib.* 1. *p.* 528. *Tom.* 2. *Thesaur. jur. civ.* Add. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 410. Hein.

POLIRE vestimenta fullonis artificii est, ut docent *l.* 9. §. 3. *l.* 13. §. 6. *D. locat. l.* 12. *l.* 48. §. 4. *l.* 59. §. 9. *l.* 82. *D. de furt.* §. 13. *Inst. de oblig. quæ ex delict. l* 22. *D. de præscr. verb.* Non. Marcell. in verbo *interpolare p.* 502. edit. Gothofr. tractum id ait, ab arte fullonica, qui *poliendo* diligenter vetera quæque, quam in novam speciem mutant Plin. *lib.* 8. *hist. natur. c.* 48. de lanis loquens, quippe ait, Athenis *polientium* extracta in tomenti usum veniunt. Idem *lib.* 19. *c.* 1. Hispania citerior habet splendorem præcipuum torrentis, in quo politur natura. Id *lib.* 35. *c.* 17. Umbrica creta non nisi *poliendis* vestibus adsumitur. Unde *politura* apud eumdem *lib.* 11. *c.* 24.

POLITOR; qui agrum curat, excolit. Quum agrum politori damus in commune quærendis fructibus *leg.* 52. §. 2. *D. pro soc.* At *politorem* umquam dici agricolam nondum probatum est. Quamvis enim Ant. Augustinus *Emendat. lib.* 4. *c.* 9. laudet Caton. *de re rust. c.* 36. ibi tamen non legitur *politor*, sed *pollinctor*, vel *pollintor*. Unde ingeniosa est conjectura Bynkersh. rescribere jubentis *olitor lib.* 3. *obs. c.* 9. Hein.

POLLEN. Pollinis conficiendi cura inter sordida munera numeratur *l.* 12. *C. de excus. artif.*

POLLICERI actionem judiciumve prætor dicitur, qui daturum se actionem judiciamve edicit *l.* 1. §. 23. *D. de exercit. act. l.* 3. *D. de pecul. l.* 3. §. *ult. D. de sepulcr. viol.* Observandum autem verbum *polliceri* contra Grammaticorum regulas passive poni ab Ulpiano, a quo *polliceri* dicitur actio *l.* 1. §. 18. *D. de exercit. act.*

POLLICITARI. Feminæ, si quid ob honores pollicitatæ sunt *l.* 6. §. 2. *D. de pollicit.* Add. Ducker. *de Latin. vet. ictor p.* 386.

POLLICITATIO est solius offerentis promissio *l.* 3. *D. de pollicit.* Pollicitatio autem plerumque dicitur, qua quis reipublicæ vel civitati aliquod opus publicum, vel ludos promittit, ut in *l.* 46. §. 1. *D. de administr. & peric. tut. l.* 6. §. 1. *D. de muner. & honor. l.* 5. *D. ad Leg. Falcid. l.* 1. *C. de ratiocin. oper. publ.* Plin. *lib.* 10. *epist.* 48. Huic theatro ex privatorum *pollicitationibus* multa debentur, ut basilicæ circa, ut porticus supra caveam, quæ nunc omnino differuntur, cessante eo, quod ante peragendum est. Est & aliud ejusmodi *pollicitationis* exemplum apud eumdem Plin. *lib.* 5. *epist.* 12. in qua Fabatum, ait, porticum sub suo filiique sui nomine dedicasse, sequenti die in portarum ornatum pecuniam promisisse, ut initium novæ libertatis esset consummatio prioris.

Pollicitatio dotis pro promissione *l.* 1. §. 8. *D. de dot. collat.* Si stipulatio in *pollicitatione* rerum dotalium minime fuerit subsequuta *l.* 6. *C. de dot. promiss.* Nuda promissio, seu *pollicitatio* opponitur sponso, id est, sponsioni *l.* 19. §. 2. *D. de Ædil. edict.* Quædam *pollicitationes* venditorem non obligant *l.* 43. *D. de contrah. emtion.*

POLLINCTORES sunt, ut Nonius ait, qui mortuos curant *l.* 5. §. 8. *D. de institor. act.* Invenitur hoc verbum apud Plaut. *Asinar. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 63. & *Poenul. prolog. v.* 61. Tertullian. *Scorpiac. c.* 7. & Jul. Firmic. *in lib. matheſ.* non semel. Glossæ Palæmon. *Polinctores, qui mortuos sepeliunt, vel qui cadavera rogis exurenda imponunt.* Add. Kirchmann. *de funer. Rom. lib.* 1. *c.* 9.

POLLUERE se adulterio *l.* 14. *C. ad Leg. jul. de adulter.* conscientiam criminibus *leg.* 10. *C. de jur. fisc. l.* 30. *C. Theod. de petition.* pari conscientia *pollui l.* 4. *C. Theod. de heret. Polluere* dignitatem *l.* 1. *C. de statuis & imagin. l.* 17. *C. Theod. de poen.* fidem, quam Deo dedicaverant *l.* 3. *C. de apostat.* se hostiis *l.* 10. *C. Theod. de pagan.* obtutus intuentium *l.* 17. *C. Th. de poen.* poculum commune *l.* 12. *C. de re milit.* pudicitiam libidinis macula *leg.* 3. *C. Theod. de jurisdict. Pollui* incredulitate judaica *l.* 19. *C. Th. de judæis* deformi vocabulo *l.* 11. *C. Th. de infirm. his quæ sub tyrann.*

Polluta hereticorum contagia *l.* 29. *C. Theod.. de heret.* loca *l.* 11. *C. Theod. de pagan. Pollutæ* mentes *l.* 26. *C. Th. de heret.*

POLYPOSUS. Qui clavum habet morbosus est, sed & *polyposus l.* 12. *pr. D. de Ædil. edict.*

POLYPTYCHA in *l.* 13. *C. Theod. de indulgent. debit. l.* 2. *C. Justin. & Th. de discussor.* Utitur & hoc verbo Cassiodor. *lib.* 5. *variar. epist.* 14. & 38. Est etiam πολυπτυχας δελτους legere apud Lucian. in *Amoribus. T.* 1. *p.* 902. *Polyptycha* autem, vel *polyptychi* sunt rationes publicæ civitatum *l.* 2. *C. Th. & Justinian. de discuss.* quibus consignabatur pecunia æque ac annona civilis. Veget. *de re mil. lib.* 2. *c.* 19. Immo & idem fuerunt *polyptychi*, quod hodie *catastrum* vocamus, id est, consignatio possessionum, & impositorum ipsis tributorum, ceu manifesto patet ex Cassiodori variis locis, quos jam laudavit Brisson. Quædam ea de re dixit Cujac. *lib.* 4. *observ. c.* 27. qui etiam observavit, perperam plerumque scribi *polypticos* pro *polyptychio* quum tamen extractum sit nomen, quod hæ chartæ πολλας αποκλεισεις, οιον πτυχας, haberent, Mentio etiam *polaptychorum* fit in Edict. Pistens. *Caroli Calvi n.* 19. *Tom.* 2. *Capitular. tit.* 36. *edit. Baluz.* ubi vid. Not. Jac. Sirmondi *p.* 794. & Baluzii *p.* 1273. Puletica, seu poleptica dicuntur *in formul.* Marculphi *lib.* 1. *tit.* 19. ubi vid. Bignon. *in Not. p.* 901.

POMARIUM *l.* 54. §. *ult. D. de hered. pet.*

POMPA *l.* 3. §. *ult. D. commod. l.* 22. *C. de nupt. l.* 44. *C. Theod. de curs. publ. l.* 176. *C. Theod. de decurion.*

POMPEIA lex de parricidiis, qua cavebatur, ut si quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patruelem, patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum,

eum, privignum, privignam, patronum, patronam occiderit, cujusque dolo malo id factum fuerit, ut poena ea teneatur, quæ est legis Corneliæ de sicariis *l.* 1. *D. de leg. Pomp. de parricid. l.* 1. *D. de judic. publ.* Legis *Pompeiæ* primum caput eos adprehendit, qui parentes, cognatosve, aut patronos occiderint *l.* 12. §. *ult. D. de accusat.* Lege *Pompeia* de paricidiis cavetur, ut si quis parentis, aut filii, aut omnino adfinitatis ejus, quæ nuncupatione parentum continentur, fata properaverit, poena parricidii teneatur §. 6. *Inst. de publ. jud.* Quale autem parricidium *cullei* poena vindicetur, vid. supra art. *parricida sub fin.*

POMPONIUS (SEX.) (duos enim ejus nominis fuisse, ceu primus suspicatus est Anton. Augustin. *de nomin. propr. Pandect. p.* 92. ex *l.* 41. *D. de hered. inst.* & *l.* 32. *D. de legat.* 1. non sequitur,) jurisconsultus πολυγραφος Julian. & Valentem laudat *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* & vicissim laudatur a Juliano *l.* 6. §. 6. 7. 8. *D. de negot. gest.* Itaque huic συγχρονος vitam saltim ad Divorum Fratrum imperium produxit, quippe qui Antoninum Pium *Divum* vocat *l. penult. D. de pollicit.* Stoicam divisionem corporum in *l.* 30. *D. de usurp. & usuc.* illustrat Cujac. *lib.* 15. *observ. c.* 33. & Guil. Fornerius *Selection. lib.* 2. *c.* 17. Ex jurisconsultis erciscundis eum fuisse, contra Christ. Otton. a Boekelen. *de famil. vet. Ictorum c.* 6. probat Gottfridus Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculei. VIII.* 4. *p.* 130. Hein.

POMORUM adpellatione nuces, & ficus, & uvas dumtaxat duracinas & purpureas, & quæ ejusdem generis essent, quas non vini caussa haberemus, quas Græci τρωξιμους adpellant, contineri, significat *l.* 205. *D. de verb. signif.* Pallad. *in epigramm. de nuce.* Arbuteas frondes vastæ nucis occupat umbra, *Pomaque* sub duplici cortice tuta refert. Idem *de ficubus:* Se quoque miratur pinguï grandescere succo. Et solitum gaudent vincere poma modum. Idem de *pomo*: Proceras fagos, & poma hirsuta virentis castaneæ. Macrob. *lib.* 3. *Saturnal. c.* 19. nuces dici, tradit, a quibusdam omne *pomum*, quod foris duro tegatur, & intus habeat, quod esui est. Idem *lib.* 2. *c.* 6. Cascellii Jurisconsulti dictum urbanum hoc refert. Lapidatus a populo Vatinius, quum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut Aediles ediderent, ne quis in arenam nisi pomum missile vellet. Forte iis diebus Cascellius consultus a quodam, an nux pinea *pomum* esset, respondit, si in Vatinium missurus es, *pomum* est. Idem auctor *lib.* 3. *cap.* 20. Ficum tamquam non *pomum* a pomis apud idoneos auctores secerni, notat. Secundum quæ *pomiferas* arbores in *l.* 45. §. *ult. D. de jur. fisc.* accipiemus, quæ quodlibet pomi genus ferunt. Plin. *lib.* 15. *Hist. nat. cap.* 22. de nuce. Solum hoc *pomum* natura complectibili operimento clausit. Menag. *Amæn. jur. civ. c.* 8.

PONDERARE aurum *l.* 20. *D. de furt.*

PONDERATIO. Si olei certa ponderatione fructus anni locasti *l.* 21. *C. locat.* Sub mille librarum ponderatione *l.* 48. *in fin. C. Theod. de curs. publ.* De *ponderatoribus* exstat peculiaris titulus *C. lib.* 10. *tit.* 72. & *C. Th. lib.* 12. *tit* 7.

PONDO libram significat. Auri *pondo l.* 6. *l.* 15. *D. de aur. arg. legat. l.* 32. §. 2. *D. de adimend.*

mend. legat. l. 26. §. *ult. depos.* Argenti *pondo l.* 19. *D. de aur. arg. legat.* & apud Quinctil. *lib.* 7. *c.* 7. *&* 10. & Gell. *lib.* 8. *c.* 18. ubi: Et pro iis, quos alteri plures acciperent, darent argenti *pondo*, libram scilicet, & selibram, quo loci verba hæc, *libram scilicet*, vel delenda vel rejicienda sunt, ut quæ a glossemate in textum irrepserint, aut certe parenthesi includenda, ut a sequentibus divellantur. Nec enim recte esset verbi *pondo* interpretatio, si *libræ* selibra cohæret. Sic & apud Liv. *lib.* 32. *c.* 27. Argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. Certum olei *pondo l.* 60. *D. de verb. oblig.* Decem *pondo* olei *l.* 39. *D. de contrah. emt.* Tritici modios centum, qui singuli *pondo* centum pendeant *l.* 7. §. *ult. D. de tritic. vin. ol.*

PONDUS. Certum auri vel argenti pondus *l.* 1. §. *ult. l.* 19. *D. de aur. arg. legat.* olei *l.* 4. *D. de tritic. vin. ol. Pondera* iniqua *l.* 32. *D. de act. emt.* Ut autem constaret, æqua an iniqua essent pondera, publica exstabant, magistratuum nominibus signata, ad quæ privata exigerentur. Talia Q. Junii Rustici, Præf. urbi, exstant apud Gruter. Inscript. *p.* CCXXII. 1. multoque vetustius D. Junii L. F. Silani, & L. Lucretii L. F. Tricipitini, Quæstorum urb. ex L. Pæti Jureconsulti *lib.* 5. *de Ponder. Rom. & Græc.* edidit Thom. Reinesius *Inscript. II.* 56. *p.* 281. De Prætextato Præf. urbi, Ammian. Marcell. Hist. *lib.* 27. *c.* 9. *Pondera*, ait, per regiones institui universas, quum aviditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. *Per regiones* universas, inquit, quia alioquin pondera publica in Capitolio & in æde Opis vel Saturni, seu in ærario solerent adservari. Qua de re plura Reines. *Inscript. IV.* 16. 17. *p.* 352. & 282. *Hein.* Res, quæ *pondere* consistunt, vel constant, vel continentur *leg.* 2. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 1. *D. de condict. tritic. l.* 85. §. 5. *D. de contrah. emt. l.* 47. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 38. *D. de judic. l.* 115. *D. de verb. oblig. l.* 30. §. 4. *D. ad leg. Falcid.*

Pondus pro quovis onere. Catenarum *pondus l.* 33. *C. de pœn. l.* 23. *C. Theod. eod. tit.* delatorum *l.* 1. *C. de his, qui ad eccles. confug.* plumbatarum *l.* 2. *C. de exact. tribut.*

Pondus naturale vel patronale pro observantia & reverentia *l.* 3. *C. qui & advers. ques in integr. rest.*

PONERE ædificium *l.* 37. *D. de rei vind. l.* 2. *D. fin. regund. l.* 46. *D. de usurp. & usuc.* & *passim* ædes *l.* 25. §. *ult. D. de serv. præd. urb.* casam in littore *l.* 5. *D. de divis. rer.* superficiem *l.* 15. *D. qui pot. in pign.* in fundo villam *l.* 12. *D. de usu & usufr.*

Ponere arborem *l.* 2. *D. fin. regund. l.* 17. *D. de servit. præd. urb. l.* 12. *D. de usu & usufr. l.* 16. §. 2. *D. de adqu. rer. dom.* & passim, ut & apud Hor. *lib.* 2. *carm. od.* 13. & Ovid. *Remed. amor. v.* 86. Sed & *ponere* salicta est in *l.* 1. §. 6. *D. de aqu. & aqu. pluv.* & ponere vineas in *l.* 61. *D. locat. l.* 10. §. 4. *D. quib. mod. usufr. l.* 16. §. 2. *D. de pign. & hypoth.* & apud Senec. *Epist.* 87. & Columell. *lib.* 3. *c.* 13. Pallad. *lib.* 2. *c.* 13.

Ponere, adscribere, inferere, adponere, adjicere. *Ponere* conditionem *l.* 27. *D. de condit. instit. l.* 16. *D. de injust. rupt. invit. l.* 40. §. *ult. D. de statu lib. l.* 86. *D. de hered. inst. l.* 6. *l.*

81. *D. de cond. & demonstr.* diem *l.* 54. *D. eod. tit. l.* 41. *§. ult. D. de verb. oblig. l.* 8. *D. qui sa. tisd. cog.* exheredationem *l.* 25. *D. de liber. & postum.* nomen *l.* 31. *D. de stipul.* orationem *l.* 6. *D. de legat.* 1. quinquennium *l.* 18. *D. de donat.*

Ponere constituere, conferre. *Ponere* in arbitrio alicujus *l.* 7. *§.* 1. *D. de reb. dub.* in heredis voluntate conditionem *leg.* 59. *D. ad SC. Trebell.* in aliena voluntate legatum *l.* 43. *§.* 2. *D. de offic. proconf.* Sed & quis *positus* dicitur in dignitate *l.* 1. *§. ult. D. ad leg. Cornel. de ficar. l.* 9. *§.* 4. *D. de offic. proconf. & alibi* in facultatibus *l.* 1. *§.* 4. *D. de tutel. & rat. distr.* honestiore loco *l.* 2. *§* 3. *D. ad Leg. Cornel. de ficar.* in humiliori loco *l.* 1. *§. ult. D. eod. tit.* in aliquo magistratu, vel potestate *l.* 3. *§. ult. D. de recept. & qui arbitr.* in foceri potestate *l.* 9. *C. solut. matrim.* in patria potestate *l.* 2. *C. ad SC. Orphit.* in bona valetudine *l.* 35. *§.* 4. *D. de mort. cauff. donat.*

Ponere statuere, collocare. *Ponere* bibliothecam *l.* 50. *D. de contrah. emt.* corpus *leg.* 18. *§. ult. D. de alim. & cibar. legat.* imaginem *leg.* 7. *D. de ann. legat. l. ult. D. de loc. publ.* laqueos *l.* 29. *D. ad Leg. Aquil.* numos *l.* 55. *D. de condit. & demonstr.* pecuniam *l.* 28. *§.* 4. *D. de liberat. legat.* statuas *l.* 21. *D. de except.* statuas principi *l.* 6. *§. ult. D. de pollicit.* terminos *leg.* 44. *D. de recept. arbitr. Positum* habere, in edicto Prætoris de effusis & dejectis, quem sensum habeat, vide *l.* 5. *§.* 9. 10. *D. de his qui effud. vel dejec.*

Pignori ponere vel opponere *l.* 2. *C. quæ res pign. l* 30. *§. ult. D. de legat.* 3. Plura vide in *pignus.*

Ponere pecuniam pro in fœnore collocare. Horat. *Epod.* 2. *v. ult.* Omnem religit idibus pecuniam. Quærit Kalendis *ponere.* Si eam pecuniam *positam* habuisset *l.* 13. *§. ult. D. de usur.*

Ponere rationem est subducere, dispungere, & ad calculos rem vocare. Arbitrum dandum, apud quem ratio *ponatur leg.* 1. *§.* 7. *D. si is, qui testam. liber.* Add. *l.* 2. *§.* 2. *D. de administr. rer. ad civit. pert. l.* 27. *§.* 16. *D. ad SC. Trebell. l.* 89. *D. de solution. l.* 12. *l.* 15. *§.* 3. 4. *l.* 47. *§.* 1. *l.* 83. *D. ad Leg. Falcid.* Hæc centum in ære alieno ponerentur *l.* 87. *§.* 1. *D. eod. tit.* Senec. *Epist.* 87. Quum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem *ponitis* singulorum, quibus pecuniam aut crediturі estis, aut beneficia. Sic *in Evang.* D. Matthæi *c.* 11. *v.* 13. συναιρειν λογον μετα δυλων, *ponere rationem cum servis* vetus interpres vertit. Eodemque genere loquendi *parem calculum ponere* dixit Plinius *lib.* 9. *epist.* 2.

Ponere interdum est fingere, & quod barbare dicunt *ponere casum. Pone l.* 12. *§.* 2. *D. de bon. libert. l.* 1. *§.* 11. *D. de conjung. cum emancip. lib.* & aliis multis locis, ut & apud D. Ambros. *Serm.* 85.

Ponere pro opponere. Si *posita* sit doli mali exceptio *l.* 30. *D. de rei vind.* Add. *l.* 47. *D. de solution. l.* 3. *§.* 4. *D. de admend. legat. l. ult. D. de pign. act. l.* 10. *D. de dol. mal. & met. except. l.* 37. *§. ult. D. de noxal. act. l.* 48. *D. de rei vind. l.* 18. *D. de jurejur.* Doli replicatione *posita l.* 7. *D. ad SC. Velleian.*

Ponere, deponere. *Ponere* magistratum *l.* 32. *D. de injur.*

PONTES *l.* 36. *C. Theod. de oper. publ.* Pons Liquentiæ *l.* 2. *C. Theod. ne oper. a conlat. exig.*

exig. Ad instructiones reparationesque itinerum, *pontiumque* nullum genus humanum, nulliusque dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet *l.* 4. *C. de privil. dom. Aug.* Absit, ut nos instructiones viæ publicæ & *pontium* inter sordida munera numeremus *ibid.* & *l. ult. C. Theod. de itiner. mun.* Aliquando tamen & ante hanc Theodosii Junioris constitutionem pontium sollicitudinem inter sordida munera fuisse numeratam, clare ostendunt *l.* 15. *l.* 18. *C. Theod. de extraord. siv. sordid. muner.* quas &, vitandæ contradictioni, a sui Codicis congregatione, ideo separavit Justinianus, ut ipse loquitur *Const. Cordi* nobis *de emendat. Codic.* §. 3. *Pontis* portorium exigere *l.* 60. §. 8. *D. locat.* Senec. *de constant. c.* 14. Nec indignabitur aliquid impendere cogitans & in *pontibus* quibusdam pro transitu dari. De quo genere vectigalium quædam adnotavit Lipsius *de Magnit. Romæ lib.* 2. *c.* 1. Add. Burmann. *de vectigal. Pop. Rom. c.* 5. *p.* 53.

PONTIFEX. Ossa ab alio illata an liceat sine decreto *pontificum* effodere, vel eruere *l.* 8. *pr. D. de religiosi.* Juris interpretandi scientia & actiones apud Collegium *pontificum* erant, ex quibus constituebatur, quis quoque anno præesset privatis *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur. Pontificibus* rescriptum refert *l.* 3. §. *ult. D. de suis & legit. hered.* Sacræ res sunt, quæ rite per Pontifices Deo consecratæ sunt §. 8. *Inst. de rer. divis. Pontifices* gentilium *l.* 2. *C. Theod. de sepulcr. viol. Pontifex* Damasus *l.* 1. *C. de summ. Trinit. l.* 2. *C. Th. de fid. cathol.*

PONTIFICALI auctoritate compelluntur heredes ad obsequium supremæ voluntatis *l.* 59. §. *ult. D. de her. pet. Pontificale* permissum *l.* 8. *D. de religios.*

PONTIFICIUM pro potestate usurpatur in Codice Theodosiano. Sic *Pontificium* adipiscendæ hereditatis *l.* 2. *in fin. C. Theod. de apostat.* fruendi *l.* 1. *pr. C. Th. de matern. bon.* pro quo facultatem substituit Tribonianus in *l.* 1. *C. eod. tit. Pontificium* obtinendarum ecclesiarum *l.* 3. *C. Theod. de fid. cath.* sacræ disceptationis *l. ult. in fin. C. Theod. de Episc. judic.* In quibusdam Codicibus hoc verbum in eumdem sensum apud Gellium *lib.* 1. *c.* 13. scriptum est. Arn. *in psalm.* 68. *Ergo sic accipiunt pontificium judicandi, & corripiendi.* Sed & in legibus Burgundionum *c.* 40. ita scribitur: Hujus autem actionis *pontificium* circa manumissores tantum de libertis suis præcipimus custodiri. Similique modo verbum hoc Marculphus *in formulis* non semel usurpat. Utitur eodem & Symmach. *lib.* 3. *epist.* 17. *lib.* 7. *epist.* 27. Arnob. *adverf. gent. lib.* 2. *p.* 89. Solin. *polyhist. c.* 26. aliique, quorum nomina conduxit Carol. Du-Fresne *in Glossar.* Alio tamen sensu hæc vox usurpatur in *l.* 13. *C. Theod. de haret. lib.* 16. *tit.* 5. ubi presbyteratum, seu Sacerdotium notat, & ministerio opponitur.

PONTONES, naves quibus in trajiciendis amnibus loco pontium utimur *l. ult. D. de servit. præd. rust.* Cæsar scribit, esse genus navigii gallici, ut adnotat Goveanus *var. lect. c.* 36.

POPINA, id est, taberna vinaria, in qua opsonia, & carnes coctæ ad delicias venibant, inter inhonesta loci exempla ponitur *l.* 21. §. 11. D. *de except. arbitr.* Add. *l.* 26. *D. de injur.* De his SC. memoratur in *l.* 41.

§. 8.

§.8. *D. de legat.* 1. Sane Claudium Imperatorem coercitionem popinarum Ædilibus ademisse, quod quidem in Ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra vetitum cocta vendentes, mulctasset Sueton. *in ejus vita c.* 38. refert.

POPULARIS, qui ejusdem populi est in *l.* 71. *D. de verb. oblig.* Sic & apud Terent. Phorm. *Act.* 1. *sc.* 2. verbum hoc usurpatur. Non. Marcell. *Populares*, ait, dicti de uno populo amici. *Populares* aliquando pro populi multitudine, ut in *l.* 12. *D. de adpell. l.* 28. § 3. *D. de poen.* Et ita populares militibus opponuntur *l.* 7. *l.* 5. *C. Th. de annon. civ. Populares* animi Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 21. §. 1.

Popularis actio, quæ suum jus populi tuetur *l.* 1. *D. de popul. act.* Unde & *popupalaris* actio *publica* vocatur *l.* 30. §. 3. *D. de jurejur.* In *popularibus* actionibus, ubi quis quasi unus ex populo agit *l.* 45. §. 2. *D. de procurat. Popularis* utique actio cuilibet e populo, cui per edictum postulare licet, datur, ita tamen, ut is, cujus interest, præferatur *l.* 3. §. *ult. D. de popular. act.* & ex pluribus simul agentibus prætor eligit idoniorem *l.* 2. *D. eod. tit.* Per se autem, non per procuratorem populares actiones exercendæ erant, muliereque ac pupillo non dabantur, nisi quum ad eos pertinebat, neque in heredes dabantur, nec supra annum extendebantur *l.* 5. 6. 7. §. 1. *D. eod. tit.*. In *Popularibus* actionibus procuratorem dari non posse *l.* 42. *D. de procur.* Hujusmodi *populares* actiones poenalibus adnumerat Marcianus *l.* 32. *D. ad Leg. Falcid.* Sepulcri violati actio popularis est *l.* 3. §. *ultim. D. de sepulcr. viol.* & actio de dejectis, & effusis *l.* 15. §. 13. *D. de his, qui effud. vel dejec.* & quæ adversus eum datur, qui supra eum locum, ubi vulgo iter fit, positum quid habet, cujus casus nocere possit *l.* 5. §. *ult. D. eod. tit.* ut & actio adversus eum, qui adversus edictum Prætoris tabulas testamenti aperuisse dicetur *l.* 25. §. *ult. D. de SC. Silan.* De populari actione compromisso facto recte non compelletur arbiter sententiam dicere *l.* 32. §. 7. *D. de recept. arbitr.* Pro *popularibus* actionibus fidejussor accipi non potest *l.* 56. §. *ult. D. de fidejussor.* Nec enim in bonis computari eas, ostendit *l.* 32. *D. ad leg. Falcid.* unde nec creditoris loco esse dicitur ante litis contestationem, cui ex *populari* caussa debetur *l.* 12. *D. de verb. signif.*

Popularis annona *l.* 37. *D. de poen. l.* 2. *C. Th. de stud. lib. urb. Rom.* caussa *l.* 12. *D. de verb. signif. Popularia* commoda *l.* 3. *C. Th. tribut. in ipsf. spec.*

Popularе interdictum eodem sensu ac popularis actio. Quale est interdictum, ne quid in loco publico *l.* 2. §. 34. *D. ne quid in loc. publ.* similiterque interdictum, ne quid in flumine publico cuivis ex populo competit *l.* 1. §. 9. *D. ne quid in flum.* Si quis id, quod perpetuæ jurisdictionis caussa propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum *judicium*, quod populare est *l.* 7. *D. de jurisdict.*

Popularia etiam spectacula publica adpellantur. Quies *popularium* ad præfecti urbi curam pertinere videtur *leg.* 1. §. 11. *D. de offic. præf. urb.* Milites Stationarios habere ad tuendam *popularium* quietem ibid. Est de his popularibus quoque *l.* 28. §. 3. *D. de poen. l.* 2. *& l.* 4. *C. de offic. præf. urb.* In quibus omnibus

bus *populares* pro *factionibus agitatorum* accipit Cujac. *lib.*8. *obs. c.*29. Sed a Cujacio dissentit Jacob. Gothofredus, qui *vulgus popularium* nomine intelligendum esse contendit in *Not. ad Tertullian. ad Nation. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 103. qua tamen sententia postea mutata, propius accessit Cujacio in *Comment. ad l.* 2. *C. Th. de offic. rect. prov.* quamquam eam rursus dereliquerit ad *l.*7. *C. Th. de annon. civil.* Ab omnibus autem diversus est Car. Annib. Fabrotus, qui amplius inquirens in *Enarrat. ad Cujac. paratitl. C. de offic. præf. urb.* tentat, annon & ipsi milites stationarii illi, quos, ut theatralem licentiam, & inconditam populi turbam cohiberent, ludis adsedisse, Tacitus memorat *lib.*13. *Annal. c.*24. *populares* fuerint vocati?

POPULARITAS pro editione spectaculorum *l.* 2. *C. Th. de offic. rect. provin.* abest autem, ut judex popularitati & spectaculorum editionibus mancipatus, plus ludicris curæ tribuat, quam seriis actibus. Alias omnis rei consortium hac voce significari, notat Donat. in Terent. *Adelph. act.* 2. *sc.*2. *ab init.*

POPULITARI pro populari. Quum populitarentur ab adversario fructus agri *l.*21. *in fin. D. de adpellat.* Ceterum diem dicunt Grammatici Papirio, qui παθητικως hoc verbo, quod vix alibi legitur, usus est. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.*380. Hein. Sic apud Symmachum: Petitore condemnato huic fructuum sequestrationi locus esse non potest, nisi populitentur ab Adversario.

POPULUS. Cicero in libris de republica teste D. Augustino *de Civit. Dei lib.*19. *c.* 21. Populum definiebat coetum multitudinis juris consensu, & utilitatis communione sociatum. *Populi* autem adpellatio interdum generalis est, & ad omnem civitatis cujusque vel gentis multitudinem pertinet. *Populus* ponitur inter corpora non soluta, sed uni nomini subjecta *l.*30. *D. de usurpat.* Populum eumdem hoc tempore putari, qui hinc centum annis fuissent *l.* 76. *D. de judic.* Viam publicam populus non utendo amittere non potest *l.* 2. *D. de via public.* Populi Judæorum *l.*14. & 21. *C. Th. de Judæis.*

Interdum vero *populi* adpellatione Populus Romanus significatur, ut in *l.*1. *D. de constit. princip. l.*1. *D. ad leg. jul. de adulter. l.*1. *D. ad leg. jul. de ambit.* Ulpian. *tit.* 8. *regul.* §. 3. Populi autem adpellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus, plebis autem adpellatione sine patriciis & senatoribus, ceteri cives significantur §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Gell. *lib.* 10. *c.* 20. In *populo* omnis pars civitatis, omnesque ejus ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non insunt. Quia vero Populi nomen generale est etiam vilissimos quosque comprehendens, fit quandoque, ut *populus* pro *plebe* adpelletur. Ut apud Mart. Dat *populus*, dat gratus eques, dat thura senatus, & libant Latiæ tertia dona tribus. Populum nempe pro plebe posuit, sed pro ea, quæ urbis esset, non etiam ut cives Romani omnes, qui essent in rusticis, & Latinis tribubus per latium dispersi comprehendantur. Dici enim non solum eos, qui Romæ sunt, cujuscumque ordinis cives, sed & eos omnes, qui sunt in municipiis, & coloniis Italiæ, thura dare. Et Sueton. scribit, Julium Cæsarem testamento suo legasse Populo Romano quadringenties, tribubus tricies quingen-

ties

ties M.S.Tribus nomine designat omnes, qui in tribus rusticis, & Latinis erant. Nec iis assentiendum, qui Populum pro equitibus & Senatu positum arbitrantur a Cicerone *in orat. pro Murœna*, cum precatur a Diis immortalibus, ut consulatus Murænæ populo plebique Romanæ bene eveniret, hoc enim perinde accipiendum est, ac si dixisset, ut populo quidem omni, sed potissimum plebi feliciter eveniret, cujus intererat maxime, quod Muræna plebeius esset, Sulpitius autem contra quem habebatur oratio, patricius, qui generis ignobilitatem Murænæ objiciebat.

PORCÆ in *l.* 24. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* sulci sunt aquarii, quos alias traditur Græce ἐλικας adpellari *l.* 1. §. 9. *D. eod. tit.* Porcas Festus *lib.* 14. definit raros sulcos esse, qui ducuntur derivandæ aquæ gratia, ab eo, quod porceant, id est, prohibeant aquam frumentis nocere. Quo fere modo idem auctor *lib.* 5. *elices* interpretatur. At Varro, ut idem Festus admonet, *porcam* aliter accipit. Inter duos enim sulcos elatam, terram, quod ea seges frumentum porrigit, *porcam* adpellatam *lib.* 1. *de re rust. c.* 29. tradit. Idemque *lib.* 4. *de ling. lat.* confirmat his verbis. Ab eo, quod aratri vomer sustollit sulcos, quod ea terra jacta, id est, projecta, *porca*. Quam Varronis interpretationem idem Festus *lib.* 9. comprobans. Imporcitor, ait, est, qui *porcas* in agro facit in arando. *Porca* autem est inter duos sulcos terra eminens. Eodemque modo Isidorus *lib.* 15. *Etymol. c.* 9. *Porcam*, quæ in arando exstat, quod vero defossum est, *liram* dici, tradit. In lexico autem, cujus sæpius mentionem fecit Brisson. *porca* definitur, το μεταξυ των αυλακιων υψος. Nonius plane aliud de hujus verbi significatione sentiens, *porcas* interpretatur signa sulcorum, quæ ultra se jaci semina prohibent, a porcendo, id est, prohibendo dicta.

Porca pro porco *l.* 1. §. 2. *D. de abigeis.*

PORCINARII urbis Romæ *l.* 1. *C. de suar. & suscepsor.* id est, suarii, *quos suillæ carnis tenet functio*, ut Symmachus ait *lib.* 1. *epist.* 15. Solebat autem Porcina caro Populo Romano ex Aureliani instituto dividi, quemadmodum Vopiscus in ejus vita *c.* 53. indicat his verbis: Nam & porcinam carnem Populo Romano distribuit, quæ hodie dividitur. Erat & Romæ tribunus fori suarii, ut ex Notitia Imp. Rom. *pag.* 15. *edit. Pancirol.* constat.

PORCINÆ mentio fit in *l.* 2. *& 3. C. Th. de suar.* Exstat etiam de porcinæ carnis in milites erogatione Constantii Imperatoris constitutio *l.* 2. *C. Th. de erog. milit. annon.*

PORNÆ a Justiniano *tit. de Consulib. in Nov. §. ac primus quidem*, juxta interpretationem Haloandri, sunt ludi scenici sic dicti a productione meretricum in scenam, & commemorantur inter spectacula, quasi Floralia, quæ per meretrices, & perditissimorum hominum genera celebrabantur. Certe vel hic locus indicat turpissima illa spectacula tarde sublata.

PORPHYRIANI heretici a Porphyrio nuncupantur *l.* 6. *pr. C. de hæret. l. ult. C. Th. eod. tit.*

PORRIGERE, præbere, in manus dare, ut *l.* 7. §. 6. *D. ad Leg. Aquil.* Sed & *porrigi* dicuntur, id est, concedi privilegia, munerum vacatio *l.* 3. *C. de cohortal. l.* 14. *D. de decurion.*

Porrigere alias est producere, extendere. Sic juris auctoritas, beneficium, legis potestas, sententia, substitutio porrigi ad res

vel

vel personas dicuntur in *l.* 36. *D. de statu lib. l.* 2. *C. de cur. fusc. l. ult. C. de serv. resp. l.* 23. §. 3. *D. de fideicom. libert. l.* 2. *&* 4. *C. de impub. & al. substit.* Utrum ad emtorem *porrigere* manus debeant judices *l.* 15. §. 7. *D. de re judic.* An *porrigi* manus ad emtorem debeant *l.* 13. §. 4. *D. de hered. pet.* Vid. supra sub art. *manus.* Si arbor in vicini fundum radices porrexerit *l.* 6. §. *ult. D. arbor. furt. cæs.*

Porrigere etiam verbum proprium est mulieris virum patientis. Quum vir nubit in feminam viris porrecturam *l.* 31. *C. ad Leg. jul. de adulter.* id est, quum vir nubit ad instar feminæ, quæ viris se porrigere solet, id enim proprium feminarum est. Vid. Jac. Gothofred. *ad l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

PORRINA in *l.* 58. §. 1. *D. de usufruct.* genus oleris porracei, vel idem quod porrus.

PORRO est post, deinde, ulterius in *l.* 19. *D. de mort. causs. donat.*

PORTÆ sanctis locis adnumerantur *l.* 2. *D. ne quid in loc. sacr.* & habitari sine permissu principis propter fortuita incendia non possunt *l. ult. D. eod. tit.* Cives Romani alia quam per *portas* egredi non possunt.

PORTARE. Inter ferre & *portare* hoc interesse, ait Caius, quod ferre proprie dicimus, quæ quis suo corpore bajulat, portare ea, quæ quis jumento secum ducit *leg.* 215. *D. de verb. signif.* Verum hæc proprietas confunditur. Nam portare dicitur quis, quæ suo corpore bajulat, ut in *l.* 15. §. 1. *D. de usufr.* Merces quoque, & onera navi *portare*, & *portari* dicimus, ut in *l. ult.* §. 1. *&* §. *ult. D. de leg. Rhod. de jact.*

PORTENTOSUM est prodigiosum, & quidquid a communi usu, & natura abhorret, ut in *l.* 7. *D. de reb. dub.* Portentosæ superstitionis auctor Nestorius *l.* 6. *pr. C. de hæres.* Portentosæ vilitatis (sic enim legendum, pro utilitatis), abjectæque pudicitiæ matres *l.* 7. *C. de revocand. don.*

PORTICATIO, verbum artis architectonicæ, occurrit in *l.* 37. *D. de religios. & sumt. fun.* pro porticu; quidam exponunt pro septis, quæ circa sepulcrum fiebant.

PORTICUS, *us*, in privatis ædibus opacus, & excelsus locus in longum protensus, quum ad æstus vitandos, umbrasque captandas, tum ad spatia facienda & ambulationis gratia. Hujusmodi porticus ædibus superpositas indicat *l.* 47. *D. de damn. infect.* in qua Neratius proponit: Binarum ædium dominum utrisque *porticum* superposuisse, inque eam aditu ex alteris ædibus dato, alteras ædes, servitute oneris *porticus* servandæ impositæ, vendidisse. Ut in parietem tigna immittere mihi liceat, supraque ea tigna, verbi gratia, *porticum* ambulatorium facere, superque eum parietem columnas structiles imponere, quæ tectum porticus ambulatorium sustineant *l.* 8. §. 1. *D. de servit. vindic.* Nec alius erat *porticuum* publicarum usus. Ovid. *lib.* 1. *Ex Ponto Eleg* 8. *v.* 65. Te modo campus habet, densa modo porticus umbra. Idem *lib.* 1. *de art. amand. v.* 67. Te modo Pompeia cætus spatiare sub umbra. Quam sol Herculei juga leonis habet, id est, sub porticu Pompeia. Publicarum porticuum meminit *l.* 14. *C. de oper. publ.* quæ ne latitudo *porticibus* minuatur cavet *l.* 16. *C. eod. tit.* Erant & *porticus* sepulcrales, quibus ornamenta auferre prohibet *l.* 5. *C. de sepulcr. viol.* quæ in *l.* 37. *D. de religios. & sumt. fun.* dicuntur porticationes.

PORTIO agri *l.* 3. §. *ult.*

D. qui pot. in pign. anni *l.* 7. §. 11. *l.* 11. *D. solut. matr.* crediti *l.* 59. *de administr. & peric. tut.* damni *l.* 15. §. 18. *D. de damn. infect.* bonorum *l.* 13. *D. de jurejur.* dominica *l.* 7. *D. de stipul. serv.* domini *l.* 50. *D. de legat.* 1. domus *l.* 12. §. 23. & 24. *D. de instr. vel instr. leg.* legis Falcidiæ *l.* 32. §. 3. *D. ad leg. Falcid.* fundi *l.* 33. §. *ult. D. de usufr.* hereditatis *l.* 3. *D. de vulg. & pup. substit.* hereditaria *l.* 1. *C. ſi cert. pet.* judicis videtur adſeſſor *l.* 5. *pr. C. Th. de iis, quæ administr.* legitima, de qua ſupra art. *legitima.* Portio luctuoſa vocatur, quæ matri ex bonis defuncti filii debetur *l.* 28. *C. de inoff. test.* Portio mulieris, vel viſcerum dicitur partus, antequam edatur in *l.* 1. §. 1. *D. de inſpic. ventr.*

PORTITOR nuncius, vel tabellarius dicitur in *l.* 1. *C. Th.* & apud Caſſiodor. *lib.* 10. *var. Epiſt.* 15. qui & legatis Theodahadi regis ad Juſtinianum Imp. miſſis hoc nomen tribuit *lib.* 10. *variar. epiſt.* 2. Sic & *portitor* præcepti *l.* 2. *C. de exequut. & exact. l.* 7. *C. Th. eod. tit.*

Portitores frumenti in *l.* 1. *C. ne quid oner. publ.* ſunt nautæ, qui tranſvehunt frumentum. Huſmodi *portitorem* etiam intelligit Senec. *lib.* 6. *de benef. c.* 18. Plato, quum flumen nave tranſiſſet, nec ab illo quidquam *portitor* exegiſſet.

PORTIUNCULA *l.* 10. *D. de aqu. & aqu. pluv. l.* 15. *C. de omn. agr. deſert.*

PORTORIUM non tantum, quod in portu, ſed & quod pro tranſitu pontis vectigal ſolvitur *l.* 60. §. 8. *D. locat. l.* 203. *D. de verb. ſignif.* & ibi Gœdd. *l.* 3. *C. de vectigal.*

Portorium etiam *venalium rerum* Liv. *lib.* 32. *c.* 7. & Cicero *in Piſon. c.* 36. dixerunt. Vectigal eſt, quod mercium, quæ importantur, exportanturve, nomine penditur. Plura de *portoriis*, quorum non unum genus fuit, habes apud Petr. Burmann. *de Vectigal. Pop. Rom. c.* 5. *p.* 53.

PORTUS adpellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur. Eaque nihilominus ſtatio concluſa, atque munita eſt *l.* 59. *D. de verb. ſignif.* Proprie autem *portus* notat inſulam, hoc eſt, ædificium legitimo ſpacio, quod ambitum Feſtus vocat, a ceteris domibus mercium importandarum exportandarumque cauſa ſejunctum, ut ab incendiis ſecurior, & munita atque concluſa a furum injuria tutior eſſet. Hinc *portus* per ſynecdochem in lege XII. Tabular. pro qualibet domo, auctore Feſto, dicebatur, maxime cum initio urbis Romani non adeo aucta reſpublica plures domos inſtar inſularum ſeu portuum ædificatas habuerint, ut de ædibus Publicolæ ex *lib.* 2. Livii, & illo legis XII Tabular. *Cui teſtimonium defuerit, in tertiis diebus, ob portum obvagulatum ito*, adparet. Non ergo propria ſignificatione portus domum deſignabat quamlibet, ſed inſulam, hoc eſt, domum mercium reponendarum cauſſa ita exſtructam, ut ab incendiis, fumis, incurſionibus tutior ſecuriorque eſſet, ſejuncta ac munita a ceteris contiguis ædificiis, ceu adparet ex *l.* 3. §. 2. *D. de offic. præf. vigil.* Quia vero ſtationes etiam munitas, atque concluſas eſſe oportet, ut in iis naves, merceſque illatæ efferendæ ibi tutæ a ventis, a procellis munitæ, a piratis concluſæ ſtent, ac perſiſtant, perinde ac ſi in *portu* quodam, hoc eſt, inſula, ſeu loco munito concluſæ ab in-

cendii periculo, furumque insidiis vindicarentur, itaque per hanc similitudinem, ceu per metaphoram, hæ stationes quoque *portus* adpellantur. Notandum igitur *portum* non ἀπο τῦ πυρθμῦ, hoc est, a freto, & sinu maris trajectu facillimo ad alteras nationes (ut Brechæus ad *l.* 59. *num.* 2. *de verb. signif.* voluit) sed a portando & bajulando nomen accepisse, cum metaphorice *portus* pro statione navium in mari accipiatur. Denique *portus* etiam Baias veteres vocasse auctor est Isidorus *lib.* 4. *c.* 8. *in fin.* a deportandis, bajulandisque mercibus. Gœdd. *ad d.l.* 59. *n.* 1. *de verb. signif.* Portus autem pro navium statione accepti mentio est in *l.* 1. & 2. *C. Theod. de litt. & itin. custod.* ut & *portus* Divi Juliani in littore maritimo urbis Constantinopolitanæ *l.* 5. *C. Th. de cale. coct. urb. Rom. portus* urbis Romæ in usus translatos privatos cognovimus *l.* 12. *C. Th. de oper. publ. Portus* expeditionales memorantur *l.* 2. *C. Theod. de naufr. l.* 33. *C. Th. de navicul.* qui quid sint vide supra art. *expeditional.* Vectigal *portus* in *l.* 17. *D. de verb. signif.* & apud Plaut. Trinum. *Act.* 4. *sc.* 4. Quod vectigal qui exercent, portitores dicuntur apud eumdem Plaut. *Asinar. Act.* 1. *sc.* 2. Sueton. *de clar. rhetor. c.* 1. & Terent. *Phorm. Act.* 1. *sc.* 2. *extr.* ubi Donatus.

Poscere arbitrum *l.* 43. *D. famil. erciscund.* curatorem *l.* 3. *D. de tutel. l.* 24. *D. de testam. tutel.* operas *l.* 13. & 22. *D. de oper. libert.* rationem *l.* 38. §. 7. *D. de liberat. legat.* rationes curæ administratæ *l.* 14. *C. de administr. & peric. tut.*

Positio pro statu, & qualitate *l.* 3. §. 3. *D. de ann. legat.* quæ eadem *l.* 1. §. 2. vocatur depositio. Si Dominus eamdem positionem peculii reliquit *l.* 11. §. 33. *D. de pecul.*

Positiones in *l.* 1. *D. de just. & jur.* & §. *ult. Inst. eod. tit.* alii partes, alii species, alii theses, alii objecta interpretantur. Omnium autem optime Cujacius *ad l.* 115. *D. de verb signif.* hanc formam loquendi interpretari videtur, qui illam a Stoicis existimat ad suam artem transtuliſſe jurisconsultos, *positiones* vocantes, quas illi τοπους, vel εἰδη, vel γενη dixerint Diog. Laert. *lib* 7. *sect.* 39. Eodem dicendi genere usum esse Palladium *de re rust lib.* . *tit.* 11. observat Ducker. *de Latinit. vet Ictor. p.* 326. Hein.

Posse facere non credimur, quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & quæ contra bonos mores sunt *l.* 15. *D. de condit. institut.* Sic regulariter *posse*, & debere adversantur *l.* 8. *D. de offic. præsid.* ubi vid. Cujac. *in Juliano l.* 40. *D. de judic.* ubi Cujac. *in Papiniano.* Non *posse* aliquando dicimur, quod licet possimus, adeo tamen inviti facimus, ut plane non posse nobis videamur, ita etiam, ut quidvis potius sustinere malimus, quam facere id, quod a nobis petitur, ut in *l.* 68. *pr. D. de rei vind.* nisi forte *posse* idem eo loco notet, quod debere, ut in sequentibus exemplis.

Posse, id est, debere *l.* 6. *D. de tutel. l.* 80. *D. de solut. l.* 2. *C. de legit. pers. l.* 10. *D. de act. emt.* Carere omnium dominio *potest*, si eos non defendat *l. ult. D. de noxal. act.* Hanc verbi *posse* notionem jam observavit Cujac. *lib.* 21. *observ. c.* 12.

Possessio adpellata est a sedibus quasi *positio*, quia naturaliter teneatur ab eo, qui ei insistit, quam Græci πολχην dicunt

cunt *l.* 1. *D. de adquir. possess.* Enimvero *possessionem* Ælius Gallus definiebat, auctore Festo, *usum possidendi agri, vel ædificii.* Possessionem quoque usum esse, Javolen. *l.* 115. *D. de verb. signif.* tradit, cujus verba Brisson. *Antiquit. Select. c.* 1. exposuit. Quod & *usucapiendi* verbum docet. Nec enim usucapere aliud est, quam per possessionem dominium adquirere. *Possessio* autem proprie rerum dumtaxat corporalium est. Unde bene Theophilus *pr. Inst. de interdict. νομην*, definit, *σωματικης πραγματος κατοχην rei corporalis detentionem.*

Ista autem *possessionis* notio civilis est, quæ est cum animo rem sibi habendi, seu eam retinendi conjuncta. Duplex enim *possessio* dicitur, alia civilis illa, alia naturalis *l.* 2. §. *ult. D. pro hered.* Civilis quidem possessio est, quæ in jure consistit *l.* 10. *C. de adquir. possess.* quæ animo, opinione, & adfectione dominii tenetur, quæ & *justa* possessio adpellatur, corporalique opponitur *l.* 24. *D. de adquir. possess.* quod scilicet jure fulcitur, jusque in se habet, & juris effecta parit *l.* 2. §. 1. *D. pro hered.*

Naturalis vero *possessio*, quæ & *corporalis* adpellatur *l.* 25. §. *ult. D. de adquir. possess. l.* 40. §. *ult. D. de pignorat. act.* est cum res habetur sine animo eam retinendi: *Detentionem* illam haud incommode dixeris. Nam corporalis *possessionem* proprie dictam civilemque illam non tribuit, nisi & justa caussa possidendi, & animus pro domino tenendi concurrat. Sic colonus nec vivo, nec mortuo domino ullam possessionem habet *leg.* 33. §. 1. *D. de usurp. & usuc.*

Quamquam autem semel adquisita *possessio* animo solo retineatur, adquiri tamen sine corporali facto possessio non potest. Et hoc est quod Neratius cum Proculo sentit, quum solo animo adquiri possessionem posse negant, si non intercedat *naturalis possessio. Possessio* enim plurimum facti habet *l.* 19. *D. ex quib: causs. minor.* Facti tamen, & animi esse dicitur *l.* 1. §. 15. *D. si is, qui testam. lib.*

Justa *possessio*, ut modo dixi, civilem significat, corporalique opponitur. Alias vero *justa possessio* opponitur injustæ, quæ vel vi, clam, precario adprehensa, vel justa possidendi caussa destituta est *l.* 7. §. 3. *D. commun. divid.* Hinc illa. Pignoraticiæ & precariæ *possessiones justæ* sunt, nec tamen ex his Publicianum judicium competit, quia neque creditor, neque is, qui precario rogavit, eo animo nanciscitur possessionem, ut credat se dominum esse *l.* 13. §. 1. *D. de public. in rem act.* Clandestina *possessio* injusta est, precaria vero justa quidem, sed quæ non pergat ad judicii communi dividundo vigorem *l.* 7. §. 4. *D. commun. divid.* Sic justus possessor, qui bona fide, & ex justa caussa possidet *l.* 31. §. 2. *D. de hered. pet. l.* 9. *D. qui pos.*

Possessio autem proprie rerum corporalium dicitur. Jurium vero *quasi* possessio est, veluti ususfructus *l.* 23. §. 2. *D. ex quib. causs. major. l.* 3. §. 17. *D. de vi, & vi arm.* aquæ ducendæ *l.* 10. *pr. D. si serv. vind.* Hinc interdicta *velut* possessoria constituta, esse pro usu jurium fundi, ait Javolenus *l. ult. D. de servit.* Juris igitur æque ac corporis *possessio*, licet minus proprie adpellatur. Sic *possessio* non tantum corporis, sed & juris esse dicitur in *l.* 49. §. 1. *D. de adquir. possess.* ibidemque possessionem plurimum ex jure mutuari, Pomponius ait. Qui *possessionem*, vel corporis, vel *juris* ad-

eptus *l.* 2. §. *ult. D. de precar.* Servitutes non habent certam, continuamque *possessionem l.* 14. *D. de servit.*

Possessio longa. Vid. supra sub art. *longa.*

De *in possessionem missio* interdictum datur ei, qui dolo malo fecerit, quominus qui permissu prætoris ejusve, cujus ea jurisdictio fuit, in possessionem bonorum sit missus *l.* 1. *D. ne vis fiat ei.*

Possessionis momentaneæ interdicto agitur de *possessione* retinenda, sicut Uti possidetis, ut *l.* 1. §. 1. *D. uti possid.* & Utrubi, de quibus suis locis, vel quo agitur de *possessione* adipiscenda, ut *l.* 1. §. 1. *D. quor. bonor.* ut est quorum bonorum, quorum legatorum, vel quo agitur de *possessione* recuperanda, ut unde vi *l.* 1. §. 1. *D. unde vi.* Et dicuntur momentaneæ *possessiones*, quia licet obtineat aliquis in possessione, tamen continuo elapso momento, succumbere poterit in judicio proprietatis, ut *l.* 1. *C. si de moment. possess. fuer. adpell.* Interdictum momentaneæ *possessionis*, aut sceleris reformatio, ut adnotat Cujac. in *l. si coloni C. de agric. & cens.* omnem rationem repetendæ possessionis vi, vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum unde vi, sed & interdictum de tabulis exhibendis, itidem interdicta uti possidetis, Utrubi, Salvianum, quorum bonorum ex sententia Pauli comprehendit.

Possessionis verbum proprietatem interdum significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est *l.* 78. *D. de verb. signif.* Possessionem plenam & omnem proprietatem habere dicitur, etiam qui usumfructum non habet *l.* 54. *C. de episc. & cler.*

Possessionis verbo interdum bonorum possessio intelligitur, ut in *l.* 9. *D. de collat. l.* 9. *D. und. cogn.* & in *l. ult. D. de veteran.* ibi; Quum proximus cognatus intra tempus possessionem acceperit *l. ult. D. de veteran.*

Possessio interdum usucapionem, quæ per constitutum possessionis tempus impletur significat *l.* 19. & 30. *D. ex quib. causs. major. l.* 16. *D. de fund. dotal.*

Possessio pro re soli, & prædio sæpe accipitur *l.* 78. *D. de verb. signif.* Quod venierit *possessio*, in quam habet patronus adfectionem vel vicinitatis, vel cæli *leg.* 1. §. 14. *D. si quid in fraud. patr.* Adde *l.* 38. *D. de minor. l.* 5. §. 11. *D. de reb. eor., qui sub tut l.* 91. §. 3. *D. de legat.* 3. & passim. Festus Pompeius: *Possessiones* adpellantur agri late patentes, privatique, quia non mancipatione, sed usu tenebantur, & ut quisque occupaverat, possidebat. Cæs. *lib.* 1. *de bell. gall. c.* 11. Allobroges, qui trans Rhodanum vicos *possessionesque* habebant. Et *lib.* 1. *de bell. civil. c. ult.* Res huc deducitur, ut qui habeant domicilium, aut *possessiones* in Hispania. Occurrit & eodem sensu hoc verbum *lib.* 3. *de bell. civ.* sæpe, ut & apud Hirtium *de bello Alexandr. c.* 4. Add. Isidor. *lib.* 15. *etymol. c.* 13. Verbis autem Festi modo allatis convenienter ait Javolenus in *l.* 115. *D. de verb. signif. possessionem* dici, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere. Et hoc ab agro differre, quod possessio est usus, ager proprietas loci est, quo pertinet *l.* 11. §. 1. *D. de public. & vectig. & l.* 10. *D. famil. erciscund.* ubi vectigalia prædia dicuntur non esse nostri patrimonii. Agros igitur Javolenus esse vult, qui nexu, & mancipio, aliove jure civili veluti ces-

sio-

sione, vel usucapione alicujus proprii facti sunt, quod veteres dominium juris Quiritium adpellabant: *Possessiones* autem, quæ vel ad tempus, vel in perpetuum alicui utendæ fruendæ datæ sunt, pro quibus vectigal aliquod testandæ auctoritatis causa penditur, Sicul. Flacc. Horum ergo agrorum nullum æs, nulla forma, quæ publicæ fidei possessoribus testimonium reddat. Quod si culturæ, & meliorationis lex adhiberetur, Imperator Zeno Emphyteusin adpellarit *l. 1. C. de jur. Emphyt.* Hottomannoque placet, ut eo *possessionum* nomine feudalia prædia vocitentur.

POSSESSOR dicitur non solum, qui civiliter, sed & qui naturaliter incumbit possessioni *l. 3. §. ult. D. ad exhib.* In eo porro quod dicitur, *possessorem* immobilium rerum satisdare non compelli, *possessor* accipiendus est, qui in agro, vel civitate rem soli possidet, aut ex æsse, aut pro parte, & qui vectigalem, emphyteuticumve agrum possidet. Item maritus, qui dotem accepit, uxor, quæ dedit, dominus quoque proprietatis, licet usufructus alienus sit. Creditor verò, qui pignora tenet, item fructuarius pro *possessoribus* non habentur *l. 15. D. qui satisd. cog.* Possessor autem proprie *verum* dumtaxat *corporalium* est, *juris* vero *velut possessor* dicitur *l. 18. §. 1. D. de her. petit.* Sed tamen & *juris* quoque possessor, licet minus proprie, adpellatur *l. 13. §. ult. l. 16. §. ult. l. 34. & 35. D. si pars her. pet. l. 1. C. de his, qui potent. nom. sit. præd. adsig.* In quæstione servitutum, & actionum, quæ pro iis competunt, possessor accipitur is, contra quem nihil est innovatum *l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. D. si servit. vind.* Possessor etiam accipitur is, qui jure, quo utitur, fruitur, negatoria actione experitur *l. penult. §. ult D. si usufr. pet. §. 2. Inst. de action.* Quis autem justus possessor. Vid. art. *possessio* justa. Quis bonæ fidei, quis malæ fidei *possessor* vid. sub art. *fides. Possessoris* autem commoda hæc sunt, quod probandi onus in adversarium transfertur, & quod in pari causa *possessor* absolvitur *l. 62. D. de judic. l. 20. D. de probat. l. 1. §. 3. D. uti possid. l. 12. §. pen. D. de liberal. caus. §. Inst. de interd.*

Possessorem esse & in *possessione* esse differunt. In *possessione* est depositarius, commodatarius, colonus, inquilinus, is qui precario rogavit, ut morari liceat, non etiam possidere, vel sequester, cui partes custodiam tantum, non possessionem concesserunt, similis hic depositario, ille commodatario. Item qui ex primo decreto missus est in *possessionem*, creditis servandi causa, vel dotis, ventris, legatorum, damni infecti causa *l. 10. §. 1. D. de adquir. vel amitt. possess. l. 6. §. 2. D. de precar.* & quibus ii locis dicuntur *naturaliter possidere*, impropria & confusa loquutio est, cum sint in *possessione naturali* potiusquam possideant, qua de causa eis interdicta possessoria non dantur *l. 9. D. de rei vind.* Sed dantur domini, apud quem possessio remansit, velut depositori, commodatori, locatori, & qui precario rogatus est, debitori, & similibus. Hi enim per illos possident. Illi ergo his, non sibi. Si non sibi, nec igitur proprie possident. *Possidere* enim est sibi habere. Fructuarius quoque tantummodo in naturali *possessione*, non etiam vere naturaliter possidet. Solus enim dominus possessor est, & possidet per fructuarium, nec alia ratione

dicitur retentionem usufructus esse speciem traditionis, quam quod qui retinet usumfructum, desinat sibi, & incipiat alii possidere *l.* 12. *de adquir. possess.* Ulpianus ibi ait. *Naturaliter videtur possidere* quod verbum est πλαστικον. Nec enim omnis, qui videtur possidere, etiam possidet, ut debitor pignus possidere, & usucapere videtur, nec tamen possidet, licet enim fructuarius non possideat, tamen quia rei emolumentum ad eum pertinet, ea res efficit, ut in plerisque partibus juris etiam pro domino habeatur, interdicta ei possessoria accomodentur, quæ ceteris, qui sunt in possessione, non accomodantur Cujac. 9. *obs.* 33.

Fictione etiam juris pro *possessoribus* quidam habentur. Sic in actionibus in rem pro *possessore* habetur, qui se liti offert, & quasi possidens condemnatur *l.* 13. §. 13. *D. de hered. pet.* Eadem causa est ejus, qui dolo desiit possidere, aut qui dolo fecit, ut possideret, quia pro possessione dolus est *l.* 131. *D. de regul. jur. l.* 150. *D. eod. tit.* quæ sumta est ex *l.* 2. §. 42. *D. ne quid in loc. publ. l.* 13. §. 6. *l.* 25. §. 8. *D. de hered. pet.*

Possessores civitatis in *l.* 1. *D. de decret. ab ord. fac.* decuriones interpretatur Pancirolus *de magistrat. municip. c.* 1. *per eamd. l.* 1. *D. de decret. ab ord. fac.* & *l.* 6. *C. de omn. agr. deser.* Idque non tantum ideo, quod inopes creari non potuerunt decuriones, sed & quia reipublicæ prædia illi possidebant.

POSSESSORIAS actiones Triphoninus *l.* 50. *D. de bon. libert.* ipsam *bonorum possessionem* vocat. At in *l.* 4. §. *ult. D. de Carbon. edict.* hoc verbo hæ actiones significantur, quæ bonorum possessoribus rerum hereditariarum persequendarum gratia dantur. Plane sicut civiles actiones heredibus propositæ sunt, ita & prætor iis, quos velut heredes facit, hoc est, quibus bonorum possessio data est, possessoriam hereditatis petitionem adcommodat *l.* 1. *l. ult. D. de possess. hered. pet.*

Possessoria interdicta *l. ult. D. de servit.* Vid. *Interdict.* & sub art. sequenti.

POSSIDERE jus significat, non factum. Nec enim possidet, quisquis rei insistit, eique corpore incumbit, sed qui eam animo dominii per se, vel per alium occupat. Aliud est tenere, aliud possidere *l.* 44. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Licet servi *possidere* civiliter non possint, *tenere* tamen eos, nemo dubitat *l.* 38. §. 7. 8. 16. D. *de verb. obl.* Quid *possidere* & in possessione esse distent, vid. supra sub art. *possessio.* Denique belle Theophil. §. 4. *Inst. per quas person. nob. adqu. possidere* definit, ψοχη τυ δεσποζοντος κατηχειν, *opinione dominii tenere* ut *l.* 22. §. 1. *D. de noxal. act.* & pro suo habere, ut Celsus loquitur *leg.* 69. *D. de furt.* Non enim inquilinus, colonus, & qui precario rogavit, quamquam corpore in prædio sint, eo magis possidere *l.* 1. §. 2. *D. de precar.* quia non pro suo, sed pro alieno tenent. Pignori rem acceptam usu non capimus, quia pro alieno possidemus *l.* 13. *D. de usurpat.* Sed & qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt, *possidere* non possunt, quia possessio non tantum corporis, sed & juris est *l.* 48. *D. de adquir. possess.* Et tamen hanc stipulationem *possidere* mihi licere spondes, utiliter in personam suam servus concipit. Quamvis enim civili jure ser-

servus non possideat, tamen ad possessionem naturalem hoc referendum est *l.* 38. §. 7. *D. de verb. oblig.*

Possideri possunt, quæ sunt corporalia *l.* 3. *D. de adqu. possess.* Jura enim & cetera incorporalia non possidentur, sed *velut*, aut *quasi* possidentur. Per abusionem tamen & jura possideri dicimus, ut in *l.* 2. *D. commun. præd. l. ult. D. de itiner. actuque priv.* In interdicto quod legatorum, verba hæc, desiit *possidere*, sic accipimus, desiit restituendi facultatem habere *l.* 1. §. 7. *D quod legator.* Hi autem tituli sunt, ex quibus possidemus.

Pro derelicto *possidet*, qui rem a domino pro derelicto habitam occupavit *l.* 1. *D. pro derel.*

Possidet pro donato, cui donationis caussa res tradita est *l.* 1. *D. pro donat.*

Possidet pro dote, qui in dotem rem accepit *l.* 1. *D. pro dot. l.* 13. §. 10. *D. de hered. pet.*

Possidet pro emtore, qui revera emit *l.* 2. *D. pro emt.* sive a domino, vel a non domino, quum existimaret eum dominum esse *l.* 33. §. 1. *D. de usurp.* eique res fuerit tradita. Sed & possessor, qui litis æstimationem obtulit, pro emtore incipit possidere *l.* 1. *D. pro emt.* Litis enim æstimatio similis est emtioni *l.* 3. *D. eod. tit.* Qui vi alterum dejecerit, si ab eodem emerit, incipiet pro emtore possidere *l.* 6. §. 3. *D. de precar.* Etiam quum dominus a servo emit, pro emtore possidere, & usucapere potest *l.* 11. §. *ult. D. de institor. act.* Plane si sub conditione res venierit, & pendente conditione tradita sit, emtor non poterit usucapere pro emtore.

Possidet pro herede, qui putat se heredem esse, vel bonorum possessorem *l.* 11. *D. de heredit. petit.* § 3. *Inst. de interd.* Item qui fundum a non domino emerit, si a domino heres institutus fuerit, vel bonorum ejus possessionem acceperit, incipiet fundum pro herede possidere *l.* 33. §. 1. *D. de usurp.* Sed & quod heredi instituto legatur, id ipse pro herede possidet, quum pro ipsius parte legatum non consistat *l.* 18. *in fin. D. de his, quæ ut ind.* Eodem loco habentur & quæ a statulibero conditionis implendæ gratia accipiuntur *l.* 13. §. 6. *D. de hered. pet.* Atque hæc exempla optime adcommodantur ad *tit. D. pro hered. & l.* 4. §. 22. *& l.* 21. *D. de usurp. & usuc. l* 1. *D. quor. bonor. l.* 1. *D. quor. legator.*

Possidet pro legato is, cui legatum est, sive recte, sive non jure legatum sit relictum *l.* 1. *l. ult. D. pro legat.*

Possidet pro possessore prædo, qui interrogatus cur possideat, responsurus sit, quia possideo, nec contendit se heredem, vel per mendacium, nec ullam caussam possessionis possit dicere *l.* 11. §. *ult. l.* 12. *&* 13. *D. de hered. pet.* ubi furem, & raptorem eo modo possidere Ulpianus indicat, sicuti eum, qui vim intulit *l.* 14. §. 2. *D. quod met. causs.* Vet. Gloss. Græc. Pro *possessore*, ὁ βιαίως τι νενομευος, *vi possidens.* Si quis emerit fundum sciens ab eo, cujus non erat, possidebit pro possessore *l.* 33. §. 1. *D. de usurpat.* Item si a furioso sciens emerit *l.* 13. §. 1. *D. de hered. pet.* Quod uxor viro, aut vir uxori donaverit, pro possessore possidetur *l.* 16. *D. de adqu. poss.* ob prohibitam nempe donationem inter virum & uxorem. Qui invitis heredibus sciens pecuniam ex peculio a statulibero accepit,

pro possessore videtur eam pecuniam possidere *l.* 110. *D. de condit. & demonstr.* Si a minore duodecim annis nupta mihi quasi dotem sciens accepit, item si legatum mihi solutum est ex falsa caussa scienti, utique pro possessore possidebit *l.* 13. §. 1. *D. de hered. pet.* Pro *possessore titulus* Vid. *titulus.*

Pro suo *possidemus* omnia, quæ Mari, Terra, Cælo capimus, aut quæ alluvione fluminum nostra fiunt, item quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus *l.* 2. *D. pro suo.* Item quod quis emtum, donatum, legatumve possidet, non tantum pro emtore, donato, legato, sed & hoc amplius pro suo possidet *l.* 1. *D. pro suo.* Si ancilla pecuniam dotis nomine viro tradidit, eam pecuniam pro suo possidendo usucapere potest: Scilicet, quia existimavit, eam mulierem liberam esse *l.* 67. *D. de jur. dot.* Si fur rem furtivam a domino emerit, & pro tradita habuerit, definet eam pro furtiva *possidere*, & incipiet pro suo *possidere l.* 31. *D. de usurpat.*

Majore parte anni *possedisse* quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modo adversarius ejus aut paucioribus diebus, aut nullis possederit *l.* 156. *D. de verb. signif.* Quod pertinet ad hæc interdicti *utrubi* verba. Utrubi hic homo, quo de agitur majore parte hujusce anni fuit. In hoc enim interdicto potior est, qui majore parte anni retrorsum numerati nec vi nec clam nec precario possidet, ut ait Paullus *lib.* 5. *sent. tit.* 6. §. 1.

POSSIDERE absolute pro prædia possidere, vel habere. His, qui juxta littora maris possident *l.* 1. §. 4. *D. de rip. muniend.* Add. *l. ult.* §. 15. *D. de muner. & honor.*

Interdum *Uti possidetis* locum habet in rebus immobilibus, scilicet, si de fundi vel ædium possessione contenditur §. 4. *verb. sed interdicto. Inst. de interdict.* Et est retinendæ possessionis. Quia enim longe commodius est, potius possidere quam petere, ideo plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione, & datur possidenti civiliter, & naturaliter, vel etiam quasi possidenti gratia retinendæ possessionis. Et proponitur, quoties inter litigatores contentio est, utrum possideant, quia alteruter magis se possidere adfirmat. Est autem hoc nomen *Uti possidetis* proprie ad immobilia adcommodatum, quia solum illa dicuntur proprie possideri, eo quod eis qui pedibus insistat. Inde enim adpellata est possessio. Est ergo hoc interdictum prohibitorium retinendæ possessionis. Tametsi per consequentiam quamdam censeri posset, etiam habere vim recuperandæ possessionis teste Ulpiano *l.* 1. §. 4. *D. Uti possidet.* Declaratur in *l.* 3. *pr. D. eod. tit.* Datur autem hoc interdictum & aliis casibus quamplurimis, quos accurate enumerat Oldendorp. *Class.* 2. *action.* 4.

Ex POST facto *l.* 15. *D. de reb. dub.*

POSTEA deinde per pleonasmum *l.* 1. §. 8. *D. de suis & legit. hered.*

POSTERIORUM deinde §. 13. *Inst. de action. l.* 2. §. 17. *&* §. 32. *D. de orig. jur.* Hujusmodi duplicatis vocibus utuntur & Terent. *Andr. act.* 3. *sc.* 2. *v.* 3. Virgil. *lib.* 5. *Æneid. v.* 321.

Posteriorum Labeonis libri sæpe laudantur in Digestis, cujus inscriptionis rationem attulit Gell. *lib.* 13. *c.* 16. de Labeone loquens

quens his verbis : Sunt adeo libri post mortem ejus editi, qui posteriores inscribuntur. Hos in epitomen redegit Javolenus. At idem quoque libros ex posterioribus Labeonis scripsit, a prioribus diversos. Em. Merill. *lib.* 5. *obs.* c. 30.

POSTERORUM adpellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, contineri, ait Modestinus *l.* 38. §. *ult. D. de legat.* 3. Plane liberos usque ad trinepotem, & ultra hos posteros vocari, tradit Paullus *l. ult.* §. 7. *D. de gradib. & ad fin.* quos & *minores* Latinis dici Servius in *lib.* 8 *Æneid. v.* 268. scribit Propert. *lib.* 2. *eleg.* 10. Hæc certe merito poterunt laudare minores. Sæpius tamen poetæ nepotes vocant. Idem Virg. *Georg. lib.* 2. *v.* 58. Seris factura nepotibus umbram. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 1. Meque inter seros laudabit Roma nepotes. Valer. Flac. *lib.* 8. *Argonaut. v.* 398. Ut in seros irent magis ipsa nepotes. Maligna igitur fuit illa Caligulæ interpretatio, qua *posterorum* nomen ad filios coarctabat, negans ultra hunc gradum debere *posteros* intelligi, quemadmodum Suet. *in Calig. c.* 38. scribit. Ceterum vacatio, itemque immunitas liberis & posteris alicujus data ad eos duntaxat pertinet, qui ejusdem familiæ & nominis sunt *l.* 13. *D. de muner. & honor.* Itaque ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinent *l.* 1. *D. de jur. immunit.* Plane immunitates generaliter tributæ eo jure, ut ad posteros transmittantur, in perpetuum succedentibus durent *l.* 4. *D. de jur. immunit.* Add. Ducker. *de Latin. vet. Jurisconf. p.* 219.

POSTFERRI in officiis publicis est postponi *l.* 8. *pr. Cod. Th. de honorar. codicil.*

POSTICA in *l.* 13. §. 7. *D. de usufr.* est ostium in posteriori parte ædium.

POSTIS. *Postibus* debitoris auctoritatem adfigere *l. un. C. Th si cert. pet. de chirogr.* id est, adfixo ædibus debitoris judicis edicto eumdem citare, de quo more etiam hodie usitato Cujac. *lib.* 7. *obs. c.* 15. quædam adnotavit.

POSTLIMINIUM est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ inter nos, ac liberos populos regesque moribus, ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam extra bellum, hoc si rursus accipiamus, dicitur *postliminio* recipere *l.* 19. *D. de capt. & postlim.* Si ab hostibus captus fuerit parens, quamvis hostium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus *postliminii*, quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina jura recipiunt §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Festus : *Postliminium* receptum, Gallus Ælius in libro 1. significationum, quæ ad jus pertinent, ait, esse eum, qui liber, ex qua civitate in aliam abierit, in eamdem civitatem redit eo jure, quod constitutum est de postliminiis. Item qui servus a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos, redit in ejus potestatem, cujus antea fuit, jure postliminii. Index βασιλικων. *Postliminium, το της υποστροφης δικαιον.* Gell. *lib.* 7. *cap.* 18. Cognati adfinesque captivorum amplexi eos postliminio in patriam rediisse dicebant, statumque eorum integrum incolumemque, ac ne ad hostes redire vellent, orabant. Tum octo ex iis *postliminium* justum non esse sibi respon-

de-

derunt, quoniam dejurio vincti fuerant, ſtatimque ut jurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt. In hoc autem verbo Servius Sulpitius, quemadmodum Cicero *Topic. c.* 8. ſcribit, nihil notandum eſſe putabat eſſe, niſi poſt & liminium. Illud productionem verbi volebat eſſe, ut in finitimo, legitimo, æditimo, timum. Scævola autem P. F. junctum putabat eſſe verbum, ut eſſet in eo poſt & limen, ut quæ a nobis alienata ſunt, quum ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tamquam limine exierint, hinc quum redierint, poſt ad idem limen poſtliminio videantur rediiſſe. Quam Scevolæ notationem amplectitur Juſtinianus §. 5. *Inſt. quib. mod. jus patr pot.* Ait enim. Dictum eſt *poſtliminium* a *limine* & *poſt*. Unde eum, qui ab hoſtibus captus in fines noſtros poſtea pervenit, *poſtliminio* reverſum recte dicimus. Nam limina, ſicut in domibus finem quemdam faciunt, ſic & imperii finem limen eſſe veteres voluerunt. Hinc & limes dictus eſt, quaſi finis quidam & terminus, ab eo poſtliminium dictum, quia eodem limine revertebatur, quo emiſſus fuerat. Comprobant hanc etymologiam Hug. Grotius *lib.* 3. *de jur. bell. & pac. c.* 9. §. 1. & Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 39. At Heinecc. *Antiq. Rom. ad Inſt. lib.* 1. *tit.* 16. §. 4. a limine ædium dici *poſtliminium* putat. Reverſi quippe ex captivitate, non per limen admittebantur in ædes, ſi jam diem eos obiiſſe nunciatum fuerat, quia id mali ominis putabatur, ſed poſt limen per tegulas & impluvium intro ſe ipſos demittebant, teſte Plutarch. *Quæſt. Rom.* V. Si ager ab hoſtibus occupatus, ſervuſve captus, liberatus fuerit, jure poſtliminii reſtituetur uſusfructus *l.* 26. *D. quib. mod. uſusfr.*

Poſtliminio reverſus κατα χρησικως dicitur, qui ad hoſtes fugerat, & reſtitutus eſt *l.* 1. *C. de re milit. lib.* 12. *tit.* 36. Mulieri, quæ repudii a ſe dati oblatione a marito diſceſſit ſine cauſſa, *poſtliminii* jus negant Imperatores in *l.* 2. *pr. C. Th. de repud.* Niſi forte intermiſſum dominium in medio tempore rediit quodam poſtliminio *l.* 11. §. 4. *D. de except. rei judic.* Uſurpat hoc verbum metaphorice Apulei. *lib.* 1. *de Aſin. aur. p.* 113. *lib.* 4. *p.* 147. *lib.* 10. *p.* 144. & in Florid. *lib.* 4. *p* 365. Hinc D. Hieronymus in Epiſtola, quam verſioni librorum Didymi de Spiritu Sancto præmiſit, *veluti poſtliminio reverſus.*

POSTPONI dicitur creditor, qui a prioribus excluditur in *l.* 17. *D. de jur. fiſc.*

POSTREMUM judicium *l.* 2. & 4. *C. qui teſtam. fac. l. ult. C. ſi quis aliqu. teſt.* id eſt, ſuprema voluntas.

POSTULARE pro poſcere, petere. Sic *poſtulare* actionem *l.* 35. §. 2. *D. de procurat.* arbitrum *l.* 35. *D. de bon. libert.* auxilium reſtitutionis *l.* 1. *C. de temp. in integr. reſt.* in bona ſe mitti *l.* 12. *D. de reb. auct. jud. poſſid.* bonorum poſſeſſionem *l. ult. D. de bonor. poſſeſſ.* cautionem *l.* 15. *D. de damn. infect.* cognitionem *l.* 59. §. 6. *D. de procur.* curatores ſibi dari *l.* 1. *C. qui pet. tut.* decretum *l.* 6. *D. ad SC. Trebell.* non injuſtum *l.* 19. *D. qui pot. in pign.* in integrum reſtitutionem *l.* 1. *C. ſi adverſ. dot. l.* 1. *C. ſi minor ſe major.* judicem *l.* 10. *C. de judic. l.* 2. *C. Th. cod. tit.* quæſtioni mancipia, id eſt in quæſtionem petere *l.* 12. §. 4. *D. qui & a quib. manum.* ſatis *l.* 21. *D. rem rat. hab.*

hab. teſtes *l.* 11. *C. de teſtib.* tutorem *l.* 2. *D. de fidejuſſ. tut. Poſtulatus* a domino *l. ult. C. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* id eſt, rogatus. Porro circa judicium, quod a prætore ſub titulo de damno infecto proponitur, quo is demum experiri poſſe, qui poſtulavit, *poſtulare* proprie dicitur, pro tribunali petere, non alibi *l.* 4. §. 8. *D. de damn. inf.*

Poſtulare aliquem eſt eum accuſare, deferre. Sic *poſtulare* adulterum *l.* 17. §. *ult. D. ad leg. jul. de adulter.* quem crimine *l. ult. §. ult. D. de divort.* capitali crimine *l.* 2. *D. de cuſt. & exhib. reor.* capitis *l.* 53. *D. de fidejuſſor.* adulterii *l.* 11. §. 4. *D. ad leg. jul. de adulter.* compilatæ hereditatis *l.* 23. *D. negot. geſtor.* incesti *l.* 39. §. *ult. D. ad leg. jul. de adult.* lenocinii *l.* 39. *D. eod. tit.* reum aliquem *l.* 22. *D. de his quæ ut indign.* ream adulterii *l.* 12. §. *ult. D. qui & a quib. l.* 34. §. 1. *D. de rit. nupt.* vis privatæ reum *l.* 4. *C. und. vi* ſuſpectum *l.* 1. §. 6. *D. de ſuſpect. tutor.* Et ita ſuſpectus *poſtulari l.* 1. *&* 3. §. 5. *&* 11. *D. eod. tit.*

Poſtulare abſolute poſitum in *tit. D. de poſtuland.* eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere *l.* 1. *D. eod. tit.* Et ita accipe *poſtulare* in *l.* 9. *D. de pæn. l.* 39. *D. de evict. l.* 2. §. *ult. D. de collat. deteg. l.* 4. *D. de legation. l.* 2. *D. de reg. jur.* Gell. *lib.* 1. *cap.* 22. Memini ego prætoris docti hominis tribunali me forte adſiſtere, atque ita advocatum non incelebrem ſic *poſtulare.* Et *lib.* 5. *c.* 5. Quum ille, inquit, rabula audaculus ita *poſtulaſſet.*

POSTULATIO pro quolibet deſiderio apud prætorem, aut alium, qui juriſdictioni, tribunalive præeſt, expoſito. Sic obſervare proconſulem oportet, ut ſit ordo aliquis poſtulationum *l.* 9. §. 4. *D. de off. proconſ.* Sueton. *Neron. c.* 8. Celeberrimis patronis non translatitias, ut adſolet, & breves, ſed maximas, plurimaſque poſtulationes certatim ingerentibus. Plin. *lib.* 10. *epiſt.* 85. Dixi utrique parti, ut *poſtulationum* ſuarum libellos darent. Et ita *poſtulationem* accipe in *l. ult. §. ult. D. de adpellat. l* 35. *D. de ſervit. præd. ruſt. l.* 1. *D. de ventr. in poſſeſſ. mitt. Poſtulationibus* etiam vacare, vel dare magiſtratus dicebantur, quum poſtulantes pro tribunali audiebant. Si ſe dedit quidem prætor pro tribunali, ſed *poſtulationibus* non dedit *l.* 2. §. 2. *D. quis ordo in bonor.* Plin. *lib.* 7. *epiſt.* 3. *Senecio quum exploraſſet conſules poſtulationibus vacaturos.* Adſeſſoris etiam officium inter cetera cognitionibus, & *poſtulationibus* conſtare dicitur *l.* 1. *D de offic. proconſ.*

Poſtulatio aliquando cauſſam notat, in qua poſtulant advocati. Sic *l.* 1. *C. de princ. agent. in reb.* Cauſſarum patronos ita volumus eſſe conventos, ne ignorante Principe ullam poſtulationem introducant.

Poſtulatio quandoque pro accuſatione uſurpatur, ut in *l.* 31. *D. ad leg. jul. de adult.* Et ita ſuſpecti *poſtulatio l.* 5. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.*

Poſtulatio in jure canonico dicitur unanimis petitio, per quam is, qui ſecundum canones vel ad clerum, vel ad dignitatem eccleſiaſticam etiam regularem aſſumi non poteſt, ex diſpenſatione tamen & gratia, cauſſa cognita, a ſuperiore admittitur. Cum autem *poſtulatio* adverſetur juri communi, ideo concordi omnium calcu-

culo fieri debet *c.* 3. *&* 4. *decretal. de postul. prælat.* adeo ut si concurrat postulatio cum electione, duplo major esse debeat postulantium *c. bonæ eod.* In eo tamen differunt, quod postulatio ex mera liberalitate superioris pendeat *c.* 5. *eod.* Maxime vero postulari dicebantur, qui ex parochia erant, cum id non liceret nisi ex cessione, id est licentia sui Episcopi Gregor. M. *lib.* 4. *epist.* 19. *lib.* 7. *ind.* 2. *ep.* 51. 52. *&* 86.

POSTULATOR est, qui quid in jure, aut pro tribunali postulat. Sueton. in *Neron. c.* 15. In jurisdictione postulatoribus nisi sequente die, ac per libellos non temere respondit.

POSTUMUS, ut ait Cesellius Vindex, explicans apud Gell. *l.* 1. *c.* 16. locum Virgilii *Aen.* 6. Sylvius Albanum nomen tua postuma proles Quem tibi longævo serum Lavinia conjux educet Sylvius, non eum significat, qui patre mortuo, vel post humatum patrem, ut alii, sed qui postremo loco natus est. Itaque Tertullianus *postumum* pro postremo usurpavit *in lib. contra Gnost.* item Apuleius in *Apol.* 1. Igitur per aspirationem scribendum hoc vocabulum non est, ut nec in Pandect. Florentin. scribitur, nec in veteribus Livii Codicibus, ut observat Sigonius, nec a Græcis ποσθμος, sed ποστμος affertur, atque nihil in eo aliud notandum, nisi *post*, & *unus* productionem esse verbi, ut in postliminio, liminium, ex sententia Servii, vel ea formâ a *post* deductum, qua ab *extra* extremus, & a *citra* citumus. Hinc illud Plauti. Post mediam ætatem, mediam qui duxit uxorem. Si eam forte senex anum gravidam fecit: Quid dubitas, quin puero sit nomen *postumus?* *Postumos* tamen a Romanis adpellatos Plutarchus in *Sulla p.* 475. *Tom.* 2. *oper.* scribit τους υστρον της πατερων τελευτης γενομενους, *post patrum fata natos.* Itaque Ulpianus *l.* 3. §. 1. *D. de injust. rupt. irrit. postumos*, inquit, dicimus eos dumtaxat, qui post mortem parentis nascuntur. Vet. Glossar. *Postumus*, ο ζωντος μεν πατρος συλλαβομενος, αποθανοντος δε γενομενος: Vivo quidem patre conceptus, sed eo mortuo natus. In alio veteri Glossario scriptum est, *postumus*, ο μετα την τ πατρος τελευτην τεχθεις παις, post mortem patris natus filius. Unde *postumæ* nomen in eam, quæ jam in rebus humanis sit, non cadere, ait *l.* 164. *D. de verb. signif.* Vet. Gloss. *Postumus* nepos est, qui post mortem avi natus est, etiam superstite suo patre. *Postumus* alius dicitur suus, alius vero alienus. Postumus suus dicitur, qui si vivo patrefamilias natus fuisset, in ipsius potestate fuisset, proximumque ab eo locum in familia tenuisset §. 3. *Inst. de hered. quæ ab intest.* veluti filius, aut filio de familia sublato nepos, & qui deinceps:

Postumus alienus dicitur, qui si testamenti tempore natus fuisset, suus heres non fuisset. Horum autem alii sunt adgnati, ut frater, qui in matris utero est, fratrisve postumus §. 1. *D. de legit. adgn. succeff. l.* 27. *C. de inoff. testam. l pen. D. de legat.* 1. alii cognati, de quibus in *l.* 6. *D. de inoff. test.* ut is, qui ex mancipato filio conceptus, & natus est *l.* 6. *D. de bonor. possess. contr. tab.* item fororis, vel naturalis, vel adoptivæ filius, de quo in *l.* 9. *fin. D. de lib. & post.* item qui ex filio in adoptionem dato conceptus est *l.* 1. §. 16. *de ventr. in possess. mitt.* item qui cæso ute-

ro

ro extrahitur, matri cognatus est postumus *d. l. 6. D. de inoff. test.* aut qui in utero neptis ex filia, de quo in *l. 23. §. 1. D. de lib. & post.* Vid. supra *art. extraneus.* Alii quoque sunt postumi plane extranei, de quibus in *l. 6. D. de ventr. in possess. mitt. Postumi* liberi sunt sive feminini sexus, sive masculini §. 2. *Inst. de exher. lib.*

Postumi rursus alii sunt veri, qui patre defuncto nascuntur, de quibus modo est dictum. Alii *quasi postumi* quales sunt I. *Aquiliani*, id est, nepotes, præmortuo filio, post mortem avi nati, instituendi vel exheredandi ex formula Aquilii Galli *l. 29. D. de lib. exhered.* II. *Corneliani*, qui ante captivitatem patris concepti, eodem capto, in civitate nati sunt *l. 15. D. de injust. rupt. irrit.* III. *Salviani*, id est, nepotes, qui post testamentum avi nati, mox patre decedente in ejus locum succedunt, instituendi, vel exheredandi ex sententia Salvii Juliani *l. 29. §. 15. D. de lib. & post.* IV. *Velleiani*, id est, nepotes, vivo testatore avo, præmortuo patre nati, instituendi vel exheredandi ex legis Juniæ Velleiæ capite 1. *l. 29. §. 11. & 12. D. eod. tit.* nec non nepotes, qui ante testamentum avi nati in locum patris mortui avo sui heredes adgnascuntur, instituendi vel exheredandi ex legis Juniæ Velleiæ *c. 2. d. l. 29. §. 13. & 14. Postumus* præteritus & vivo testatore natus decessit *l. 12. pr. D. de injust. rupt.* Si in *postumo* filio idem acciderit, ut natus vivo patre moriatur *l. 8. D. de lib. & posthum.*

POTENS adversarius *l. ult. §. 1. D. quod met. caus.* Qui compensare *potens l. 10. §. 1. D. de compens.* id est, qui posset. *Potentior* adversarius *l. ult. D. de litigios.* emtor *l. ult. D. de alien. jud. mut. caus.*

Potentior aliquando est potior. *Potentior* erit creditor, licet posterior sit *l. 6. D. qui pot. in pign. Potentior*, qui tenet, quam qui persequitur *l. 91. §. 13. D. de verb. obl.*

POTENTATUS in *l. 63. D. de rit. nupt. l. 1. C. de gener. abolit. l. 5. C. de testib. l. 58. C. de Episc. l. un. C. de vapt. virgin.* pro dominatione. Utuntur & hoc verbo Cæsar *lib. 1. de bell. Gall. c. 31.* Hi quum tantopere de *potentatus* inter se contenderent, & Liv. *lib. 26. c. 38* Æmulo potentatus inimicus rem Hannibali aperit. Arnob. *adverf. gent. lib. 1. p. 31.* Nam si facias ipse, quod possis, & quod tuis sit viribus potentatuique conveniens. Utitur & hoc verbo D. Augustinus *ad psalm. 64.*

POTESTAS. Hoc verbo plura significantur. In persona magistratus imperium *l. 215. D. de verb. signif.* Add. *l. 1. D. si quis jus dicent. l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* & quidem *merum imperium* potestatem adpellari, tradit Ulpian. *l. 3. D. de jurisd.* Non numquam tamen *imperium* & *potestas* ceu diversa separantur. Ut consulem, prætorem, ceterosve, qui *imperium potestatemve* habent *l. 26. §. 4. D. ex quib. caus. major. l. 7. D. ad leg. jul. de vi publ.*

Potestas etiam honoris, muneriſve publici speciem a magistratu diversam separatamque significat. Qui quum aliquam *potestatem* haberet, pecuniam ob judicandum decernendumve acceperit *leg. 3. D. ad leg. jul. repetund.* Res judicatæ videntur ab his, qui imperium *potestatemque* habent Paull. *lib. 5. tit. 4. §. 1. sent.* ad quem locum Schultingius notat, non simpliciter magistratum urbi, *potesta-*

ſtatem provinciis adſcribendam eſſe. Fuerunt enim & in urbe, qui licet magiſtratus non eſſent, *poteſtatem* tamen haberent. Add. *l.* 1. §. 1. *D. quod quiſq. jur. in al. ſtat. l.* 1. *D. ad leg. jul. majeſt. l.* 6. *D. de accuſation. l.* 3. §. 1. *D. de reb. eor.* Magiſtratus vel is, qui in aliqua *poteſtate* ſit, ut puta proconſul, vel prætor, vel alii, qui provincias regunt *l.* 13. *D. de juriſd.*

Atque adeo is ipſe, qui honorem in republica, munuſve gerit, *poteſtas* interdum adpellatur, ut & apud Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 99. quum ait: An Fidenorum Gabiorumque eſſet *poteſtas*. Sueton. *in Claud. c.* 23. Juriſdictionem de fideicommiſſis quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per provincias *poteſtatibus* delegavit. Plinius *lib.* 29. *hiſt. nat. c.* 4. Tribuunt ei & ſucceſſus petitionem a poteſtatibus. *ibid.* Primum Spondylum aditus *poteſtatum* mulcere. Dentes ejus illigatos pedibus caprearum cervinis nervis mites præſtare dominos, *poteſtateſque* exorabiles. Vid. Elmenhorſt. *ad lib.* 1. *Arnob. adverſ. gent. p.* 43. Unde Sigonius magiſtratus vocat, *Poteſtates* omnes eorum, qui res humanas, quæ ad rempublicam pertinent, publica auctoritate curant *lib.* 3. *de jur. prov. c.* 5. Huc pertinent *poteſtates*, quarum mentio fit in *l.* 26. *D. de pignor. l.* 17. §. 19. *D. de Ædilit. edict. l.* 4. *C. Th. de ſuar. l.* 47. *C. Th. de Epiſc.* (ubi temporales dicuntur poteſtates, qui paullo ante ſeculares judices) *l.* 31. *C. Th. eod. tit. l. ult. C. Th. de piſtor. & Catabolens.* ubi annonaria poteſtas annonæ præfecturam ſignificat. *Poteſtates* illuſtres *l.* 2. *C. de exſequut. & exact.* ſublimes *l.* 2. *C. de his, quæ ex publ.* & apud Ammian. Marcell. celſæ *poteſtates lib.* 14. *p.* 3. & 27. *lib.* 16. *p.* 83. Eadem notione ex *poteſtatis* verbum intelligendum eſſe in *l.* 1. *pr. D. de offic. quæſt.* obſervavit Bynkersh. *lib.* 1. *obſ. c.* 18.

Poteſtatis verbo etiam patria *poteſtas* ſignificatur. In *poteſtate* noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreavimus, atque hoc jus *poteſtatis*, quod in liberos habemus, proprium eſt civium Romanorum *l.* 3. *D. de his, qui ſui, vel al. jur. pr. Inſt. de patr. poteſt.* Filius familias ſuæ poteſtatis conſtitutus *l.* 2. *C. ad SC. Macedon.* id eſt, ſui juris effectus, vel propriæ *poteſtatis* effectus, ut eſt in *l.* 13. *C. de jur. deliber.* Patria autem poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere dicitur *l.* 5. *D. ad leg. Pomp. de parricid.* Quod ad jus publicum attinet, non ſequitur jus poteſtatis filius familias *l.* 14. *pr. D. ad SC. Trebell.*

Poteſtatis verbo in perſona ſervorum dominium ſignificatur *l.* 215. *D. de verb. ſignif. l.* 1. & 2. *D. de his, qui ſui, vel al. jur. pr. Inſt. eod. tit.*

Atque ita *poteſtatis* verbum tam liberas, quam ſerviles perſonas alieno juri ſubjectas complectitur, veluti in oratione Severi, & Antonini, qua prohibentur, qui in ejuſdem poteſtate ſunt, ſibi donare, verbum poteſtatis non ſolum ad liberos trahimus, verum etiam ad ſervos, ut hi quoque, qui aliquo jure ſubjecti ſunt, merito donare non poſſint *l.* 3. §. 3. *D. de don. int. vir. & uxor.* Similiterque in edicto de exercitoria, quo datur actio in eum, cuius in poteſtate eſt, qui navem exercet, in poteſtate accipiemus utriuſque ſexus, vel filios, vel filias, vel ſervos *l.* 1. §. 21. *D. de*

de exercit. act. In edicto quoque de tributoria, *potestatis* verbum ad omnem sexum, item ad omnes, qui sunt alieno juri subjecti, porrigendum erit *l.* 1. §. *ult. D. de tributor.* Ergo & verba: Qui in aliena potestate est *l.* 6. *D. de adquir. vel omitt. hered.* tam ad filios familias quam ad servos pertinent: Quod autem attinet ad testes, qui testamento adhiberi non possunt, si in *potestate* sint testatoris, *potestatis* verbum non solum ad liberos, qui sunt in *potestate*, referendum est, verum etiam ad eum, quem redemit ab hostibus *l.* 20. §. 1. *D. qui testam. fac.* At quum agimus de noxæ deditione cum eo, qui servum non defendit, *potestatis* adpellatione præsentis corporis copiam, facultatemque significamus *l.* 215. *D. de verb. signif.* In *potestate* enim habere servum, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum, qui facultatem, & potestatem exhibendi ejus habet. Quod si in fuga sit, vel peregre, non videbitur esse in potestate *l.* 21. §. 3. *D. de noxal. action.*

Potestas etiam quodvis jus, dominium, possessionem, ditionem significat. Sic ab hostibus vel latronibus captus in eorum potestate esse dicitur *l.* 19. *D. de procurat.* In hostium *potestate l. ult. D. ad SC. Tert. l.* 23. §. 1. *D. de adquir. possess. leg.* 46. *D. de furt.*

In *potestate* populi Romani *l.* 4. *D. ad leg. jul. majest.* Quod dicit lex Atinia, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in *potestatem* ejus, cui surrepta est, revertatur, sic acceptum est, ut in domini *potestate* debeat reverti, non in ejus utique, cui surrepta est. Igitur creditori surrepta, & ei, cui commodata est, in *potestatem* domini redire debet. Tunc autem in *potestatem* domini rediisse dicendum est, quum possessionem ejus nactus sit juste, ut avelli non possit *l.* 4. §. 6. & 12. *D. de usurp. & usuc.* In lege Atinia in potestatem domini rem furtivam veniisse videri, & si ejus vindicandæ potestatem habuerit. Sabinus & Cassius aiunt *l.* 215. *D. de verb. signif.* Si rem surreptam mihi procurator meus adprehendit, eam in *potestatem* meam redisse, usuque capi posse existimandum est *l.* 41. *D. de usurp.*

Potestatem sui facere est copiam sui facere, aditum ad se præstare, conspiciendum se præbere, nec latitare. *Potestatem* sui non facit, qui id agit, ne adversarius ejus copiam sui habeat *l.* 2. *D. quib. ex causs. in possess.* id etiam *l.* 32. *D. de usur. l.* 3. §. 14. *l.* 7. §. 2. & 19. *Inst. de suspect. tutor. l.* 18. *D. si servit. vind. l.* 6. *D. de feriis.* Quum secum agendi *potestatem* non faceret *l.* 1. & 23. §. *ult. D. quib. ex causs. major.*

Potestas pro vi ac viribus, effectu, valore. Sic vis ac *potestas* actionum *l.* 1. *D. de nox. act.* exceptionis *l.* 6. *C. solut. matrim.* *Potestas* legis *l.* 1. §. 1. *D. ad SC. Tertull. l.* 5. §. *ult. D. ad Leg. Jul. de vi publ. l.* 27. *D. de obl. & act. l.* 4. §. *ult. D. de leg. commissor.* Senatusconsulti *l.* 4. *C. ad SC. Maced.* obligationum *l.* 13. *D. de duob. reis.* Ita & *potestas* pecuniarum *l.* 3. *D. de eo quod cert. loc.* id est, earum æstimatio, & valor, ut vulgus loquitur. De veteris numismatis *potestate rubr. C. lib.* 11. *tit.* 10.

POTIOR, superior. Sic *potior* in judicio possessionis *l.* 34. §. 4. *D. de contrah. emt.* jure *l.* 4. *C. ad SC. Maced. l.* 4. *C. qui pot. in pign.* ratione temporis & ordinis *l. C. ad SC. Maced.* Et or-

ita *potior* dicitur creditor, qui ceteris præfertur in *l.* 2. & 3. §. *ult. l.*5. 6. 10. 11. & 12. §. 8. *l.* 14. 18. & 20. *D. qui pot. in pign. l.*16. *D. de reb. auct. jud. possid. l.*1. §. *ult. C. credit. evict. pign. l.*28. *D. de jur. fisc. Potiorem* esse possessorem *l. ult. D. de condict. sin. causs l.*8. *D. de condict. ob turp. causs.*

Potior causa, id est melior *l.*1. §. *ult. C. credit. evict. pign. l.*3. §.1. & 4. *D. qui pot in pign. l.* 1. *C. de bon. auct. jud. possid. l.*6. §. *ult. D. de procur. l.*97. *D. de solut.*

Potiores in muneribus injungendis accipiuntur non solum gradu generis, sed & substantia rei familiaris, interprete Paullo *lib.*2. *sent. tit.*28. §.2. Honores & munera non ordinationi, sed potioribus quibusque injungenda sunt *l.*7. *D. de decurion.* Sic & in *l. un. C. de potior. ad mun. nomin. potiorum* nomen accipiendum est. Neque aliter usurpatur in *l.*5. *C. Theod. de lustral. conlat.* ubi *potiores* sunt nobiliores natalibus, & honorum luce conspicui, & patrimonio ditiores, sicut explicatur *in l.*3. *C. de commerc. & mercator.*

POTISSIMUS. Prætor eligat, quem potissimum in hoc esse existimat *l.*5. *D. de lib. causs.*

POTITUS hostium in *l.*15. *pr. D. ex quib. causs. major. l.*19. *D. de testam. milit. l.*11. & 12. §.6. *l.*22. *D. de captiv. & postlim.* dicitur, qui ab hostibus captus est, & in eorum potestatem pervenit. Plautus hoc genere loquendi utitur *in Captiv. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 41. & *Act.* 3. *sc. ult. in Epidic. Act.*4 *sc.* 1. Dicuntur hæc sive per enallagen, sive κατ' *ευφημισμον*, figuram, qua res odiosas bonis verbis dicimus, & impia facta piis. Quo etiam modo *potiri fatorum*, pro mori dixit Cicero *lib.*1. *Tusculan. quæst. potiri mali* Terent. Phorm. *Act.* 1. *sc.*3. *v* 6. 7. Nancisci malum idem *Andr. Act.*5. *scen.*6. *v.* 3. pro incidere in malum, & velut in ejus potestatem venire. vid. Sanct. *Minerv. p.*589.

POTIUS pro magis *leg.* 21. §.2. *D. de fidejuss. Potius* aliquando positive tantum, & elective, non comparative accipitur, ut in *l.*96. *pr. D. de legat.*1. *l.* 19. *D. de legib. l.*21. *D. de contrab. emt.* §. 1. *Inst. de hered. qual. & diff.* Unde & negativa particula eidem opponitur *l.*16. *D. de stat. hom.* Vid. quæ de voce *magis* supra dicta sunt. Potius παρελκει in *l.*125. *D. de regul. jur.* favorabiliores rei *potius* quam actores habentur.

POTORIUM argentum. Vid. sub art. *argentum.*

FINIS TOMI TERTII.